DE REGULIS IURIS VESPERTINAE OMELIAE IN COMMODUM PP. LECTORUM...

Giovanni Battista Fini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 G
56

DE REGVLIS IVRIS VESPERTINAE OMELIAE

In commodum PP. Lectorum Ecclesiarum proprio Doctorum offitio fungentium, Difficultatum solutionibus, SS. Patrum sententijs, & Prædicabilibus conceptib. scatentes, opportunaq; contra peruersa Machiauelli, aliorumq; præsentis tempestatis politicorum Dogmata, plura continentes, Iuris Vtriusq; studiosis, & Sac. Confessarijs non inutiles.



AVTHORE

F. IO: BAPTISTA FINO

Laudense, Sac. Ord. Prædicat.

Vidi prauaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.



LAVDÆ,

Ex Typographia Pauli Bertoetti. M. DC. XX.

Superiorum Permissu.

Imprimatur.

Paulus Dunicrius Sacræ Theol. ac I. V. D. S. Inquisitionis Consultor pro Illustriss. ac Reuerendiss. D. Epo Laudæ, ac pro M. R. Vic. S. Officij Laudæ, Vidit.

Vic. S. Inquis. Laudæ.

FACVLTAS.



OS Fr. Raphael Riphoz, Episcopus Elnen. Sac. Theolog. Mag. ac tot. Ord. Prædicat. Vic. General. &c. Muneris nostri ratio expostulat, vt nostri Ordinis professorum lucubrationes, quæ studiosis non modicam Vtilitatem conferre possunt, vt in lucem prodeant permittamus. Cum itaq; R. P. F. Io: Baptista Finus de Lauda Prædicator Generalis eiusdem Ord. Prædic. opus, cui titulus est. De Regul. Iuris, Vespertinæ Omeliæ, maximo adhibito labore, ediderit, nostri authoritate eidem ipsimet R. P. F. Io: Bap. Fino licentiam concedimus, quinimò iubemus, vt typis tale opus tradat, dum à RR. PP. F. Stephano de Capua Baccalaureo, & F. Georgio Ximenez Presentato eiusdem Ord. (quos ad hoc in mer. s. obed. deputamus) accuratè recog. fuerit, nihilq; in eo ab ipsis deprehensum fuerit q̃ s. orthodoxæ fidei dissonum, vel bonis morib repugnans sit, & cum etiam om. seruata fuerint, quæ secundum Dec. S. Conc. Trid. de edit. lib. & eorum vsu seruari debent, quæ etiam à nost. const. seruari mandantur. In nom. P. & F. & S. S. Amen. In quor. fidem his prop. sig. munit. manu prop. Subscrip. Dat. Romæ in Conu. S. Mariæ sup. Mineruam. Die xiiij. Xbris 1618.

F. Raphael Riphoz qui sup.

Locus Sigilli.

Regist. fol. 138.

F. Ignatius Ciantes Lec. & Soc.

APPROBATIONES.

DE mandato Perillustris, ac Reuerendiss. D. D. Episcopi Elnensis Vicarij Generalis, Ord. Præd. accuratè vidi librum de Regulis Iuris Vespertinæ Homiliæ à R. P. Fr. Ioanne Baptista Fino de Lauda eiusd. Or. Prædicatore Generali compositum & in eo solidam, ac veram Patrum, & Doctorum doctrinam ad vnguem enucleatam, nihilq; fidei Catholicæ aut veræ sapientiæ dissonum, quin potius accuratam claram multaq; subtiliter & non sine incredibili facilitate, ac fælicitate continentem, inueni. Quare vt in luce mandetur in Theologorum gratiam, & magnam Confessorum, ac Prædicatorum vtilitatem omninò censui. Dat. in Conu. S. Thomæ de Priuerno, die 2. mensis Martij 1619.

F. Stephanus de Capua Bacalaureus, ac Prior d. C. S. Th. Or. Præd. m. p.

ACcuratè iussu Perill. ac Reuerendiss. D. Episcopi Elnen. Vic. Gen. Or. nost. perlegi opus cui Titulus est, De Regulis Iur. Vesper. Omeliæ. R. P. F. Io: Bap. Fini de Lauda Prædicatoris Generalis eiusdem Ordinis, nihilq; in eo fidei contrarium, vel bonis moribus dissonum reperi, quinimò, Ecclesiarum Lectoribus, Prædicatoribus, cæterisq; Ecclesiasticis omnibus Viris maximo profectui illud indicaui, præcipuè verò pro temporum congruentia, lectorumq; commodo. In quorum fidem his prop. manu conscriptis subscripsi. Neapoli in Conu. S. Thomæ de Aquino. Die 3. mensis Aprilis 1619.

Ego F. Georgius Ximenez Presentatus ac Ill. Cardinal. Sen. Theologus O. Præd.

A. P.

A. P. IOSEPH, D. S.



Illustriss. D. ac Reuerendiss. P. Fratri

MICH: ANGELO SEGHITIO

Laudensi Episcopo,& Comiti &c. Philosopho, ac Iur.& Sac. Canonum Perito, Sac.Thæologiæ Magistro, Fidelium & Infidelium iam diù in statu Mediolanensi Iudici Generaliq; Inquisitori, & in Alma Vrbe Roma pro Augustiss. S. Offitij Tribunali peruigili Commissario, Totius orbis Pontif. Max. PA.V. inter orthodoxos Ecclesiæ Antistites delecto Assistenti, Summis terrarum Principib. ex ingenij vigore, & in negotijs dexteritate spectatiss. Instar ferè Angeli regali Diademate redimito manu Falcem gestanti Vbi Lanceæ in Falces conuersæ, cui est dictum, Pulchritudo agri mecum est, Quos Dominus flagello templo ementes & vendentes eijecit, iam symoniacos, non flagello, sed Falce fugare minanti, Dominica prata tondenti, Altissimi agros secanti, Pratorum flores, Agrorum Segetes in aream empyream, Heroum munere, Animarum æconomo deferre promitenti, Hac & in futura tempestate fulgentissimo lumini nuncupando S. Ordinis Prædicatorum,

F. Io. Baptista Finus Lauden. eiusdē suæ Patriæ, eiusdē suæ Religionis, & eiusdem sui Conuentus & Domus, Inclito, & Summo Filio, Patrij honoris Patri dicendo, P. P. P. presens dicat Opus.

Ad Illustriss. ac Reuerendiss.

F. M. ANG. SEGH.

EPISCOPVM LAVDÆ VIGIL.

Hieronymi Honesti, Doct. & S. Gem. Lauda Præp.

EPIGRAMMA.

Quæ dotes animi, cultæ quæ munera mentis,
Quæ tua sit pietas, qui probitatis amor.
Quæ bona virtutum volitat iam maxime Præsul
Fama, silet Clio, quæ ferit astra Poli,
Tu pius in cunctos, miseræ solatia genti
Affers, languenti fis medicina, salus
Tu satus ad pacem, solidæ virtutis alumnus;
Et patriæ es splendor, ciuibus alta quies:
Lætitia gestit, quin felix lauda triumphat;
Angelus æthereus, quod pia iura ferat;
Impia, tum pia corda trahis virtutis odore
Sic quisq; obseruat, te veneratur, amat.
En tibi deuotum tua nunc clementia Finum
Allicit; at radij quo reparentur, habet.
Non galeam, nec ferratos gerit ille lacertos,
Non Mauors petitur, sed bone Pastor, amor.
Munera quærit amor? præstat tibi munera Finus,
Pignora quæ mentis nobiliora suæ,
Hæc tibi Mecœnas dat, consecrat: inde daturus
Fultus at auspicijs vberiora tuis.

AD

AD LECTOREM.

Hieronymus Honestus, Doctor, & D. Geminiani Lauda Præpositus.

PRæclarum scriptoris Finem, erudite Lector, non esse opus ipsum, sed vtilitatis fructum, quem superstites, & posteri summo cum fœnore litterario capiunt vberrimum, sentit Sapiens: sententia vtiq; diuina, monumentis commendanda, mellifluo Sapientis ore dignissima, cui Peripateticorum Princeps, artium lumen, philosophiæ Parens Aristoteles, qui id quod est optimum, fini adscribit, omninò adhæret; quæ mehercle sententia tanti Viri authoritate corroborata, videtur posse non modò litteris mediocriter imbutum, sed sapientissimum quẽq; vt nobis assentiatur, permouere; cum potissimum ità à natura esse comparatum animaduertimus, vt, quicunq; agit, propter finem agat, cuius gratia cætera appetuntur. cælebris ea quoq; est D. Platonis sententia, quotidianis ferè sermonibus circunlata, non solùm sibi esse hominem natum, sed ipsius ortum partim patriam, partim parentes, & amicos sibi meritò vendicare; cuius oraculi authoritate (crediderim) motus R. Adm. P. Finus Sac. Relig. Dominic. alumnus iuuandæ posteritatis studio accensus, vt quippequi, post habitis honoribus, & voluptatibus quę fallax mundus sui asseclis magnificè pollicetur, contemptis sæculi blandimentis, ipsis desertis parentibus, Diuino afflatus spiritu, humilem Prædicatorum habitum albo furuoq; colore distinctum, mentis scilicet candorem animiq; summissionem referentem, summa cum pietate & omnium exemplo suscepit. Vbi ab hominum consuetudine abdicatus, Deoq; opt. max. dicatus, assiduæ Philosophiæ, mox Sac. Theologiæ studio diligentem diù noctùq; operam impendens, quantum profecerit cùm pietate, tùm litteris cæterorum sit iuditio, quamuis fælicis ipsius ingenij acies, idq; opus ipsum ab eodem maxima cum lucubratione confectum planè indicet. Præclaros igitur Fini conatus amicè excipias, opus istud amplectere. Dignum est n. quo de agit argumento, quod legas, crebroq; habeas præ manib. vt Diuinos priscorum Sales, Sacras Patrum Sententias, Cõsilia, Monitiones, & Præcepta, quib. ad rectè, beatèq; viuendũ instruimur ab Authore instar solertis Apis selecta pulchra cum

methodo digesta vno ore haurias: pro certo enim habeo hosce labores, qui profectò magni sunt, Christianæ religioni profuturos; quod si humanissime lector non liuore, sed dextro, vt aiunt, Hercule, hoc vteris opere, fore spero, vt tui laboris legendo pensionem accipias cum fœnore. Nec mirum cuiquã videri debet, si Reu. Adm. P. Io. Baptista Finus Thæologus,& Præd. Gen. doctrina clarus, & virtute sit decoratus, cum Prædicatorũ Ord. pietate, antiquitate, & litteris celeberrimi alumnus existat. Deinde ex Finorum gente ille trahit originem, quã esse claram, & ex Germania antiquam multis iam in Italiæ Vrbibus propagatam Illustrium Virorum monumenta nullum dubitandi locum relinquunt, in qua homines, virtute, & prudentia in expugnandis ciuitatibus, subijciendis Principum ditioni populis, atque in profligandis in Italia immanissimis hostibus floruere; Caros præterea Imperatoribus de ijsdem benè meritos extitisse accepimus, qui idcircò quam regiam in stemmatibus præferunt Aquilam corona redimitam donati traduntur. Eadem ex Gente in Longobardorum Prouincia oppidorum fuère conditores, quæ & Gentis agnomen retinent, quibus in hæc vsque tempora gloriosè præsunt, quin non desunt in ea Insignes pietate, & sanctitate Viri, historiarum scriptores, & Doctores, Adrianus potissimum Finus, qui præclaro libro flagellum Iudeorum inscripto, in perfidos pro fidei deffensione acriter inuehitur. & alij, quos consultò, & si forent memoratu dignissimi, prætermitto, Auctoris enim Germani omni scientiarum genere exculti ad se scribentis calamũ rapiunt, P. in primis Seraphinus sui nominis mentem, ingeniumq; preseferens, cælestium artium Doct. Egreg. Concion. singularis, denique D. Francisci religionis splendor, qui multas studiorũ Vniuersitates tum sæcularium tum Ecclesiasticorum, illustrauit philosophiamque, & Sac. Theologiam publicè summa cum laude perdocuit; Deinde P. Raymundus, Thæologus sacer, corda[illegible]us orator, non minus Christianæ religionis amplificandæ studiosus, quàm Illustris D. Patriarchæ Dominici Deuotionis dilig. propagator, Postremò Ioannes de Patria benè meritus, Iurium peritus, in causis dicendis acerrimus, summi ingenij, & eruditionis Vir, qui humanitate, & suis in multos officijs meritò colitur, & obseruatur, qui cum tanta mihi est familiaritas, & consuetudo, vt amiciorem me putas habere nemi-

Altem. fin. seria. 16.

Card. Bemb. hist. Ven.

nem.

nem. Tu igitur amice Lector, & sacrarum litterarum studiose, pro ea, quâ es humanitate hos conatus sententijs refertos, eruditionibus abundantes, vtilitate Vberrimos, tuo commodo adaptatos hylari animo excipias, & faueas; namque diuitiarum, & formæ gloria fluxa atque fragilis est, virtus autem clara, æternaque habetur. diù fælix, vt optamus, viue. Prid. idus Iulij M. D. C. X X. post humani generis reparationem.

Eiusdem Honesti Ad Authorem.

EPIGRAMMA.

DVM sacra verba tonas diuino numine tactus
Inuehis in noxas Fine diserte virùm.
Et seris ex alto geniti bona semina Verbi,
Dißoluis nodos dexteritate sacros.
Arte moues animos, captas, sic ænea flectis
Pectora; vt in lacbrimas fluminis instar eant:
Non satis hoc visum, lucri est tibi tanta cupido,
Tantaleam vt saturet copia nulla sitim.
Nam tibi diuinas quas lingua parauit in orbis
Nunc tua scripta augent, posteritatis opes.




Gaspar Villanus Prothonotarius Apostolicus, ac Perpetuus Commendatarius Prioratus S. Martini Prouinciæ Sabaudiæ, Decretorum Doctor, Lauden.

AD LECTOREM.

ADseueratio & testimonium Principis de Doctrina & præstantia alicuius, multum illi splendoris & ornamenti affert. Cum ergo inter scripta quædam A. R. P. F. Io. Baptistæ Fini Authoris mihi Cóciuì ab eodẽ, sui recessus è Roma, causa, credita, quandam Epistolam, siue Assig. Reuerendiss. Gener. Prædic. eidem Authori iam directam, in qua maximè à Supremo s. Ord. Superiore laudibus extollitur, casu adinuenerim; Vt Lectorem tale testimoniũ magis ac magis ad lectionem in sui commodum alliciat, quòd Author, nedum sanguinis claritate, sed præclarus virtutibus sũmè præstat, Typographo epistolam insolitam prædicatoribus (vt noui) fieri, ipso nesciente, tradidi, quæ talis est tenoris. R. P. Cum familiæ nost. prop. munus sit concionandi, quò mortaliũ animas Deo lucrari possimus, Ideo diligẽter incũbimus vt Viros probatissimos huic muneri destinemus, Inter quos, Quia eminere te nouimus præditumq; scimus ijs dotibus quæ in Christiano Oratore cumulatissimè requiruntur, quemadmodum magna cum hominum approbatione per annos iam plures ostendisti; Ideò prouidere volentes nost. Con S. Dom. de Bon. de Idoneo Præd. qui exemplo & doctrina populos instruere valeat, Tenore præs. nost. auth. off. assig. & assign. declaramus te R. P. F. Io. Bap. Finum de Lauda Prou. nost. Lombardiæ in præd. con. Adhortantes vt quæ Virum Apostolicum decent, in te clarè conspiciantur. Dat. Papiæ die 20. men. Nouemb. 1615. P. V. Conseruus in Dom. F. Seraphinus Siccus Magister Ordin. Prædicatorum. Sigillat. &c. Reg. fol. 241. F. Io. Andreas Zorbus Mag. & socius. Vale humaniss. Lector fælix &c.

AVTHORIS

PRAEFATIO.



VRPVRATAM illam vidit Mulierem D. Ioannes (Apoc. 17.) Coccino circumdatam, Auro, & lapide pretioso, ac Margaritis ornatam, super bestiam coccineam nominib. blasphemiæ plenam, habentem capita septem & cornua decem, viditq; Ioannes ipse sac. quod Mulier Ipsa poculum aureum manu pręferebat sua, plenum quidem abhominatione & immunditia fornicationis eius; In fronte tandē meretricis eiusdem exaratū explorauit peruigil Euangelista Nomen hoc, MISTERIVM. Babylon magna, Mater fornicationū, & Abhominationum terræ. Quid est hoc Patres, & Fratres? Mulier quæ Abhominationum quæ in terra sunt Mater vocari potest, Perdita ea Femina, excidiorum parens ex qua Vniuersi perditio, ex qua Animarū nec solum corporū pestis, malorum omnium Genitrix, quænam est? Hæc siquidem Ipsa in cuius fronte hoc reperitur nomen MISTERIVM. POLITICA modernorum ista (Il Diſſegno, La Ragion di stato) Mulier hæc impudica dicenda tantopere ornata, Quæ omnibus propinare videtur sitibundis. Ipsa n. Mysteriū nuncupari potest, quandoquidem quicquid agunt Moderni Pollitici Mysterium (vt dici solet) habet, vt scilicet instar meretricis sibi omnes promereantur, alliciant, & ad se omnia trahant. Babylon hæc certè magna, in qua Mundi confusio, Vbi ex pollitica peruertuntur vniuersa, Mater ipsa est fornicationum & abhominationum quas temporibus deploramus nostris. Quid Dilecti, Quid? frontosam sequemur & nos Meretricem; simul abhominabiles & nos cum reliquis erimus? Totus ex poculo immundæ mulierculæ bibere videtur Mundus, lachrimabile est oculis videre nostris Meretricem à senib. magis, quā ab Adolescentib. adamari. Lachrimabile est cernere

Impudicam à pueris, quin ab Mulierib. etiam perquiri, sed lachrimabilius si hanc eandem, caterpatim, maximo adhibito obsequio palàm ab Principibus, & ab Ecclesiasticis viris, inuerecundè amplecti videamus. Eia Patres, Iam finis venit, venit finis, Bibent ne de calice Babylonis omnes peccatores terræ? Iam omnes ebrij videntur, Iam Spiritus vertiginis, Iam omnes declinauerunt, simul Inutiles fac. sunt, Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, Fiant viæ eorum tenebræ & lubricum, & Angelus Dom. Infernalis ebrios pollíticos Machiauelistas persequens eos. Nos Nos quid inter ebrios peragimus? Quid inter impios pollíticos viuimus? Sequimur ne, Sacerdotes, meretricem, & cum cæteris bibimus? Ebriosi è sugesto cadimus; conceptum exprimere non valebimus sermonem; verborum lenocinia, sententiarum flosculos, declamationes pueriles, ea quæ plausus & clamores audientiũ excitant, Agite fratres, euitemus; Demus flores Moab, & egredietur Ipsa florẽs, tempus iam non est florum, hyems est, friguit Charitas, extinctus ignis amoris Dei, Pollitici sunt vniuersi ferè homines, se ipsos amantes querentes quæ sua sunt, Iam Machiauelli Schola Chatedram super Cathedram Philosophorum exaltauit, super Thæologorum Cathedram sublimari contendit Machiauellus, Beatus vir qui in Cathedra pestilentiæ non sedit. Alteram ne à prima habemus quam sequamur Mulierem? Alteram certè Regius & Sacer ostendit nobis Vates Mulierem & Sanctam, Astitit, inquit proph. Regina à dextris Dei in vest. deaurato circundata varietate, Quænam Mulier hæc pudica & Immaculata, varietate circundata? Certè hanc sacram dixerim Thæologiam, quam nedum Thæologi sed & Iuris periti sequuntur. Propositiones Thæologales. DD. Augustini, Greg. Chrysost. Veñ. Bedæ &c. En Iuris Regulæ factæ sunt, Vnde & eas Iurium Doctores habent, Quo fit vt Regina hæc scientiarum varietate circundata Doctorum, Illustrior Inhonesta desuper à Diuo Ioanne visa apparet. Has Regulas, Thæologales propositiones accepimus, vt hanc videamur sequi Reginam; Quod si legum Consult. quia Iuris Regulas ad Regularium Cathedras Ego concinuerim, suamque ad Animarum salutem aptauerim scientiam mirabatur. Iam vbi Regulas ipsas Thæologorum fore sententias probabit, non miretur. Nec quidem in decorum

indica-

indicaui ipse ad Christianorum mores instituere quæ omnino ad fidelium instituendos mores statura fuere. Nec verisimile antiqua etiam Sanctorum PP. dicta sicut antiqua pharmaca spiritu exalato vim perdidisse. Protestor verò hasce Regulas quatenus ad salutem spectant dumtaxat discutere ratione, Ad Iuris peritos quoad ampliora qua legalia sunt lectorem remittens, quo satis fiat Doctorib. qua sua sunt ipsismet relictis. Animaduertens tamen quod gloriabatur Cicero vnà copulasse philosophiā, & eloquentiā fori, Id quod nos contendimus Christianam quidem scientiam cum foro ipso per Omelias illas connectentes, In quo (pro sufficienti lectionum numero in annuali cursu delectis Regulis magis in præsentiarum Animæ proficuis) casibus in conscientia iuxta laudabilem & antiquum legendi in Ecclesijs morem, quo magis erudiuntur populi, quàm inanibus descriptionib. modernis, fidelibus Deuotionis Spiritum enecantibus. Multa verò Gentilium etiam Dicta interposui, Politicorumque antiquorum Documenta, apposui, opportunum existimans tempore hoc nostro, In quo omnia ad polliticam (vt prædiximus) sunt versa, quod Antichristi diem ostentat, Pollitícos per pollitícos non ineptè conuictos habere. Hæc Amice Lector libenter Prælatorum Sancto adhibito Iussu Amicor. suasu tibi trado; Hoc enim in se proprium munus obtinet Amicitia, ut solitarias nolit cogitationes habere, quin quod honestè quisque cogitat nulli promptius quàm ei qui diligitur confitetur. Hæc ergo ne negligas Dilecte. Scio reprobatam inter Doctos Cygnos fatui Anseris vocem, Hæc tamen Senatores ab incendio, Vrbem, ac Thesauros à rapina, populos ab hostium telis seruare docuit. Quid? In ore emortui Leonis, mel adinuentum, Domusque hoc cibus fuit. Agite Patres, quoscumque hortor vt in lucem sua concedant opera, si quæ habent eruditione plena, Abscondita namque sapientia, & Thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? (Eccl. 20.) Ex thesauro nil profers? Ad quid is valebit? Nullum bonum (vt Boetus asseuerat) quod non pulchrius elucescat, si plurimorum notitia comprobetur, Et, (vt Isidoro placet) sapientia dando, fit largior, retinendo minoratur. Quod si censorio supercilio quis forsan deblaterat, hoc dicimus quidem, Qui se se manu misit non curat vulgi nugas, sed illius deridet loquacitatem. Si con-

temptis

temptis alijs tibimetipsi nunquam credideris, miseram semper atque difficilem, omnib. subiectus, viues vitam, Atq; ita, iuxta prouerbium, Leporis vitam ages, At illi quidem Canes & plagas, & venatores metuunt, Tu verò sermones formidans, atque Tremens quomodocumque viuas circum ibis nulla te custodia munire valens. Si eruditionem ambieris, Audies, Stolidus, & mollis; Sin te ad opificium verteris aliquod, Cerdo; Sin otium egeris, Petulans & segnis. Quid ergo? Bioni Philosopho visum est fieri non posse vt quis multis placeat, nisi Placenta fiat, sæpè, vt Dio obseruat, in decem hominum cæna Placenta non omnib. placuit, sed hic, eam esse dixit frigidam, Ille verò calidam, Alius minus dulcem, Alter &c. sed hoc vult Philosophus quod eum fieri oporteat placentam, & frigidam, & calidam, marcidamque; vnum verò fortasse deest quod eum fieri sit opus qui multis placere velit, nempè Argentum. At ne si Argentum quidem quis fiat statim placet, Si n. fit Argentum, Aurum tamen pretiosius est, & aurum tandem coqui oportebit. Quid ergo uulgarium nugas & voces audimus? Si & Auium voces intelligeremus, atq; ranarum & cicadarum, haud dubiè & horum vocib. animum animaduerteremus, quidnam de nobis diceret Graculus volans, aut Pica, & quam de nobis haberet Rana opinionem, fælicitas ergo quædam est, quod non intelligimus. Eia fratres, Paria sunt (vt etiam Pollitici affirmant) laudari à deterimis, & vituperari ab optimis, nil eos curemus. Censorio supercilio, quadam modestiæ specie, Quidam mihi percarus, vt tacitè, ni fallor, suaderet ne in lucem hoc opus ipse traderem, aiebat. Legi ego, & vidi in Apotecha librariorum libros tandiù manere, vt potius muscarum stercoraria, quàm studentium codices appellari possint (Ita sanè quidam litterarum arbitros sano consilio agunt) Cui ego amico, responso ommisso, quod si propter eius dictum Authorum imperitia argumentari posset & librorum editio ommittenda esset, cum etiã in Bibliotheca sacra Biblia ad centum annos maneat, & Dictator Spir. Sanctus, argui (Quod omninò impium) posset & Bibliæ Sacræ Impressio non concedenda. Hoc tamen retento responso, Assumpto breuib. pulchro illius de Musca elogio, Descendente tunc Aranea è columna Claustri cui Ille innixus erat, ad palmitem vitis telam protrahente protinus dixi, Vides

Charis-

Chariſſime Araneam? vt quid tantopere laborat Animal paruulum & minimum viſcera euomens, ad telam quidem omninò vt videtur inualidam? Amico verò tacente, ſubintuli ego, Proficua hercle, valde eſt humano generi Aranearum tela, Nimirum per eam infeſtiſſimas nobis muſcas Araneę capiunt, eas necant, Cinifes quoque pernicioſiſſimos homini perdunt; Puta ergo Pater ſenſate me modicam Araneam, telam Aranearum opus hoc meum modici vel nullius ponderis conſtantem, Valebit nihilominus ſaltim ad Muſcas vel Cinifes capiendas. Hoc quo ſenſu declarandum, haud ignotum eſt illis qui norunt quid Muſcæ, quid Cinifes, quib. Philiſtei inficiebantur, deſignent. Denique Præſidet Prædicatorum Ordini SICCVS, vel ſeccans SERAPH. veluti Leo (vt ſtemmate patet), fortis, ac Vigilans, etiam dormiendo oculos aperiens, ſimulantium polliticorum tanquam regius Leo, Simiæ dilaniator, acerrimus hoſtis, Doctorum Magiſter, Prædicantium Dux, Gladio vibrato Præpoſitum Paradiſi Ianuæ referens. putrida & infecta moribus SICCVS ferro ſecans; Nunquid Patris, Magiſtri, & Ducis, fælices non ſequimur artes? Si verò preſens acceptum Cordate Lector tibi erit, Maiora Pro Quadrageſima, Pro Annuali, & de Sanctis tibi pręparo, Omniaque mea in tui adijciam commodum. Vale diù fælix. Sciaſque hæc mecum S. Rom. Eccleſiæ Iudicio ſemper me ſubdidiſſe, Iterumque perpetuò Vale.

Errata nonnulla &c.

PAgina. 4. *In propbanos Esau, lege, propbano. p. 7. quia illis. in illis. p. 13. vbique reuocatur. vtiq;. p. 15. regali Similis. Similem. p. 23. borta est perditio orta. p. 25 cumplectentur. complectantur. p. 28. casus frequentissimus. frequentatissimus. p. 29 erigeat. erigat. ibi. maximè indigentiæ. maximæ. p. 30. sacra violentes. violantes. ibi. victor vticentis. Vticensis. p. 33. minimè licere dies. omittendum est illud, licere. p. 38. curam ipsemet Deo. ipsimet Deo. p. 51. non es mentibus. mentitus. p. 54. quidam credentes. quidem. ibi. fortè contigat. contingat. p. 65. euenise. euenire. p. 66 assuectus. assuetus. p. 74 in alios criminatos. Criminator. ibi. bestiales inueniens. inuenies. p. 83. Attendunt pollitici. Attendant. p. 90.* Nostris *multis benef.* Nostri. *p. 92.* Brunomis. Brunonis. *p. 97. indaizare, iudaizare. p. 100. Ius voluntarius. voluntarium. p. 103. ibi Philos. Philo. otio valabit. vacabit. p. 105. freno bori ori. p. 109. falcrens. falereus. p. 115. solilaque. soliloq. ibi. scme. semel. pag. 116. aliena rapiunt. rapiuntur. p. 133 sicut in malagranato. Malogranato. ibi. spirituale Dominum. Dominium. p. 144. Mergara à vobis. Mergar. p. 147. querendo salutem dissoluuntur. dissoluitur. p. 165. in tab. t. respondetur. respondet. p. 170. ducatur à celo. a caco. p. 171 à flacitiosis. flagitiosis. p. 198. bestiam quatuor capita. septem capita. p. 369. degeneras. degeneres. p. 384. conterre. conterere. p. 386. amicum admittendum. admittendus. p. 466. clara stirpa. stirpe.*

OMELIA I.

Defleat peccator, quia offendens in vno, factus est omnium reus.



TRATAGEMA naturę fuit, nasci homines rationis expertes, Nimirum si vita daretur scientibus, nullus eam eligeret, inquit Seneca, Tot enim sunt hominum miseriæ, vt si discursu polleret nascens, eiq; optio an nasci, vel ne vellet, daretur, vtiq; ne in infelicitatum abyssum se immitteret, non nasci delligeret, Ita in sacris litteris à Zaram factum legimus, cũ enim ipse iam extra materni vteri domum manum misisset, illicò eam ad se retraxit, Ac si dixisset, Vah, Calamitates humanæ vitæ tetigi, Iam ergo aliud non cupio hospitium quàm matris malè olentem vterum, quàm matris angusta viscera, exeat, qui vult ad vitam tot afflictionum censibus infectam, quis verò quod dicimus non experitur, cum penè natum infantem quamuis rationis expertem, plorantem audit. eia fratres, in lachrimis nascimur, & in lachrimis morimur, In lachrimis ergo etiam vitam ducamus omnes quidem, sed hi præcipuè, qui peccare ausi sunt, quia offendens in vno factus est omnium reus. In hoc verò stat regula à D. Iacobo desumpta, & verba regulæ Diu. attulit August. De vtroq; autem breuiter differendum, & primò quomodo intelligatur hoc quod dicimus, Qui in vno deliq. fac. est om. reus, postremò de lachrimarum efficatia non nulla videbimus proficua. Attendatis igitur.

Si, vt Romani, & alij falsò existimabant, plures essent Dij. Ille profectò, qui illorum vnum offenderat, si alios tamen placatos amicosq; haberet, ad illos recurrere vtiq; posset, velut qui in humanis ab vno ad alium persepè, vt videmus confugit principem, verùm cum vnus dumtaxat reuerà, vt iure fatemur, existat Deus, si hunc illum offendendo ammittimus, Alter sanè ad quem accessum habeamus, minimè reperietur, Hinc D. Iaco. 2. quicunq; ait, totam legem seruauerit, offendat autem

in vno, factus est omnium reus, qui enim dixit non mechaberis, dixit, & non occides, quare si non mechaberis occidis autem, factus es transgressor legis. Ac si dicatur, Attende homo, Deum tuum, ne in puncto quidem legis offendas, vnum enim, tantum Deum habes, quem si læseris, alius ad quem fautorem confugere valeas minimè est. Ita rursum si quemadmodum decem sunt legis præcepta, Decem quoq; Dij essent, licet vnum, aut duo vel tria contemneres præcepta, & illorum præceptorum Deos offenderes, adhuc tamen aliorum præceptorum Dij Amici manerent, sed cum Deus, qui vnum dedit præceptum, & vniuersa alia pariter dedit quoniam vnus solus est Deus; qui in vno offendit, fact. est omnium reus, sicut si decem essent Dij, & præcepta decem, si omnia decem contemneres, nullum Deum ad quem placatum confugeres haberes, sic modo si vnum tantummodo præceptum minimè serues, remanes vt antea remaneres si omnia decem transgressus esses nullum placatum habens Deum, cum vnus dumtaxat sit Deus, qui decem mandata seruari iubet.

Qui in vno &c. factus est omnium &c. omnium scilicet virtutum, quia quælibet virtus ab vno vitio detrimentum patitur. Ita exponit D. August. de pænit. Dist. 5. consideret. Cum enim virtutes sint connexæ, vna ammissa omnes ammittuntur. Huc facit, quod docet Galfridus sup. verba Ecclesiast. cap. 14. vnus ædificans, & vnus destruens. Vbi ait Proficere in aliquibus, & in alijs rursum deficere, quis profectus? sic est omnis cui crescit benignitas erga proximum, sed non similiter Charitas erga Deum; Cum augetur erga præpositos reuerentia, & non similiter erga subditos disciplina; Qui circumspectior solito in sermone, sed remissior inuenitur in opere; Qui magis obediens, minus patiens; Qui grauiori abstinentia castigat, & in seruitutem redigit corpus suum, sed minori custodia seruat cor suum.

Qui in vno, idest in Charitate, quæ vnum nos facit cum Deo, & proximo. D. Hieron qui contra Charitatem facit, vnde tota lex pendet, reus ita fit omnium faciendo contra eam à qua pendent omnia.

Vel, omnium bonorum reus, idest ingratus, & sic omnia meretur sibi auferri. D. August. vbi sup.

Vel, omnium &c. quia per peccatum omnium bonorum operum

præcedentium meritum ammifit August. vbi sup. Huc facit, quod D. Gregor. super Ezech. asserit, & de pen. dist 4. scilicet, Hoc nobis maximè considerandum est, quia in perpetratione malorum nulla debet esse nobis fiducia bonorum præteritorum; Et illud tractans Aggei Proph. Congregauerunt merces, & miserunt in sacculum pertusum, dicit Gregor. De sacculo pertuso, aliunde exijt, quod aliunde mittitur, quia indiscretæ mentes, quę ex bono acquiruntur non aspiciunt quomodo malo opere perdantur. Narrat Albertus quod si aranea vna alueum apum intret, hæc sola suo veneno omnes necat apes; sola culpa vna, opera omnia bona perdit, & mortificat. Credunt de Troia captas, Absconditum fuisse in equo vno totum inimicorum exercitum, neminem autem Troianorum id sensisse. In vno peccato totus vitiorum exercitus.

Dic, quod qui in vno offendit factus est omnium reus, quoniam vnumquodq; capitalium vitiorum tanta sibi cognatione iungitur (vt docet Greg. 31. mor. sup verba Iob. Procul odoratur bellum) vt non nisi vnum de altero proferatur: Prima nanq; superbiæ soboles, inanis gloria est. quæ dum oppressam mentem corruperit, mox inuidiam gignit quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat tabescit: Inuidia quoq; iram generat, quia quanto liuoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquilitatis ammittitur: ex ira quoq: tristitia, siue accidia nascitur, quia turbata mens, quo se inordinatè concutit eo adijciendo confundit, & cùm dulcedinem tranquilitatis ammiserit, nihil hanc, nisi ex perturbatione subsequens mœror pascit: Tristitia quoq; ab Auaritia deriuatur, quia dum confusum Cor, bonum lætitiæ in semetipsum intus ammiserit, vnde consolari debeat, foris quærit, & tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intus recurrat. Post hæc verò duo Carnalia vitia cunctis liquet quia de ventris ingluuie, luxuria nascitur, dum etiam ipsa distributione membrorum ventri genitalia subnixa esse videantur, vnde dum vnum inordinatè reficitur aliud procul dubio ad contumeliam excitatur. En quómodo connexa inter sese sint vitia.

Hinc dicuntur peccata germinare. Ezech 7 Florebit virga germinabit superbia. Planta, & si sola, & si in inculto campo

radicata, vt plurimum tamen hinc, & inde germinat, ita vt omnem campum implere videatur, ita peccatum germinat, & aliud producit, Hinc rectè Iudices, vt conuictum habeant de vno delinquentem, vel saltim inditium, vel adminicula contra eum, De vita etiam interogant in genere, & de moribus circa alia vitia, vt patet.

Cæterum, quod remedium tot malis est adhibendum, quia in vno offendens factus est omnium reus? Defleat siquidem peccator, ait D. Aug. flendum est. Nam, vt docet Cassiodor. flet u est cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum. Cassiodor. sup. illud psal. fuer. m. lachr. m. pan.

Quod magis Deo displicet in peccatore, id certè dici potest, quod videlicet non doleat peccator, quia Deum perdidit, sed ac si res minima esset paruipendit. Ita nempè, quod magis in prophanos Esaù Domino displicuit, non fuit, quia ipse vendidit primogenita cui Sacerdotium erat annexum, & hoc pro lenticularum pulmento, sed Domino quidem graue fuit, quod Esaù alienationem hanc paruipendit, & vt refert Sacer textus, Gen. 25. comedit, & bibit, & abijt paruipendens, quod primogenita uendidisset, Ac si dicat Spiritus Sanctus ibi, quod abijt Esaù sine primogenitura, absq; Sacerdotio, & absq; Deo, malum quidem fuit, uerum, quod abierit paruipendens, & sine fletu, & dolore, hoc pessimum illi, hoc Diuinis oculis iniucundum. Defleat, defleat peccator, Derelinquere Deum malum est, sed cum hoc fit, si cum lachrimis fiat, minus profectò malum est, tunc enim Dei auxilium, & gratiam à peccato ressurgendi sperare possumus; sic fuit de discipulis in Emaus euntibus, qui & si iam recessissent, & à spe defecissent, nihilominus, quia dolentes erant, loquebanturq; de Domini mæstissima Passione, Dominus ipse eis apparuit aperuitq; scripruras, eos in gratiam restituens. eia fratres, quid de his, qui in peccatis sepulti iacent, & rident, & paruipendunt, dicemus? Reprobi quidem sunt Esauuitæ &c.

Lachrimarum efficaciam maximam D. Hieron. ostendit sup. Isaiam dicens, oratio Deum lenit, sed lachrima cogit, hæc ungit, illa pungit. D. uerò Chrisost. ueluti declarans hoc Hieronimi dictum, inquit, Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non quod postulauit acceperit, nullus ab eo

bene-

benefitia dolenter optauit, qui non impetrauit, Ipse enim est, qui consolatur flentes, dolentes curat, pænitentes informat, Sed iterum D. Hieronym. vim lachrimarum amplificat, dicens, ò lachrima humilis, tua est potentia, tuum regnum, Tribunal Iudicis non vereris, amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis, non est, qui te accedere vetet, si sola intraueris, vacua non redibis, magis crucias diabolum quàm pœna infernalis, quid plura? Vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium Virginis.

D. Ambr. ser. 46. peccatum Petri cum peccato Adami, comparat, porrò sicut peccati Adami occasio Mulier fuit, Ita & peccati Petri occasio Mulier extitit, & si Adamo iussum fuerat ne comederet, iussum etiam fuit Petro ne negaret, Nihilominus Petro venia paulòpost peccatum elargita est, Adamo nequaquam, sed longè latèq; prolata, aitq; Ambr. Gustat ille (supple Adam,) quod non licet, loquitur iste, quod non decet, & tamen facilior negatio Petri, quàm Adæ præuaricatio; citius enim Apostolo, quàm protoplausto subuenitur, Hunc etenim Deus ad vesperum requirit errantem, illum Dominus pullorum cantu denegantem, respondet verò Doctor Sanctus, & ait, Adam reus facti nudus erubuit, Petrus conscius delicti, correctus ingemuit, ille tanquam deprehensus festinat ad latebras, hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrimas, hæc Ambr. Ac si dicat, Adam cognoscens culpam eam non cooperuit, Petrus peccatum agnoscens culpam confessus est suam, Adam fugit, & se abscondit, Petrus se conspicuum reddidit, & plorauit, & per lachrimas veniam obtinuit. ò maxima igitur lachtimæ potentia.

Gen. 37. vbi fit sermo de fletu Iacob propter Ioseph. dicitur, & illo perseuerante in fletu Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegipto Putiphari Eunucho Pharaonis, Magistro Militum: Hæc verba ponderans Anton. Feus, Ingeniosè asserit, in hoc videri, quod lachrimæ Iacob à longe comitantes filium Ioseph fortunatum eum reddebant, ac paulatim in Egyptum ad regnandum eum ducebant. Ideò si alienæ lachrimæ, ac remoti fletus ad regnum prouehunt, multo magis proprij ploratus, ex Dei gratia, cœlorum regnum nobis tribuent.

Vide rursus lachrimæ excellentiam, Ait enim D. P. August. O lachri-

lachrima, tu contra ruinas hominum suaue solatium, quæ passionis Christi es Vicaria hæc August. Christi Vicariam lachrimam appellat Doctor Sanctus, quam verò laudem hac maiorem lachrime adscribere possumus? Ascendit in Cœlum Dominus, sed ante ascensum duos sui instituit, ac reliquit Vicarios, Alterum suæ Auctoritatis, & hic Pontifex est Romanus, Alterum verò Vicarium reliquit Sanctissimæ suæ passionis, & hic quidem, lachrima est, inquit D. Augustin. quare lachrimæ ipse sanguinis Domini vices gerunt super terram, ipsę mundant, ipsę purgant, ipsę merentur, Animam Ornant, Spiritus hortum irrigant.

Defleat igitur peccator, expectat Deus (inquit Ambr.) gemitus nostros, sed temporales, vt remittat perpetuos; expectat lachrimas nostras, vt perfundat pietatem suam, expectat nostram conuersionem, vt reuertatur, & ipse ad gratiam.

Iubet sponsus dilectę, si ignoras te ò pulcherrima mulierum, egredere, cant. 1. quem locum exponentes D. Hieron. ac D. Greg. Papa in Cantic. asserunt hæc verba sponsum dixisse reprehendendo sponsam, quia petierat, vt dilectus indicaret, vbi pascens, vbi cubes in meridie. Cæterum ex responsione hac Origen. lib. 4 ho. 2. in Cant. & D. Bern. ser. 40. in Cant. dicunt sponsam multum doluisse, & penituisse; quare postea sponsus sequentia intulit verba, videlicet, Quam pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis, sed quid cōmune habent Genæ pulchræ cū Turturi pręcipuè verò si rubras genas pulchras dicimus? Turtur pilosa; quis pulchrum virginis, vel puellæ faciem pilosam vel uolucris faciem referentem uidit unquam? Optimè quidem, Tunc pulchra in oculis Dei, & grata facies uidetur, cum Turturis est facies, cum aliquē alicuius rei proprietates habere dicere contendimus, Tu, dicimus, talis rei faciem habes, sic Ezechieli asseruit Dominus, dicens, Dedi faciem tuam ut adamantem: Cum ergo ait Sponsus, pulchræ sunt Genæ tuæ sicut Turturis, innuere quippè uoluit dilectam se prorsus habere ut Turtur se habet hæc uerò nedum pro cantu gemitum habet sed suæ uiduitatis tempore, cernere est eam ubique singularem, ubiq; gementem, nec unquam in uiridi ramo quiescentem prospicies. Hoc post culpam hominis Deo est gratum, ut similes Turturi simus &c.

Quæris curiosius, Cur hominum lachrimas exoptat Dominus?

Re-

Respondeo uerò altissimum lachrimas oprare nostras, quandoquidem lachrimæ ipsæ Holocaustum sunt Deo, sic enim ait D. Greg. hom. 7. super Ezech. tractans illud, Holocaustum tuum pingue fiat. Holocaustum sit cum, est bonum opus, quod orationis lachrimæ non infundunt, Holocaustum pingue est, quando hoc quod bene agitur corde humili etiam per lachrimas irrigatur. Eia ergo Domine, Holocausta medulata offeram tibi, offeram tibi boues cum hircis, Hæc pinguia sunt Holocausta medulata, cum quod intrinsecus latet offertur, quod sanè fieri censetur per lachrimas, cum incenso arietum per lætam iucundamq; orationem. Sacrificium Deo, ait Diuinus Vates Spiritus contribulatus, Contribulatum uerò Spiritum ostendunt lachrimæ.

Sacrificium autem Deo lachrimas esse etiam Athenienses ostendere voluerunt Cum super altare Ignoto Deo dicatum (Vt act. 17. habetur) lachrimarum sacrificium offerebant, vt optimè quidam animaduertit Doctor, quare abscondito huic Deo lachrimæ offerantur nostræ, Per has enim placatur Deus; sic etiam Persarum populus in Inimicorum reconciliatione In pacis signum, vtriusq; partis lachrimas simul commiscebant: fleuit quandoq; Incarnatus Deus, vagit infans cum stricta stringit fascia fleuit uidens mundi huius Ciuitatem. Diuinis occurramus lachrimis, lachrimis nostris, & pax, & reconciliatio erit nobis.

Requirit lachrimas Dominus, propterea, quia lachrimæ Angelos lætificant, Ad Angelorum exultationem nos flere exoptat Dominus Bern. sup. Cant. lachrimæ, inquit, pænitentium Vinum sunt Angelorum, quia illis, odor uitę, sapor gratiæ, gustus Indulgentię, sanitas redeuntis Innocentię, reconciliationis iucunditas, & serenatæ conscientiæ suauitas Additq; isdem Bern. Illas enim lachrimas uerè in uinum mutari bonum dixerim, quæ supernæ compassionis affectu in feruorem prodeunt Charitati, pro qua etiam ad horam tui ipsius immemor sobria quadam ebrietate uideris. & alibi, Idem Bern. Delitiæ, inquit, Angelorum sunt lachrimæ nostræ & delectabiles lachrimæ pęnitentis.

Ideo lachrimæ Deo gratissimæ, Cum cor contritum dicant, lachrimas nanq; Diu. Hilarius, Animæ sudorem appellat, cum etenim diù Anima in Diuini numinis & nominis amore uersata

sata est, en sudor, en lachrimæ: Hinc D.Gregor. lachrimas sanguinis guttas de corde exeuntes fore affirmat, Hinc Antiqui quidam lachrimarum Virtutem modo suo agnoscentes, ita lachrimas magnifaciebant, ut lachrimas eodem pondere, quo & pretiosissimas margaritas trutinarent. Ita, vt margaritas Dominus lachrimas hominum diligenter colligit, & colliget semper. Absterget enim Deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum.

Propterea exoptat lachrimas Dominus, quia lachrimę, peccatori, peccata manifestant, sic enim dicit D. Greg. lib. 8. mor. sæpè quod torpentes latuit, fletibus innotescit, & afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat, & reatum suum cuius secura non meminit, hunc in se commota de prehendit. hæc Greg. ubi sup. sed & 27. mora l. addit. quo uberius culpa fletur, eo altius agnitio ueritatis attingitur, quia ad uidendum lumen internæ bonitatis polluta dudum conscientia lachrimis baptizata renouatur.

Vide uerò quomodo satisfactoriæ sint lachrimæ, ut ait D. Ambros. sup. Luc. lib. 9 lachrimas Petri lego, satisfationem non lego, sed quod deffendi non potest, ablui potest, lauant lachrimæ delictum, quod voce pudor est dicere, uel confiteri, lachrimæ ueniam non postulant, sed merentur, fleuit amarè Petrus ut lachrimæ lauarent delictum, tu similiter lachrimis dilue culpam, non inuenio quid dixerit, sed quod fleuit.

Exteriores autem lachrimæ sine interiori fletu scilicet contritionis, modicum uel nihil prosunt. De. pen. dist. 3. Irrisor. Interrior uero fletus, idest cordis contritio, sine exteriori lachrima ad remittendum est sufficiens. De pæn. dist. 5. consideret. Ibi. doleat Interior tamen fletus cum exteriori est melior: Prosper. lachrimis ex uera cordis contritione fluentibus extinguentur æterni ignis incendia. De. pen. dist. i. porrò.

Flere ergo debemus supradictis de causis sed & flere debemus etiam pro alienis ærumnis, sic quippe refert Seneca 2. de ira. quod scilicet Eraclitus cum è domo egrediebatur singulis uicibus turbam circa se uitiosè uiuentium, illorum compatiens miseriæ confestim plorabat, in hoc certè Democrito qui unquam sine risu usus est, contrarius existens. tristitia namque ait Bern. aut luget alienum peccatum, aut proprium.

Sed & flendum iterum, ex generali conditionis humanæ miseria unde

Vide Innoc. de Vil. con. hum. ait. Quis det oculis meis fontem lachrimarum ut fleam miserabilem humanæ conditionis ingressum, culpabilem humanæ conuersacionis progressum, damnabilem humanæ dissolutionis egressum. Vide si flere debeamus humanæ conditionis casum. Peccantibus primis parentibus, tunicas pelliceas fecit eis Dominus, ait facer textus, ibiq; legit Targ. Caldeus, & fecit Dominus Adę & uxori eius uestimenta honoris super cutem carnis: cęterum quid est, Domine? Animalium omnium Regem Maiestatis tuę protegem, Deum in terra, Hunc honorare pretiumis, illi pellicea vestimenta ex brutis animantibus confecta offerens? si purpurea essent indumenta, margaritis contexta, vt regio amictu Regem Adam honestares, iustum videretur, at eum ex brutorum animalium pellibus, vt eis induatur honorare, quid vilius? fecit Dominus Adæ & vxori vestimenta honoris super cutem carnis. Quid Eua pulcherrima Virgo & Regina super cutem carnis tuæ delicatissimæ talia deferre? sicne à Domino honoraris? Nunquid sanctimonialis prima coniugata, & sponsa. Hæc sunt gemmæ, iocalia, & inaures, hæc sunt Adamantinæ torques à Domino tibi elargitæ, hæc bissinæ camisiæ hęc sudariola, hæc vestimenta honoris. Tunicas pelliceas fecit eis. Vah, peccatum tam infame est, vt hominem tam vilem cōstituat, vt si illi ex misericordia vilissimæ vestis fragmen elargiaris eum honorare videaris, adeò omnis meriti expers est Deum offendens, vt nullius capax existat boni. Nunquid ergo non flendum? defleat peccator, quia qui. in vno d. f. &c.

Luctus (inquit Victorinus) est cū quis exacerbato animo ꝙ minus vltionis potest in superiorē in se ipso studet fletib satisfacere. Cū ergo in superiorē Diabolū aliud minimè potes, flere debes

Flere debet peccator, ex amissione virtutum, ait enim August. de lib arbit. virtutes, quib. viuitur, rectè magna bona sunt, species autem quorumlibet sine quib. rectè viui potest media bona sūt. Si ergo mulier speciem ammittens tristatur, Cur non magis tristabitur virtutem perdens? Sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt: Potes aurum perdere, & volens potes honores, potes ipsam Carnis salutem, Bonorum verò quibus verè bonus es, nec inuitus accipis. (August. de ver. D.) nec inui us ammittis, flere ergo debes, flere debes, docet Regula, quia bona omnia per unum amisisti peccatum.

Cęterum summatim dicas. quis non flebit Deum ammittens? Magna hominis miseria, (ait August. de Trinit.) cum illo non esse, sine quo nil potest esse. peccans talis est, &c.

Flere debes, quoniam licet æqualem non sustinebit pœnam, quis pro vno tantum crimine cum alio pro pluribus criminibus. Nihilominus pro vno tantum, in infernum æternaliter cruciandus detrudetur, vbi semper lugebit, vbi fletus perpetuus & stridor dentium. De quo Bern. fletus quidem, ob ignem, qui non extinguitur, stridor, ob uermem, qui non moritur, planè fletus ex dolore, stridor dentium ex furore.

Defleat defleat peccator, &c. quid ad hoc dicunt, qui semper lętari volunt, illisq; calumniantur, qui non vt ipsi exultant; Regula Iuris ad lachrimas hortatur propter vnum tantummodo peccatum, dicens, defleat p. &c. Dicimus ergo, quod Canonistarum Regulæ contra regulas eorum, qui in bonis dies ducunt maximè pugnant. His verò perditis viris, lætis vacantib. semper in ridiculosis versantibus, quidam ingeniosè coronam tabernalem vel circulum dicabat super virgam, addita inscriptione, vndiq; risus. Alius verò academicè, pro ipsis risu plenis, Ciuetam super baculum pingebat, quod animal qnidem ad risum est vndiq: prouocans, inscriptioq; huius erat, Hæc alijs, & mihi alij. Sic verò lætari summam indicat dementiam, Risus nanq;, vt docet Hæbreus sapiens, in ore stultorum abundat. Et Eccl. 7. Cor stultorum vbi lætitia. Addit verò D. Bern. de grad. humilit. superborum esse, velle lætari, dicens, Proprium est superborum læta semper appetere, & tristia deuitare, Hos etiam, miseros appellat Seneca, dicens, miseros reputo, qui nimia fælicitate torpescunt. Pessimum tandem signum tunc est, cum quis, nulla adueniente causa, summè lætatur atq; ridet, tuuc enim Nautæ maximam expectant tempestatem, cum sine ventorum flatu mare despumat, ac stridet, tacitum prius, ac quietum; sic si tu frater cum insolito exultas gaudio, nulla quod scias de causa, horrendum tibi expectes supplicium.

Atqui dolendum cum Hieremia, c. 8. qui ait, Non est, qui agat pænitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens ad prælium, Non est inquam qui pro peccato plangat, sed omnes ad læta vertuntur, omnia illis in voluptates sunt versa, &

quasi

quasi Equus est quilibet viuens, impetu vadens ad prælium; festum diem agunt mortales, sed eorum lætitia, inquit Propheta, instar est lætitiæ Equi ad prælium procedentis, ad mille pericula, Parata quippè sunt contra eum tormenta plura, Quasi Equus imp.vad.præl. Nunquid Eque non vides lanceas erectas, gladios euaginatos, pilas volantes? regredere, regredere, Nil refert, diceret Equus, cæcus sum, quia impetu vado ad prælium. Omnes conu. sunt ad cur. suum, quasi Equus impetu vad.ad præl. omnes vt furiosi Equi, vt vocem buccinæ carnalis voluptatis audiunt, intrant, vt aiunt, per lanceas, nec inimicum timent gladium, nec contrarias formidant voces, nec sagittas super ipsos volantes cernunt, tot pericula nil faciunt, vide (dicitur) satellites inuenies, vltorem Deum habebis, in Infernum rues, Nil hæc omnia, oculos omnibus claudit, Aduerte fili morte morieris, Nihil refert; Eia fratres, omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi Equus impetu uadens ad prælium. Equum indomitum flagella domant, Animam immitem contritio spiritus, & assiduitas lachrimarum compescit.

Nunc lauandi tempus (Bern.) nunc purificationem patet esse necessariam, quoniam nemo mundus à sorde fletibus nostris nos nos lauemus. Sed mirabile est hoc, Cur peccans ridet cum regnum cœlorum ammiserit, si temporale regnum, quis ammittit semper tristatur, & tu æternum ammittis regnum, & rides? Signum est, quod nil facit cælestia homo, ex illis de quibus Dauid Sanctus ait, Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Philo exponens locum Gen. 4. iuxta lectionem septuaginta interpret. Eris profugus super terram, terra non dabit fructus, & aduertens responsionem Caym, si eijcis me à facie tua abscondar, Asserit hoc esse, ac si dixisset Caym, si non præbes mihi bona terræ, ne cælestia quidem accipio, si non datur frui voluptatibus ne virtutem quidem desidero, si non impartiris bona humana, diuina quoq; tibi habeto. En ergo, quod peccator, si terrenis non fruitur voluptatibus, cælestia spernit, vnde ex cælestium ammissione minimè dolet. Sequitur verò Philo, Nam apud nos necessaria, Chara germana bona sunt hæc, bibere, uestiri, &c. prudentiam uerò, fortitudinem, iustitiam, res tetricas, & uitæ molestiam afferentes, missas facimus, quod si libet uti eis, non ut bonis per-

fectis vtendum est, sed, ut causis bonorum. Totum id quod bonum iudicant mundani est illud, quod sensui constat: spiritualia paruifaciunt, ac derident.

Si verò rides peccator, signum est, quòd huculq; Deus in cor tuum minimè intrauit, Hoc docet D. Greg. 27. mor. dicens. Cum mentem Deus ingreditur, constat proculdubio, quod mox penitentiæ gemitus sequatur, vt ei iam salubriter flere libeat, qui prius in iniquitate flenda iucunditate gaudebat.

Quid adhuc rides miser, cum tot commiseris crimina, cum pro peccatis tuis fleuerit Deus, qui videns Ciuitatem fleuit super illam, videns scilicet, Ciuium peccata, plorauit Dominus, In quo animaduertit D. Chrisost. sup. mat. quod tristatur Deus, non de sua miseria, sed de perditione nostra, veluti benignissimus Rex criminosas audiens personas, lege quidem compellente, ipse aduersus eas mortis dictat sententiam, verùm, misericordia instigante, lachrimas super hoc fundit, vultq; liberare, nec potest, sibi contradicente iustitia. Si ergo supremus ipse Princeps, ac Dominus, pro hominum peccatis fleuit, nunquid non est nobis flere necessarium?

Defleat peccator &c. Adhuc scias, quod flendum est quandoquidem per lachrimas Appellatio fit certè à Diuina Iustitia ad Diuinam misericordiam. Porrò apud Altissimum sunt Curię duæ Curia Iustitiæ, & Curia misericordiæ, quare Dauid ait, misericordiam, & iustitiam cantabo tibi Domine, quandiù autem in vita hac sumus misericordiæ Curia maior est. Misericordia eius super omnia opera eius (Ps. 144.) Quandiù ergo viuimus, si contra nos sententia fertur in Curia Iustitiæ. Ad Curiam misericordiæ confidenter, debito modo; appellare possumus, ac sententiæ reuocationem profectò obtinebimus, exemplo hoc patet in Dauid, cum enim ipse grauiter peccauit, & confestim in Curia Iustitiæ lata esset sententia per Natham promulgata, Viuit Dominus, quia filius mortis es tu (2. reg 12) statim appellans Dauid ad Curiam misericordiæ, dicens Miserere mei Deus, Propheta Natham rediit dicens: Non morieris: Sed quænam forma fuit Appellationis? sic appellauit Dauid. Miserere mei Deus secundum mag. misc. tuam &c. lauabo per sing. noctes lect. m. lachrimis meis, stratum meum rigabo. En forma appellationis. Per similem appellationis formam, vitam longiorem obtinuit Ezechias Rex,

cum

cum enim audiuit Iustitiæ sententiam, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues, Ipse conuersus ad parietem fleuit fletu magno, vnde antequã egrederetur Esaias mediam partẽ atrij factus est sermo Domini ad eum, dicens, Reuertere, & dic Ezechiæ Duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui Orationem tuam, & Vidi lachrimam tuam, & ecce sanaui te (4. reg. 20) Patet ergo quod sententia in Curia institiæ lata, in Curia Misericordiæ vbiq; reuocatur per appellationem, & Appellationis forma lachrimæ sunt.

Recentiora tandem si queramus exempla, vt quam gratæ sint Deo lachrimæ videamus in cronicis sacri Prædicatorum Ordinis, legitur, duo fuere Adolescentes Religionem ingredi statuentes, tali inter se inito fœdere, vt cum eorum alter à religione recedere vellet, socius idem ageret, Hijs verò ad Dominicanum susceptis habitum, vnus, Deiparæ Virgini Deuotioni deditus, singulari quodam spiritu fuit, Alius tamen, ab hoc prorsus alienus, paucis elapsis diebus, socio, in religione peramplius manere nequaquam velle, intimauit, Cui Deuotus respondit, Prius frater à Dei Matre Sacratissima Licentiam petamus, eiq; nos ipsos saltem commendemus: his dictis, Ante Deiparæ Altare ambo vna iuerunt, Ibiq; deuotus prostratus enixè misericordiæ Matrẽ, vt fratris sui cor conuerteretur exorabat, sicq; lachrimis plenus, eandem perseueranter repetebat orationem, socius verò qui eum propè expectabat, ecce, Quandam pulcherrimam Dominam rogãtis lachrimas in sudariolo suo colligentem vidit, videbatq; ipsam, lachrimas illas Crucifixo offerre, atq; eam audiebat dicentẽ, Fili, peribũt ne lachrimæ istæ? Quare, & ipse confestim corde cõpunctus, ad confratris pedes fletib. plenus prouolutus, lapsus veniam petijt, quod vidit narrans, quo facto vterq; Deo, ac Deiparæ Virgini summas egerũt gratias, ac sic religiosè ambo vixerũt: en quomodo lachrimæ Deo gratissimæ, & ad conuersionem efficacissimæ.


Propterea cum D. Bern. (de contemp. mun.) dicere possumus. Fœlices igitur lachrimæ, quas benignæ manus conditoris abstergunt, & addere huic possumus, Fœlices lachrimæ, quas Virgineæ Deiparæ Mariæ manus colligunt, & Beati oculi, qui in talibus liquefieri delegerunt, quam eleuari in superbiam, quàm omne sublime videre, quàm auaritię, & petulantię famulari.

Quod

Quod si lætari, & exultare frater iterum cupis, en salutiferum lætitiæ remedium, Flere oportet; sic dicit D. Iohannes uerè os aureum, si lætari cupis, flere oportet, sicut post uehementes imbres, mundus aer, ac purus efficitur, Ita & post lachrimarum pluuias, serenitas mentis, sequitur, atq; tranquillitas, Hanc Dominus concedat. Amen.

OMELIA II.

Semel Deo dicatum, non est ad humanos vsus transferendum vlterius.



DElectant Reginæ volucrum in campos aereos placidi, ac validi volatus; Ad Deos eam volare putarunt multi, quod uerò à Dijs dicitur mortalibus referre affirmant. Fatuum quidem dictu: haud dubiè tamen, quid altissimus quandoque locutus fuerit Apostolica amabilis Aquila, Iohannes Euangelista (Apocalip. 11.) retulit, cum Altissimum Dei Spiritum loquentem inducit dicentemq;, Datus est mihi calamus, similis virgæ, & dictum est mihi surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Nimirum iuxta Patrum sententiam, per Calamum tenentem, Deus ipse figuratur, quare grauissimus Interpres Nicolaus Zegerus, inquit, Calamus illæ, mensura erat similis uirgæ, idest Sceptro regali, quoniam ad Deum, tanquam Principem, ac Regem huius uniuersitatis pertinet homines metiri, hoc est iudicare, & pro ratione meritorum, uel præmijs, uel supplicijs, afficere, id quod expressum habemus in ipso lib gen.c.1.cum dicitur, In principio creauit Deus cælum, & terram, ubi pro eo, quod nos habemus, Deus, hæbraicè est, Elohim. idest Iudices. Porrò cur Deus cum se orbis effectorem denunciat, Iudicem se appellat? aut, quam habet Creatio cum Iuditio cognationem? si quidem mundi fabrica à Dei omnipotentia, potius quàm à Iustitia emanauit?

Du-

Duplicem affert Cardinalis Caietanus responsionem, una est Idcirco adhibitam esse uocem, Elohim, idest Iudices in mundi Creatione, quoniam Deus in condendis creaturis, quandam distributiuæ iustitiæ rationem seruaric, suos cuique gradus, ordinem, & locum iuxtà singulorum naturam tribuendo: quemadmodum eleganter Tertul. lib. 2. adu. Marcio. c. 12. his explicauit uerbis, A primordio Creator tam bonus, quam. & iustus: bonitas eius operata est mundum, Iustitia modulata est. Vbi cernis ex Tertuliani sententia Diuinam utiq; Iustitiam, Orbem ueluti citharam concinasse, creaturasq; omnes, tanquam fides argutissimas suis quasq; locis, quodam iustitiæ iure disposuisse, ut suauissimus ex omnibus concentus, qui Dei tum potentiam, tum sapientiam sonaret mirificè redderetur. Altera Caietani responsio, ea est, uoluisse Deum Iudicem uocari in creatione, ut existimaremus ad ipsum, iure creationis, Iuditium mundi pertinere, ut ipse idem, qui orbem condidit, eundem iudicaturus credatur. Adde igitur ad hoc significandum Deum suo ipsius Regali Sceptro tanquam Calamo mensurę usurum esse Iohanni ostendit, mensuramq; Sceptro Regali simili protulit.

Sed &, quod proposito nostrò deseruit, præcipuum est, Virgam hanc uel Sceptrum, ad metiendum Templum Dei, & adorantes in eo dici, ex quo siquidem habetur, speciali quadam ratione, Deum sibi dominium in templo retinere; Sceptrum uerò Calamus appellatur, quis unquam Calamum in formam Sceptri redactum uidit? figuratum fuit, uniuersa, quæ Deo dicata sunt, nedum sub Dei ditione fore, sed ea ab ipso Deo ueluti in Cathalogo scripta esse, omniumq; Inuentarium eundem Dominum, ne à quoquam surriperentur, fecisse: quinimò nedum scripta Deo dicata existimanda, sed & mensurata existere firmissimè tenēdum; Dictum est enim ubi supra, surge, & metire templum Dei, & Altare, ut etiam quot lapides ibidem locati consistunt, sciatur, ne quicquam inde auferatur; & nedum hoc, sed metire etiam Adorantes in Templo; Per quod significatum est, utriusq; sexus Personas Deo dicatas, in profanum amplius non conuertendas usum, imò nec in humanos usus, ut docet Regula. Ideòetiam hæc insignia defert Ecclesia Clauem scilicet, quandoquidem Regnum Ecclesiæ clausum est, ut quæ semel ipsi, & Deo dicata

sunt,

sunt, amplius inde exire minimè valeant.

Regula hæc Sancta est, Semel Deo dicatum, &c. quare si ædes sacra aliquo in loco licitè, idest iuris solemnitate seruata, ædificatur, licet ædifitium diruatur, locus tamen sacer remanet, nec ad vsus hominum conuerti debet. vt. ff. de re. diui. l. in tantum §. sacre.

Quæ ad sacrum vsum in templo dicata sunt, vidétur quippè cum ipsis sanctis incorporata; Huc facit quod D.ⁿ Anton. 2. p. hist. tit. 11. c. 1. §. 4. narrat, dicens de Leone p. Pontifice summo, sanctitate conspicuo, quod quotiens rogabatur ab aliquibus vt eis aliquorum Apostolorum vel Martirum reliquias daret, con sueuit ad corpora, vel ad memorias Apostolorum, aut Martirum, quorum reliquiæ petebantur Missas cælebrare in ipsorum honore, sicq; corporale, quo consecratum Corpus Domini inuoluerat particulatim diuidebat, & pro reliquijs Apostolorum, vel Martirum dabat; At si ab aliquibus dubitabatur, cultello pannos illos pungens, sanguinem eliciebat, sic palàm cunctis faciens, quod etiam consecratione Misteriorum Christi, Sanguis Apostolorum; vel Martirum, qui pro illo effusus est, intret per Diuinam virtutem in pannos illos, & ideo meritò illos dari pro reliquijs Sanctorum in quorum honore consecrati sunt.

Quo verò ad Deo dicatas personas, Magna est questio, An eas scilicet possit Papa mundo restituere, vel ne; Circa quam questionem, D. Thom. 2. 2. q. 88. 11. c. q. 186. 8. 3. sic asserit In voto continentiæ & Religionis per professionem solemnizato, etiam Papa, non potest dispensare, licet quidam Iuristæ ignoranter contrarium dicant, quia periculis humanis, obuiandum est per humana, non per diuina, Hæc D. Th. Ibi. Nihilominus isdem Sanctus Doctor 4. sent. dist. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. 3. ait. In voto continentiæ, & Religionis, quantumcunq; solemnizato, vt alij dicunt probabilius, potest dispensari per Papam, si comunis vtilitas totius ecclesiæ, uel vnius Regni, vel vnius prouinciæ, hoc requirat. hæc D. Thò. sed quomodo hæc duo stant simul, potest dispensari, & Non potest? quid verò tenendum? Dici posset, Angelicum Doctorem, in quarto sententiarum, secundum aliorum opinionem loqui, qua propter, inquit, vt alij dicunt, probabilius; quare ipsemet argumentis ad vtramq; respondet partem; verum in secun-

secunda secundę D. Th. secundum propriam loqui sententiam.

Ac melius puto dicendum, D. Th. in secunda secundæ, de voto sermonem facere ratione indelebilis consecrationis, in quarto verò sententiarum, ratione boni promissi, quo aliquid melius esse potest, commune nempe bonum; Hoc igitur sustineo cum D. Th. Posse scilicet Papam in Religionis, & continentię voto, ratione melioris boni, vt est in Principibus, dispensare etenim, sicut dicimus Deum in Præceptis Decalogi, quoad spectantia ad secundam Tabulam, dispensare posse, sicut cum Abraham, circa homicidium, fecit. & hoc quidem Altissimus potest, rationem indebiti ab actu illo remouens, ita etiam dici potest, quod Papa dispensat à Religionis, & continentię voto, cum indebiti rationem remotam videt. Cum scilicet constat, non profanam Religiosi Voluntatem in causam esse, è Religione exulandi, sed bonum Religione hac Maius, hoc est Populorum in columitatem plurimorum, Ciuium Christianam Pacem, & Catholicum Regni Regimen. Ita pariter assumi ad Tiaram, ad Purpuram quoque, quamplures ex causa hac videmus. Nec enim cum votum emisimus, tunc maiori bono obicem opponere voluimus. Nec dicendum quod ascendere prohibeamur quinimo de bono in melius proficere debemus. Cum igitur maius expostulat bonum, à minori, Papa dispensare poterit.

Et quemadmodum votum in periculum personæ Vergens, frangi debet, (vt docet D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 3.) ita si in populorum periculum ipsum vergens est, frangendum quinimo, cōmune bonum plurium, personali pręualet; Vnde etiam in humanis legibus, cum ipsę in aliquo deficiunt casu uel necessitas imminet, vel cum alicui non expediunt personæ, Rectores multitudinis dispensare possunt; licet cum in aliqua humana lege dispensatur, non quidem fiat vt humanæ non obediatur legi, quod contra naturæ legem, mandatumque Diuinum foret, sed fit, vt hoc quod lex erat, iam in hoc casu non sit lex. Dum deniq; dispensat Pontifex à Religionis voto, contra intentum Dei cui uotum religiosus vouerat, facere minime dicitur, nam summus Legum Lator Deus, boni communis conseruationem intendit semper, & ad hoc ipse altissimi Dei Vicarius dispensans moueri vtiq; supponitur.

Hæc etiam prædicta sana est Doctrina D. Th. qui (vt ex 2. 2. q.

88. art. 12. 3. & quæst. 184. 6. c. fi. & q. 183. 4. c. & q. 189. 7. c. colligitur) docet, quod solus Papa potest dispensare in uotis perpetuis. & ait, Papa potest dispensare in uoto continentiæ, & Religionis, & idem sanc. Doct. ait, In uotis potest dispensari inquantum in aliquo casu id quod cadit sub uoto est simpliciter malum, uel inutile, uel maioris boni impeditiuum, non autem inquantum illud est de iure naturali, vel Diuino, 2. 2. q. 88. 10. & 4 Sent. dist. 38 q. 1. ar. 4. q. 1. c. ex quibus concludi posset potius dicendum esse Papam in prædicto casu, ratione scilicet maioris boni, declarare votum non tenere, quàm à voto dispensare.

Cæterum, qui à Religione, supradicta eximuntur ratione, vtantur hoc sæculo tanquam non vtentes, & vt docet Apostolus, 1. Cor. 7. qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui gaudent tanquam non gaudentes sic De sancto Anglorum Rege Eduardo legitur apud Anglorum Histor. quod scilicet Inuenta illi Adolescenti virgine sanguinis nobilitate, & morum honestate conueniente, In hoc sacri coniuges conuenerunt, ut de uirginitate seruanda paciscerentur. Sicq; perseuerauit inter eos, non actus coniugij, sed affectus, & cum castæ dilectionis amplexu mansit flos uirginitatis intactus. Quod si non ita apud nostros fiat, Dolentes tamen instar illorum existant, qui dicebant, Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui syon, In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra; Nimirum super flumina Babylonis, hoc est. Super huius mundi voluptates, sedimus, quieti non pręcipites in fluctus nos immergentes, in abissumue descendentes, Ibi verò fleuimus dum recordaremur syon, propriæ videlicet Patriæ, vel cælestis vel terestris, Religionis in quam, à qua inuiti exulamus. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra; In medio voluptatum harum positi, Organa suspendimus, maiora mundi gaudia, ac delitias detestantes, salices enim sunt, porcorum dumtaxat fructus parturientes. Doleantq; prædicti tanquam exules, iugiter dicentes, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ita verò & si corpore extra Claustra horum quisquam morabitur, In claustrorum tamen penetralibus latitabit animo, Duplexq; Principis huius pijssimi victima erit, & Animi, & corporis; In claustro animus torquebitur quoniam

niam non ibi degit corpore, extra claustrum corpus cruciabitur, quoniam mente semper ad claustra circumfertur perinde quoq; in carne, quasi extra carnem viuere dicetur. Porrò mentem illius non interpollari cogitationibus, impossibile quidem erit, suscipere verò, vel respuere eas per gratiam Dei possibile experietur, qui velit.

Quinimò, & superabit: sic prudens Petrarcha castitatem pingebat, Pulcherrimam scilicet mulierem alba amictam veste in curru à duobus vnicornibus protracto, quæ mulier dextera tenebat palmam, sinistra verò christalinum clypeum, in cuius medio posita erat columna pretiosissima Iaspidis, ad pedes autem Cupidinem deuinctis retro manibus, pharetra, & sagittis confractis habebat: Ita certè castus; qui Vnicornis instar in sinu purissimæ coniugis dormit, palmam defert, & vincit seque tuetur Iaspide, qui sanguinem restringit naturalium scilicet passionum: lasciuumq; sic expugnat amorem.

Vxoratus sanè Princeps Religiosus cum Sancto Dauid, cupiens reuerti ait, Quam dilecta tabernac tua Domine &c. quia melior est dies vna in atrijs suis super millia, ac si dicat, Non Hercule datur comparatio inter gaudia Aulæ regiæ, & gaudia Atrij Domini, melior est dies vna in atrijs Domini, quam mille in Aulis regijs, Ideo elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum (più presto sguattro nel Chiostro, che principal Cauaglier di Corte.)

Absit ergo, vt quis iam Deo sacratus à religione eximi cupiat, ac carnis denuò concupiscat vanitates, semel etenim Deo dicata, non sunt amplius ad humanos transferenda vsus. Dicam uerò, si qui sunt, qui mundana iterum exoptant, tales Iudeis persimiles excordes fore, qui manna de cœlo, mirabili Domini prouidentia nutriti, Aegipti alea, & cepas, rustico appetebant stomacho, Proh dolor, quæ uana hominum desideria, quæ rusticana uoluntas. Manna est eorum cibus, omnium suauitatem ciborum eminenter continens, cælestis curię pane cibantur, Angelorum commensales fiunt, hæc respuunt alimenta, contundere alea, & manducare cepas expostulant, maxima ægritudo, utilia: & sana omninò nauseare, nociua appetere: Ita prorsus in hijs contingit, quare, ut infirmis etiam inuitis medicamina sunt adhibenda.

Profanissimi verò sunt, qui asserunt, bonum fore Sacerdotem vnam ducere vxorem (quæ fatuitas,) ait enim D. Paulus 1. Cor. 7 solutus es ab vxore? noli quærere vxorem, qui sine vxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Dic mihi frater, si Deo sacratus es, nunquid non Deo per contemplationem iugiter adherere debes? Ita planè Deo tanquam Domino, si negligens seruus esse non vis, semper inherendum fateris, verum si vxorem habes etiam dum Altari ministras, quæ vxoris sunt sollicitus eris; ad Altare verò circundaci filijs, filiorum, non Dei cogitatio vt plurimum erit. hinc in collat. 1. Io. Cassian. dicitur. Inherere quidem Deo iugiter, & contemplationi eius inseparabiliter copulari impossibile est homini carnis fragilitate circundato.

Quinimò iugis carnis luxuria, Christi memoriam, & cultum tollit. D. enim Ambros. ac Seuer. Sulpit. referunt. In Inuentione Sanctæ Crucis, marmoream Veneris Statuam in Crucis loco à Gentibus collocatam, ad tollendam Christi Domini Passionis memoriam. Ex quo liquet Carnalia Domini Dei memoriam, & cultum tollere: quomodo verò qui Christi obliuiscitur Altari seruiet? Negligentes in principis obsequio è Curia expellantur.

Quòd insuper minus Deum amet vxoratus, ostendere videtur Plutarchus in moralibus dicens, vt fluuius in multos deductus riuulos fluit tenuis, ac languidus, sic beniuolentia in multos distracta languescit, & euanescit. & hæc est Zelotipiæ ratio.

Sed ineptum Dei seruitio vxoratum, ostendit ille, qui ad nuptias inuitatus, ire ea de causa renuit, quia vxorem duxit, inquiens, vxorem duxi, ideo non possum venire; quomodo ibit quotidiè ad cæleste conuiuium igitur, qui vxorem duxit? Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. Hinc Deut. 23 ait Dominus si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperum lauetur aquâ.

Hinc locum Sap. 4. ò quam pulchra est Castra generatio cum claritate, Cyprianus traducit, Melius est sine filijs esse. (Ciprian. lib. de sing. Cleri.) D. verò Hieronim. in cap. 63.

63 Esaiæ, traducit, dicens Melior est sterilitas: Isidor. clar. etiam legit, melius est carere liberis; Sanctus verò Ambros. lib. 1. de Virginibus eundem locum transtulit legens, Melior est Virginitas.

Hinc D. Paul Tito ait (Tit. 2.) In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, In Doctrina, In Integritate, in Grauitate vbi Hieron. transfert, In Castitate, Græcum enim verbũ Grauitas, apud Latinos (secundum peritos) idem sonat quod Castitas. Castitas enim virtus est maiestate, & grauitate plena.

D. etiam August. de non vendendo Sacramenta: Serm. 38 probat Sacerdotem abstinere debere à Carnis immunditia, & ait, Attendite, quòd dicit Apostolus, Fornicatio. & Immunditia &c. quasi dicat August. nedum abstinendum à fornicatione, quæ est naturalis mulierum Concubitus, sed illicitus, sed ab Immunditia, quæ per coniugium contrahitur, & inferius Doctor Sanctus, ad hoc comprobandum, ait. scitis fratres, quod die quadam, Dauid venit ad Abimelech Sacerdotem, & ait Dauid Esuriens; Da mihi aliquid cibi, & respondit, non habeo panes Laicales ad manus, sed tantum panem Sanctum, & ideò, dic mihi ô Dauid. sunt ne mundi pueri tui à mulieribus? & ait Dauid sunt, ab heri, & nudius tertius, & dedit eis Sacerdos sanctificatum panem: subinfert igitur D. August. si interrogauit Sacerdos vtrum serui Dauid mundi essent propter panes propositionis accipiendos, quid facere nos debemus miseri Sacerdotes propter Corpus Domini capiendum?

Corroborat etiam prædicta D. August. ibidem, dicens. Vidimus in Ethiopia multos homines ac mulieres, capita non habentes, sed oculos grossos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes. Inter quos Sacerdotes eorum vidimus, vxoratos quidem, tantæ tamen abstinentiæ erant, quòd vxorem, nunquam, nisi semel in anno tangere volebant, qua die, ab omni sacrificio abstinebant. & sequitur. Vidimus in inferiorib. partib. Ethiopiæ homines vnum oculum tantum in fronte habentes, quorum Sacerdotes, conuersationes hominum fugiebant, ab omni libidine carnis abstinebant, & in septimana, in qua Dijs suis thura offerre debebant, nihil sumebant, nisi metretam aquæ per diem. Ecce, Pagani fidelium Doctores facti sunt. Tunc veri Domini ministri erimus, infert August. si sobriè, si iustè, si castè vixerimus.



Profanissimi verò sunt, qui asserunt, bonum fore Sacerdotem vnam ducere vxorem (quæ fatuitas,) ait enim D. Paulus 1. Cor. 7 solutus es ab vxore? noli quærere vxorem, qui sine vxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Dic mihi frater, si Deo sacratus es, nunquid non Deo per contemplationem iugiter adherere debes? Ita planè Deo tanquam Domino, si negligens seruus esse non vis, semper inherendum fateris, verum si vxorem habes etiam dum Altari ministras, quæ vxoris sunt sollicitus eris; ad Altare verò circundari filijs, filiorum, non Dei cogitatio vt plurimum erit. hinc in collat. 1. Io. Cassian. dicitur. Inherere quidem Deo iugiter, & contemplationi eius inseparabiliter copulari impossibile est homini carnis fragilitate circundato.

Quinimò iugis carnis luxuria, Christi memoriam, & cultum tollit. D. enim Ambros. ac Seuer. Sulpit. referunt, In Inuentione Sanctæ Crucis, marmoream Veneris Statuam in Crucis loco à Gentibus collocatam, ad tollendam Christi Domini Passionis memoriam. Ex quo liquet Carnalia, Domini Dei memoriam, & cultum tollere: quomodo verò, qui Christi obliuiscitur Altari seruiet? Negligentes in principis obsequio è Curia expellantur.

Quòd insuper minus Deum amet vxoratus, ostendere videtur Plutarchus in moralibus dicens, vt fluuius in multos deductus riuulos fluit tenuis, ac languidus, sic beniuolentia in multos distracta languescit, & euanescit. & hæc est Zelotipiæ ratio.

Sed ineptum Dei seruitio vxoratum, ostendit ille, qui ad nuptias inuitatus, ire ea de causa renuit, quia vxorem duxit, inquiens, vxorem duxi, ideo non possum venire; quomodo ibit quotidiè ad cæleste conuiuium igitur, qui vxorem duxit? Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. Hinc Deut. 23 ait Dominus si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperum lauetur aqua.

Hinc locum Sap. 4. ò quam pulchra est Casta generatio cum claritate, Cyprianus traducit, Melius est sine filijs esse. (Ciprian. lib. de sing. Cleri.) D. verò Hieronim. in cap.

63 Esaiæ, traducit, dicens Melior est sterilitas: Isidor. clar. etiam legit, melius est carere liberis; Sanctus verò Ambros. lib. 1. de Virginibus eundem locum transtulit legens, Melior est Virginitas.

Hinc D. Paul Tito ait (Tit. 2.) In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, In Doctrina, In Integritate, in Grauitate, vbi Hieron. transfert, In Castitate, Grecum enim verbũ Grauitas, apud Latinos (secundum peritos) idem sonat, quod Castitas, Castitas enim virtus est maiestate, & grauitate plena.

D. etiam August. de non vendendo Sacramenta: Serm. 38 probat Sacerdotem abstinere debere à Carnis immunditia, & ait, Attendite, quòd dicit Apostolus, Fornicatio, & Immunditia &c. quasi dicat August. nedum abstinendum à fornicatione, quæ est naturalis mulierum Concubitus, sed illicitus, sed ab Immunditia, quæ per coniugium contrahitur, & inferius Doctor Sanctus, ad hoc comprobandum, ait, scitis fratres, quod die quadam, Dauid venit ad Abimelech Sacerdotem, & ait Dauid Esuriens, Da mihi aliquid cibi, & respondit, non habeo panes Laicales ad manus, sed tantum panem Sanctum, & ideò, dic mihi ô Dauid, sunt ne mundi pueri tui à mulieribus? & ait Dauid sunt, ab heri, & nudius tertius, & dedit eis Sacerdos sanctificatum panem: subinfert igitur D. August. si interrogauit Sacerdos vtrum serui Dauid mundi essent propter panes propositionis accipiendos, quid facere nos debemus miseri Sacerdotes propter Corpus Domini capiendum?

Corroborat etiam prædicta D August. ibidem, dicens. Vidimus in Ethiopia multos homines, ac mulieres, capita non habentes, sed oculos grossos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes. Inter quos Sacerdotes eorum vidimus, vxoratos quidem, tantæ tamen abstinentiæ erant, quòd vxorem, nunquam, nisi semel in anno tangere volebant, qua die, ab omni sacrificio abstinebant. & sequitur. Vidimus in inferiorib. partib. Ethiopiæ homines vnum oculum tantum in fronte habentes, quorum Sacerdotes, conuersationes hominum fugiebant, ab omni libidine carnis abstinebant, & in septimana, in qua Dijs suis thura offerre debebant, nihil sumebant, nisi mensuram aquæ per diem. Ecce, Pagani fidelium Doctores facti sunt. Tunc veri Domini ministri erimus, infert August. si sobriè, si iustè, si castè vixerimus,



Quamuis autem cohibita luxuriæ euagatio, vni tantum feminæ mancipetur, tamen nequaquam possunt in coniugato carnalis concupiscentiæ aculei non vigere: nimirum difficile est, vt ignis, cui etiam studiosè pabula suggeruntur, ita prefixis terminis includatur, vt non etiam extra euagatus comburat quicquid attigerit, cui etiam si sua illa semper occurrat obiectio, vt estuare intrinsecus non sinatur, tamen etiam dum cohibetur incendit, quia voluntas ipsa culpabilis est. & velocissimos adulterorum raptatur excessus consuetudo concubitus, sic affirmat Teon. in collat. 20. Io. Cass. qui & infra, ait, quos gratia Saluatoris flammauerit, omnes Carnalium desideriorum spinas charitatis igne consumit.

Plautus in Pers. asserit potius cum excetra (idest Hydra) aut cum Antheo pugnam velle, quàm cum amore. Cum excetra, inquit, cum Antheo, luctari malim, quàm cum Amore: Porrò excetra, vt finxerunt Poetæ, septem capitibus prædita erat, cuius, capite vno amputato, alterum surgebat. Antheus verò tunc fortior ressurgebat, cum prosternebatur. Hoc magis ac magis in amore euenit, & in concupiscentia Carnali: Caueant igitur Sacerdotes à tali concupiscentia, quoniam cum putant per vxorem vnam, carnalem sedasse concupiscentiam, tunc ipsa valentiori conatu, eos torquetur.

Infinita verò propemodum sunt, quæ ex Sacerdotis coniugio sequerentur absurda, nec inter cætera tacendum, quod cum vir vxori debitum reddere iure teneatur, accidere posset quod dum accinctus, ad sacrum cælebrandum esset Sacerdos, illius vxor libidinis stimulo acta, debitum sibi expostularet, quid enim tunc sacris iam ornatus vestibus ad altare Domini sacra facturus procedens, coniugis infirmitate commotus actitaret? exuere ne se deberet, diuinoq; sacrifitiò post habito, satis carnis illecebri faciet, atq; habito illo negotio i l cò quoniam iam meridiana preterit hora, sic carne depressus, sursum corda populis dicet? Vah, ipsi respondere possent, Deorsum corda ad carnalia & terrena tecum habemus.

Plura quidem sunt Amantis viri mala, quandoquidem sine lege hominem facit amor, vnde Boetius, quis legem dat amantibus? maior lex Amor est sibi; quinimò Euripides (in Hyp.) Amorem Tyranum virorum appellat, quem etiam Nazianzenus, Tyranum dicit suauem. Hinc egiptij, vt Amorem delinearent

linearent, nil aliud pinxerunt (vt orus scribit) quàm laqueum, quo innuere voluerunt, carnalem Amorem, vt plurimum, ad miserabilem nos ducere conditionem. legas verò de primo coniugato, etiam per Dei manus, de Protoparente inquam, qui ab amata vxore didicit Dei contemnere mandata, ex quo tota humani generis horta est perditio, quid Sancti Iob vxor, Sanctum docebat virum? Non aliud certè quàm, vt Deum optimum blasphemaret. Amat Mulier, & ex nimio amore immoderatè procedit. Ouid. Nox & amor, vinumq; nihil moderatè suadent; Illa pudore vacat, liber, amor, metu. Hinc est quod cæcus Amor pingitur. Amantes enim cecos sine veri agnitione reddit. Malum bonum dicit, & bonum malum. Adde verò quod Amans non visibilia videt, uisibilia uidere nequit, Vnde Poeta. *Quel che l'huom vede, Amor lo fà inuisibile, e l'inuisibil fà Veder, amore.*

Mala ex vxore, commemorat D. Hieron. Rufino scribens, suadensq; vxorem minimè ducere, & ait, Veritas quæ non potest falli, ait de Beato Dauid, Inueni virum secundum cor meum. Hic tamen precipitatus est amore mulieris, ex adulterio, in homicidium, ne vnquam sola veniant scandala, Diues enim omnis iniquitas societate plurima, & quamcunq; domum intrauerit suis tradit inquinandam conuiuis; Amice, Bersabe siluit, & in nullo malignata est, nihilominus facta est stimulus viro perfecto, & mortis aculeus marito innocenti: sol hominum Salomon thesaurus delitiarum Dei, sapientiæ singulare domicilium, crasso tenebrarum fuscatus attramento, lucem animæ suæ amore amisit mulieris, & postremò curuatus coram Baalim, ex Ecclesiastice Domini, mutatus est in membrum Zabuli, vt adhuc grauiori videretur detineri precipitio quàm Phebus in casu Phetontis, qui de Apolline Iouis, factus est Pastor Admeti: optima fæmina, quæ rarior est Phenice, amari non potest, sine amaritudine metus, & sollicitudinis, & frequentis infortunij. Malæ autem, quarum tàm copiosa sunt examina, vt nullus sit expers malignitatis earum, cum amantur amarè puniunt, & afflictioni vacant, vsq; ad diuisionem corporis, & spiritus; Amice, ne præda fias, in medio prædonum non dormias earum in transitu: Iupiter Rex terrenus, qui & Rex cęlorum dictus est, præsingulari strenuitate corporis, & incomparabilis mentis elegantia, post Europam

mugire

mugire coactus est; ecce, quem bonitas super cœlos extulit, fœmina Brutis comparauit, exaudi, & attende quid alijs contigerit, vt tibi prosit eorum læsio. Hæc Hieronim. quid ergo fratres pœnam delitias facimus? quid condemnationem ducimus voluptatem? quid mala nostra velut gloriam ducere volumus? Perfectæ uirtutis inditium est renunciare expertæ uoluptati, fugere notas carnis illecebras, & carnis maritales amplexus, & calentis adhuc ætatis flammas, fidei ardore extinguere. ita Hieron. alibi.

Adde autem, si Dei Sacerdos perfectæ non erit uirtutis, quis quæso talis esse debet? quod si perfectam profitetur uitam Inditium huius erit, si etiam à maritali cauebit amplexu, etenim (ut D. Cyprian. asserit) uirginitas flos est Ecclesiastici germinis, decus, atq; ornamentum gratię spiritualis, læta indoles laudis & honoris opus integrum, atq; in coruptum Dei Imago, ad Sãctimoniam Dei illustrior portio gregis Christi. Perfectior utiq; status est ab omni libidine abstinere, Nanq; ut docet Auctor li. de causis, tanto aliquid perfectius est, quanto habet cum suo principio conformitatem, quare & Philosoph. S. metephisic. melius est, inquit, quod est primo perincipio propinquius; Deus autem, qui est Alpha, & O, principium, & finis (apoc. 1.) est etiam simpliciter puritsimus, ab omni alienus, libidine, igitur &c.

Admirabiles, atq; egregij sunt Sacerdotes illi eunuchi, quibus nõ placet fornicari, & qui impudicitiæ reprimunt fræna, qui ipsam quoq; mentis titillationem, & tenuissima libidinis incitamenta vicerunt, & eo vsq; ita extenuauerunt illum carnis, vt ita dixerim, sensum, ut non solum ex commotione eius nulla oblectatione, sed nec exigua quidem titillatione tangatur, cęlestis enim Mannæ Altaris, tanta est maiestas, ut nemo lutea carne, & inquinata circundatus eius edulium percipere debeat, simulq; alijs percipiendum tribuat. Audi Tibullum, lib. 2. Epist. 1. Casta placent superis pura cum ueste uenite, & manib. puris sumite fontis aquam.

Sacerdotes utique castos esse debere. Hoc & Pythagoras, licet gentilis, docuit; Dijs enim dicebat, cum laudibus, amictuq; candido (quòd Sacerdotum est indumentum), & casto corpore honores exhibendos. Erubescat Christi omnis cultor, cum intelligit à gentilibus sese superari: Virgines uestæ, &

Iuno-

Iunonis, Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Delphici, Bouis quoq; illius Aegyptij Antistites, suma continentiæ laude commendati fuerunt. Tanta autem est pudicitiæ gratia, vt Apes tam industræ artifices, quas etiam putant sine coitu generari, nihil magis aspernentur, quàm impudicos, aut qui recenti ab concubitu ad eas accedant: Et quòd magis quisq; admirabitur, pocula ipsa dum ministrantur vtiq;, & cibos, pernas quoq; dum saliuntur, & caseum dum coagulatur, ac viscera dum reficiuntur, certum est infici, si contrectentur ab eo, qui coitu frequentiore, aut recentiore vsus fuerit. Quare & Pœni, & Græci, ac Latini omnes scriptores, qui non pauci numero de instruenda penu, deq; officio pistoris, & Coci, ac cellarij præcepta tradiderunt (vt refert Maph. Veg. de lib. Educ. lib. V.) putarunt oportere omninò castum esse, qui earum rerum curam susceperit, neq; nisi ab impubere, aut ab pudicissimo ea tractanda esse. Quod præcipuè Varro videtur tradidisse, dum ostendens, quibus ex rebus rectè absolutum esse conuiuium debebat, primum dicit bellos homunculos colligendos esse, quod idem ac pueros significat, hoc est pudicos; Hæc sunt dona pudicitiæ, hæc dignitas, ac excellentia, si igitur ad materialia conuiuia, & ad hasce epulas puritas necessaria, quænam munditia ad conuiuium Sacri Altaris ad panem Angelorum requiritur? Hanc igitur colant viri Ecclesiastici, hanc suscipiãt, & cumplectentur. Habet n. Candor corporis commune cum Deo quiddam, quo mirum in modum allicitur, ille atq; delectatur, descendens tanquam familiaris quidam amicus in humanas purgatiores mentes, præsentemq; se exhibens, ac faciliorem omnium præcibus, & votis pręstans assensum: confabulans quoq; instar domestici cuiusdam hospitis, altissimarumq; rerum mysteria ac secretiora aliquando communicans. Plena sunt horum omnia Christiani nominis monimenta, sed hoc in Gentilib. est mirabilius, vt de Sibyllis, quibus altissima de verbi diuini Incarnatione fuere reuelata. Postremò Cur putas Sacerdotes, Angelos in diuinis litteris appellatos? Non nubent, neque nubentur Angeli. (Matt. 22.) Angeli ergo sunt Sacerdotes, quoniam non nubent, neq; nubentur, sed Angelorum instar, carne purissimi, ac mundi, Altissimo ministrabunt Dic ẽt quod Dei Sacerdos, opus est, vt veræ sapientiæ vacet, At qui veræ sapientiæ vacantes, à coniuge

liberos esse expedit. Huc facit Poetica fictio. Fingunt namq; Poetæ Palladem, quòd castissima, ac Virgo credita fuerit, à Ioue genitam esse, non ex coniunctione fęminæ, vt reliquam ipsius sobolem, sed ex cerebro. Quasi ibi sapientiæ, non libidinis, vllus inesset ardor, qui in filiam deriuaret.

Quòd ergo remedium, quęris, erit contra Carnis incentiua? Audi ipsum Ouidium, de remed. amor. otia si tollas, periere cupidinis arcus. Audi Paulum, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Castitas appellatur Cinamomum, vnde Beatissima Virgo, maxima Castitate prædita, ait. sicut cinamomum aromatizans, dedi suauitatem odoris, Porrò sicut cinamomum, in rupibus, & spinis, nascitur, Ita puritas, & castitas maximè virginalis in spinis mortificationum nutritur; At si epulis, & poculis vacas carnique indulges, frater, non mirum, si etiam vxorem concupiscas. Animaduerte Apostoli Petri documentum, qui ait, fratres sobrij estote, & vigilate; vbi alia littera habet, fratres, Casti estote, Pro eodem enim habetur, sobrios esse, & castos, quandoquidem, sobrietas, castitatem fouet. Illud etiam animaduersione dignum, quod, apud ethnicos, Personæ Sacratæ Numini, si ad humanos transibant vsus, malè se habebant, vnde Dyonisius Alicarnasseus. lib. 2. refert, vestales Virgines Dianæ Sacratas, potuisse quidem, post trigesimum à consacratione annum, marito coniugari, verùm si hoc aliqua earum agebat, miserabilem semper duxisse vitam, qua propter Reliquæ virgines, vsq; ad mortem innuptæ manebant.

Quàm verò Personæ Deo dicatę venerandæ sint, ab extraneis discere possumus, de virginib. enim Dianæ sacratis, refert Iohannes Rosinus, quòd Romani eas sic venerabantur, vt nedum eodem comitatu, quo & Consules per Ciuitatem incedebant, eas incedere statuerint, locumq; ab omnibus cedi eis voluerint; sed si contingebat morti damnatum aliquem ad supplicium duci, casuq; in vnam ex predictis Sacratis virginibus incidere, profectò liberum dimitti illum volebant, ita enim Sanctas Diuinitati dicatas vestales virgines extimabant, vt ipso solo intuitu, iniustos Sanctificare posse putarent.

Apud ægyptios, Sacerdotes tertia parte redditnum regni fruebantur, quinimò, Regalis dignitas Sacerdotali erat vnita, authoritati, nec quis Rex esse poterat, quin prius Sacerdos esset

cæteriq; Sacerdotes semper ad regalia vocabantur consilia, cum res agebantur graues, nec poterat quicquam ad regnum spectans sine ipsis agi, Quòd etiam apud Caldeos, in Assiria, & in Media seruatum est: Quinimò etiam moderniorib. temporib. in Calicut, Pontifex gentis illius, Rex est, cæterisq; Indorum regib. prefertur: Ita etiam apud Lacedemones Regius gradus cognitio quidem erat bellicarum rerum; sed, & preminentia in sacrifitijs: Ita quoq; Reges prisci Romanorum ipsi Sacrifitia offerebant, tamq; Sacerdotalem extimabant gradum Antiqui, vt Imperatores nonnulli quò Maiestatem illustrarent propriam, Pontifices maximi appellari voluerint.

Apud Turchas etiam, sic in honore habetur Religio (confundatur impius Machiauellus,) vt Malismani, & Cadis, Sacerdotes, & Iudices in lege illa (& si peruersa Mahumetana) Immunes, & priuilegiati extiterint à subsidijs; quinimò califes in illa religione prius Reges erant, & Pontifices simul, Postquam uerò Sultanes regalem obtinuere dignitatem introduxerunt muhptos instar Patriarcharum, loco Califorum, qui quidem Religioni præsunt, in his quæ legem tangunt iudicant, preces, ac ceremonias ordinant. In his etiam quæ ad bella & laicale regimen spectant, disponunt, Imò in est illis facultas ea retractandi, quæ à sultanis statuta sunt, sententias quoq; supremi consilij abrogandi, si quidem Alcorano repugnare videntur. Quilibet verò Mahumetanus Princeps vnum ex prenominatis Muhptis apud se habet, splédideq; ac maximis redditibus, eum ditat. Turcarum verò Imperator suum Muhptis, magis reueretur, quàm virum alium Imperij sui.

Apud nostros hisce etiam temporib. videmus quanti fiat Religio in Gallia, Alemania, Polonia, In Anglia ẽt, his enim in locis Ecclesiastici viri, prima tenent loca à consilijs regijs, feuda possident, Ius dicunt, ac plenam Iustitiæ administrationem habent; Quinimò inter septem Imperij Electores in Alemania, tres quidem, viri sunt Ecclesiastici. In Polonia Primates Regij Consilij, Archiepiscopi, & Episcopi existunt: In Anglia, Rex, ab Archiepiscopo Cantorberensi sacratur, sicut etiam in Polonia, Rex ipse per Archiepiscopum Gnesniæ, benedicitur: sic quoq; videmus, quòd Christianorum Imperator confirmari debet, & consacrari à Snmmo omnium Pontifice.

En quàm magna Ecclesiasticorum Dignitas; Hinc D. Chrisost. de Religiosis loquens, longè (inquit) honorabilius est eorum pedes, quàm aliorum caput tangere, Ecce plusquàm osculari regias manus honorabile est religiosorum tangere pedes. Finxerunt Poetæ, Heroes in concauo lunæ habitare, vt quidem significarent ipsos veluti Deos esse, quamuis habitatorib. terræ similes, Tales dici possunt religiosi Sacerdotes, quòd enim in mundo eccelentius est, ipsi existunt.

Satis verò pro modulo, quoad personas Deo sacratas; est discussum, Quantum autem ad res pariter Omnipotenti dicatas, clarum vtiq; est, sacrilegium committi, si ipse ad humanos transferuntur vsus. Casus hinc queri potest, licita ne, sunt Conuiuia in Ecclesia, & Comestiones, ac similia sæculi bachanalia? Concil. Antisiodorense cap. 9. sic habet. Non licet in Ecclesia Choros sæcularium, vel puellarum Cantica exercere, nec conuiuia in Ecclesia præparare, quia scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur. Hæc ibi.

Licitum ne est Arma in Ecclesia defferre? Nequaquam, In Concil. Salegustadiensi, cap. 8 sic legitur, Decretum est in eodem Concilio, vt nemo gladium in Ecclesia portet, regali tantum excepto. Hæc ibi. Quinimò Theodosius minor, Imperator, vt arma Cæsareæ custodiæ ad tēpli Ianuam in eius ingressu relinquātur, conueniens esse fatetur, quin & Diadema regalis maiestatis deponēdū, vt ad Altare Rex non accedat, nisi oblationis causa, vbi Diuinitas splendet. Concil. Ephes. Bar. to. 5. an. 431.

Casus est etiam frequentissimus, Tradi ne debent, qui ad Ecclesiā confugiunt. In hoc certè plures delinquunt, Nimirum ni aliud legitimè præcipiatur, tradi nequaquam debent: sic enim iubet Concil. Arausicanum cap. 5. Vbi habetur. Eos qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportet, sed loci sancti reuerentia, & intercessione deffendi. hæc ibi. Et Concil. Aurelianense primum, cap. 3. Qui ad Ecclesiam (inquit) confugiunt, eos, ab Ecclesiæ atrijs abstrahi non liceat. hæc ibi. Concil. etiam Toletan. 12. cap. 10 sic statuit. Nullus audeat eos qui ad Ecclesiam confugiunt abstrahere.

Gentiles etiam puniobantur, si è templo delinquentes abstrahebant. Iustinus enim. li. 28. narrat eos de Epiro è templo Dianę, abstulisse Laudamium, quem etiam morti damnarunt, & quia de templo ad quod cōfugerat eum abstulerunt, è cœlo, ait, punitos

nitos, fame sterilitate, ciuilib. bellis, ac omni miseriarum genere. Quinimò apud Romanos delinquens damnatus, Coram Imperatoris effigie, saluus erat; Hoc refert tacit. an. li. 3. de An. Rufilla in Iudicio, vt falsaria damnata, quæ cum esset ante Cæsaris effigiem in Iudicium vocari non potuit.

Si verò priuilegia domorum Principum, & aliorum seruātur, Cur Domui Dei, priuilegijs non obstantib. reuerentia non exhibetur? Animaduerte autem impudens, quod Imp. Theod. & Valentin. legib. iubēt, vt pęna mortis puniantur qui coactè extrahunt eos qui ad Ecclesiam seruātur. C. Theod. l. 9. ti. 45. de his qui ad Eccle. confugiunt. Omnibus aduertendum tñ Asyla esse loca sacra, & religione tuta, non ideò instituta, vt ijs flagitia hominum protegantur, atq; impunita nequissimo cuiq; tàm in Reipub. perniciem, quàm in priuatorum fraudem, proponantur, sed, vt eò confugiant venia, & misericordia digni.

Quò ad res Ecclesiæ dicatas, sacrilegi Hugonottici, dicunt reformandam esse ad Apostolorum paupertatem Ecclesiam, similes profectò Iudæ proditori, dicenti, Quare non venijt vnguentum hoc trecentis denarijs. & datum est egenis? non quia affectu erga pauperes tangeretur, sed quia fur erat, vt sacer testatur Euangelista. Sic inquam Hugonottici, eo animo, & consilio, vt Ecclesię facultates, Calices, ac reliquias venentur, clamitant nil Ecclesiā possidere debere, vt nēpè ad eos Ecclesiæ bona deuoluantur. Non negamus aūt tempore maximè indigentiæ pauperū, Ecclesiastica bona posse erogari, D. enim Ambr. lib. de offit. ait, Aurū habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt erigeat, & subueniat necessitatibus, quid. n. est opus custodire q̄ nihil adiuuat? An ignoramus quantū auri, & argenti de tēplo Dñi Assirij abstulerunt? nōne melius conflat Sacerdos alimoniā pauperū, si aliqua subsidia desunt, quā si sacrilegus contaminat, & asportat hostis? Nōne dicturus est Dñs, Cur passus es tot inopes fame mori? Cur tot captiui in comertiū ducti, nec redempti, ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa viuentiū seruares, quàm metallorum; his non potes responsum referre; Quid. n. dices, Timui ne templo Dei ornatus deesset? Respondet, Aurū sacramenta nō querunt, nec auro placent, quæ auro nō emūtur, ornatus sacrorū, redēptio captiuorū est, & verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimūt animas à morte, Ille verè thesaurus Dñi, q operatur q̄ sāguis eius operatus est, 12. q. 2. aurū.

Quæ

Quæ Deo dicata sunt, quis negabit in vniuersorum vtile conuerti? Romam ipsam Deo singulari ratione dicatam (vnde Roma Sancta appellatur) quis non eam videt in quorumlibet hominum profectum fore, & possessionem? Hinc Atheneus quamuis Græcus, ac extraneus Author, Romam, cælestem patriam appellat, ac compendium totius mundi, Addens insuper, In ea Vrbe Gentes etiam totæ habitant, vt Capadoces Scithæ, Ponti nationes, & aliæ complures, quarum concursus habitabilis totius terræ populus est. Hinc Petrarcha, Hoc affirmo (inquit) quòd totius humanæ magnificentiæ supremum Domicilium Roma est, nec est vllus tam remotus terrarum Angulus, qui hoc neget. Propterea Idem Petrarcha in Inuectiua contra Gallum, ait, Roma mundi caput, Vrbium Regina, sedes Imperij, Arx fidei Catholicæ, Fons omnium memorabilium exemplorum. Quòd si de Curia Romana, quis ob murmuret, responderi potest illud Pij secundi, in Apolog. ad Martin. dicentis, instar cælestis Hierarchiæ diceres Romanam curiam, intuere, & circue mundum, & perlustra Principum Atria, & Regum Aulas introspicito, & si qua est Curia similis Apostolicæ, refer nobis. Multi tamen contra Almam Vrbem latrant, quoniam qui domi manentes Illustres videbantur, Romæ pro nihilo habentur, sed mirum non est, nec propterea iure dolent, quemadmodum enim terræ flumina, quamuis ampla, & profunda, nomen ammittunt mare ingressa, Ita, & Doctores domi clari, & inter suos Egregij, Romanam adeuntes Curiam, inter maiores, nomen amittunt.

Cæterum animaduertendum omnium sacrilegorum funestum esse exitum, Inultum enim non patitur abire Deus sacrarum rerum contemptum. Secundum Iura, pęna sacrilegorum ponitur. l. si quis C. de Episc. & cler. & 17. q. 4. per totum. Et hoc quoad forum contentiosum, sed quoad conscientiam, est excommunicatio; secundum verò D. Pauli sententiam (1. Cor. 3.) si quis templum Dei violauerit disperdet illum Dominus, vbi è contra, eis Deus fauere videtur, cuius effigies, ac statuas inuiolatas inter incendia, & ruinas seruant.

Casus autem contra sacra violentes sequuti plures sunt, & de Proculo quidem B. Victor Vticentis Episcopus (de Vandalica persecut. in Affrica, lib. 1.) ita refert, Geisericus, aduersus Dei Ecclesiam accensus, misit Proculum quendam in Prouinciam

Zeugi-

Zeugitanam, qui rapaci manu, templa spoliaret, Ille de pallis altaris, femoralia sibi faciebat, qui tamen Proculus, infelix frustatim sibi propriam comedens linguam, in breui, turpissima consumptus est morte. Paulus etiam Diacon. (lib. 17. rerum Romanorum) ait, Chaianus cum barbaro exercitu suo Diriziperam venientes, Ciuitatem depopulati sunt, & Sancti Alexandri Ecclesiam incenderunt, sepulchrumq; illius argenteo tecto coopertum spoliant: Deus autem, vindictam martiris faciens, pestilentiam languoris barbaris intulit, & vno Die septem Chaiani filios per febrem, & inguinariam pestilentiam, occidit. Glycas etiam in suis analib. parte 4. de Imperio Leonis Copronimi agens, Post Copronium, (inquit) eius filius Leo imperauit, religiosus, ac pius quidem ab initio, verum vbi coronam Ecclesiæ à Mauritio donatam Capiti suo accommodasset, ac gestasset, Carbunculi morbo vexatus, ardenti febre tandem extinguitur: Vides eum, qui rem Deo sacram vsurpauit iusta numinis vindicta peste interijsse. Quid plura? Rex Babilonis Nabucdonosor, vt Daniel Proph. testatur, cum Ierusalem expugnasset, partem vasorum Dei abstulit, eaq; in domo Dei sui asportauit, qui postea, ex hominib. abiectus est, & fęnum vt bos comedit, ac rore cœli corpus eius infectum est. Disperdet, disperdet igitur Dominus eum, qui templum Dei violauerit.

Audite fratres Dominum, dicentem omnib. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Euh me, contradicunt pollitici, omnia Cæsari debemus. omnia rerum præsentium opportunitati, Deo nil debemus, sed si, quæ sunt Dei, Deo ipsi curanda relinquamus, Dei cultum, Dei religionem, curent alij, qui volent, nihil ea ad nos pertinent, Tales pollitícos, qui Dei cultum, ac reuerentiam omnibus suis non anteponunt, Christianorum hominum loco habendos non esse affirmo. quid enim Christianum hominem ab ethnico discernit, nisi nominis Christi fides, cultus, religio? In quo igitur non est Christiani nominis religio, cultus, reuerentia, amor, hunc Christiauæ religionis nomine ab alijs non Christianis discerni quis existimabit? quinimò nullam iste tenet Religionem, qui nihil ad se attinere religionem putat. Quòd propterea dixerim propter eos, qui Deo dicata in Dei cultum seruari negligunt, quinimò nihilo faciunt, si sacra profanis commisceantur

tur, vnde perpetuæ obliuioni Diuina traduntur.

Sacerdos præcipuè, Diuini cultus zelator esse debet; Huc enim facit, quod in Exodo legitur de Sacerdotis veste illa, cum dicitur à Domino, pro eo quòd vulgata habet, stringes eam bysso, secundùm aliam litteram, oculabis eam, vbi iubet Dominus, vt Sacerdotis indumentum, oculis vndequaq; sit plenum, sed quonam mysterio hoc fuit institutum? sanè zelotipia, hac antiquitus pingebatur figura, veste scilicet vbiq; oculis plena, & hoc quidem propter indeficientem zelantis curam, qui accuratissimè minimum quemq; actum, qui fit circa rem amatam cernere contendit, & studet, quare canit Poeta (Tass.)

Geloso amante, apro mill'occhi, e miro,
E mill'orecchi, ad ogni suono intento.

en igitur qualiter Domini Sacerdos zelare habet circa ea, quæ Dei sunt, nec oculos subclausos, vt quidam asserunt, negligenter se habens, tenere debet.

Qui ad bonum maximè propensionem habet, ad boni ipsius tutamen indesinenter paratus existit; Huc enim tendere existimo, quòd in antiquis nummis, pro boni Genij effigie, Puer imprimebatur, comis pulcherrimis, & capillis aureis ornatus, Diademate, vel laurea ex platano contexta redimitus, præ manu serpentem habens; In qua figura illud significari videtur, quòd, qui reuerà de Deo, quòd summum est bonum, rectè cogitat, ac, sine vlla fictione, in Dei amorem inclinatur, Platano coronatur: At quid est Platano coronari? Xerses rex platanum summè amabat, cuius ramis in eius ornatum aureas catenas armillasq; pretiosissimas appendebat, vt Elian. refert, sic etiam Atheniensium Academia his delectabatur Plantis, quòd à Plin. commemoratur, li. 12. c. primo. quinimò Sacratissima Deipara Virgo Platanus ab Ecclesia nuncupatur, quæ in eius persona canit, Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas, sed Cur hæc? certè Platanum, scuti, vel clypei formam habere dicunt, quare cum laudabilis semper aliorum protectio, in platani metaphora ipsa laudatur. Hinc ergo, qui in bonum est propensus platano coronatur, hic enim bonum quòd diligit, protegit semper, quæ etiam protectio, in ipsiusmet redit coronam. Talis uerò, serpentem tenet prudentiæ Symbolum, quandoquidem ipse uerè prudens appellari dicitur, qui, serpentis instar, caput seruare in huius uitæ militia didicit,

Chri-

Chriſtum ſcilicet.

Ab Idololatris verò iterum atq; iterum adiſcere poſſumus qualiter Sacra ſint tuenda, Nimirum ex Indiæ orientalis quadam Hiſtoria, legitur, ſic. In Inſula Seilon, Altiſſimus mons eſt Adami mons dictus, in eius verò vertice, ædificium eſt ampliſſimum, in quo olim Dens Simiæ erat auro & gemmis ornatus, qui ab omnibus per vniuerſam Indiam pro Sacratiſſimis reliquijs habebatur, Ad eum enim omnes Indiæ nationes votiuas peregrinationes ſuſcipiebant, non minori cum frequentia quàm ea quæ ad Sanct. Iacob. in Compoſt. fiunt, adeò vt per quadringenta quingentaue milliaria cateruatim accurrerent. Accidit autem vt à luſitanis Dens hic abriperetur, propter gemmas quibus ornatus erat; quare illius regionis Reges, Legatos pro recuperando Dente miſerunt, obtuleruntq; pro eo florenos ſeptem centum mill. ſed Catholici Archiepiſcopi opera minimè facta eſt reſtitutio, ne Idololatrare concederetur, quinimò contritus eſt Dens atq; in cinerem redactus, & in mare conſperſa puluis. En verò quomodo qui rem ſacram putabant Gētiles, in profanum non permittebant conuerti vſum, ſed maximo pretio, ac ingenti diligentia, repetebant. Diſce tu ſacra venerari, omniaq; tua pro ſacrorum veneratione erogare. quid miſeri fiet vobis qui totum hoc templum, hic in throno conſedente ſuo Altiſſimo, in humanos, quin & in beſtiales, laſciuoſq; ac porcinos conuertitis vſus? Proh dolor! quopacto hæc ſuſtinent mortuorum ſepulchra profanas, fœtidiſſimas mulierculas, Cur non vniuerſa aperiuntur monumenta? ſed non terra ſacra, quinimò nec terra Aſinorum, tibi, vt putarim, in tumulum erit, In Inferno omninò anima & corpore tandem ſepelieris. ſemel Deo dicat. &c.

Extendi poſſet Regula ad obſeruantiam feſtiuitatum & dicendum foret, minimè [redacted] Dies, Deo & Sanctis ſacros, ad profana vertendos, Placetq; dictum illud Taciti li. 4. Anal. vbi ait; Feſtis ſolemnibus non modo quemquam ad ſupplicium, vel vincula trahi, dirum, & nefas eſt, verum etiam ipſis verbis profanis eſt abſtinendum.

Diruta quoq; templa reſtaurari debere ab Prophanis diſcamus; Narrat Tacit. anal. lib. 4. quod ſegeſtani populi petierunt à Tiberio Cæſare, vt templum Veneris in monte Erico conſtitutum, ſed iam penè dirutum, iterum inſtauraretur, exponentes

hanc maximè fieri deberi instaurationem cum Dea Venus ex sãguinis cognatione ex eadem erat familia,ex qua Cęsar ipse. quod cum audiret Cęsar, lętus ex hoc, Veneris consanguineus appellatus,toto animi conatu,templum ipsum,amplissimę tradidit ædificationi; si impudicissimę meretricis templa diruta ædificantur iterum, & summo habentur honore etiam à consanguineis, cur Virgini purissimæ templa dicata, non instauramus? mater nostra ipsa est, cum eius filius frater dicatur noster, lætabundi curemus ne saltim de honestentur;quod si Templa Sanctis alijs sunt dicata, Agite fratres, plures ex Iustis, Consanguinei sunt forsitan nostri, nostri sunt Patroni, igitur domos eorum colamus.

Reliquum est fratres, vt reminiscamur, nos in sacro quidem fonte, Deo corda nostra, solemni dicasse cælebritate, quare iugiter Dominus à quolibet petit, dicens, Fili, prebe mihi cor tuum. D. Cyprian.lib. de operi.& eleemos.representat diabolum Christo insultantem, & cum eo competentem, ac dicentem; Vides ò Christe quot nationes me sequuntur, & quidem redditus suos parui,& magni, me annuente, in mei seruitium consumunt,& nihilominus,quid ego pro illis feci? nec Alapas accepi, nec flagella sustinui, nec Crucem pertuli, nec cęlum meis promisi, sed tantum breuem voluptatem, & Infernum illis perpetuum, paraui, Tuos tales munerarios Christe demonstra, ostende Christe tuos tributarios, sicut ego tibi ostendo meos. Eia fratres, nec ad breue spatium cogitationem à Deo remouere deberemus, quod si dicas Impossibile vtiq; est cor cogitationibus non interpollari, respondeo, Ideo frequens lectio,& iugis adhibetur scripturarum meditatio,vt exinde nobis spiritualis memoriæ præbeatur occasio, Idcircò decantatio crebra psalmorum,vt assidua nobis compunctio subministretur, ideò, vigiliarum, orationum, ac ieiuniorum sedulitas adhibetur,vt extenuata mens non terrena sapiat, sed cælestia contempletur. Porrò cordis exercitium,molarum similitudini (vt ait Cassian.) non incongruè comparatur, quas meatus aquarum preceps impetu rotante prouoluit, quæ nullatenus quidem cessare possunt ab opere suo aquarum impulsibus circumactæ, In eius verò, qui preest, situm est potestate, vtrum nam triticum malit an ordeum, Loliumue comminui; Illud quippè proculdubio est commolendum, quod ingestum ab eo

fuerit,

fuerit; Ita igitur, & mens, per vitæ pręsentis incursus vndique ingruentibus tentationibus torrentibus circumacta, vacua quidem cogitationum estibus, esse non poterit, quale verò vel admittere, vel parare sibi debeat, studij ac diligentiæ suæ, prouidebitur industriæ.

Certum verò est, quod hi qui summam totius voluntatis, & gaudij, & beatitudinis suæ in diuinarum, ac spiritualium rerum contemplatione constituunt, cum ab ea inuiti, vel paululum violentis cogitationibus abstrahuntur, velut quodam in se sacrilegij genus, præsenti penitudinis puniunt ultione, ac vilissimam creaturam, ad quam sit detortus mentis intuitus, Creatori suo se pretulisse lugentes, penè dixerim, impietatis sibi crimen ascribunt.

Corda igitur iam Deo dicata, Deo præstemus. Nimirum omnia Omnipotentis Dei sunt, qui omnia metitur, quod si dicas, nunquid Deo omnia reddemus nihil parentibus, Amicis, nobis, retinebimus? Certè Domini est, terra & plenitudo eius, sed memor esto in Exodo (cap. 13.) Dominum ita constituisse, vt si Iudæi, Deo primogenita sua tribuerent, Deus illis, reliquorum liberum relinqueret Dominium (Palacius) Primogenitus noster, Ille est amor, Ille affectus Primus, Grandis, Fidelis, quo non est maior, si hunc tuum Deo reddideris amorem, omnia crede ei dedisti. Hunc meretur amorem Dominus, Hunc illi tribuè, & vade in pace.

OMELIA III.

Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.



Ccepistis ne vnquam N. vllas cęlestes virgines ab Optimo Maximoq; Parente Deo, ad mortales demissas fuisse? Demissa profectò iam pridem Concordia, demissa Pax, demissa Iustitia, & item Pudicitia, demissæ innumerabiles aliæ exima specie, candentiq; pudore Virgines, comitante ipsas Iuditio: Despe-

ctæ uerò, en, despectæ à mortalibus omnes; Ludificatæ; profugatæ, & per totum orbem exagitatæ, ac demum, unde deuenerant, regressæ sunt. *Demisit postremò* Amantissimus mortalium Parens Virginem aliam, quàm Alithian, Grai, VERITATEM, Latini uocant, ratus propter maiorem, quam ipsa præfert, uultus sui reuerentiam, & dignitatem, non tam graues modò eam iniurias excepturam, sed honori insuper magno, ac ueneratione apud illos futuram. Quàm uerò longè cogitationem euentus fefellit? quàm longè alia crudelitatis, magis quàm obscænitatis facinora in excellentem forma, nudamq; corpore Virginem perpetrata? (Horrendum dictu) Vniuersi Mundi huius Cultores, impetu facto in Veritatem irruerunt, Rustici, stimulis primò eam pungere ceperunt, Dehinc in eam, Vomeres, aratra, iuga, falces, rastellos, in eam mittere aggressi sunt, Nautæ quoque remos, ancoras, antenas, gubernacula & clauos & alia, contra Veritatem sumpserunt. (Dicas de singulis artificibus) Fęminæ (apud quas pulcherrima Virgo veritas, recipi percarè debebat) en, in eam, primæ iecerunt fusos, colos, verticulos, glomera, acus, calathos. Tum gemmas, Capillos vniones, annulos, inaures, armillas, torques, catellas, murenulas, mitras, tum mundum infinitum, pectines, calamistra, specula, &, quæ magis veritatem læserunt, vnguentaria vasa, elegantioris quàm necesse sit formæ causa parata. In plateas progressa est Veritas, & ecce primum, Pueri, sutores, barbitonsores, Aromatarij, Mercatores, Tum Medici: Notarij Sollicitatores, Causidici, Aduocati, Iudices, Principes, longo in Veritatem concitato agmine quasi debachantes, pugnis, calcibus, saxisq; contundere, strangulareq; laqueis veritatem conati sunt, quo nec contenti, contusam etiam & strangulatam, rotare demum per pedes, ac quassare, illidereq; terræ pro vi sua quiq; contenderunt, quare corruit tunc in platea Veritas, En triste mundi spectaculum, &, vt animaduertit Doctor Pipinus, mortua est Veritas sine confessione, cum haud quis reperiatur, qui veritatem confiteri velit. Descripsit eleganter quod diximus Maph. Veg. Dialogo quodam; sed desumptum hoc ingeniosè fuit ab Propheta Esaia. cap. 49. Vbi dicitur. Conuersum est retrorsum Iuditium, & Iustitia longè stetit, quia curruit in plathea veritas, & equitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem. (Si diffusius quis

discurere cupiat circa singulorum professiones, quomodo se habeant contra Veritatem, videat Maph. Vegium Laudensem Oratorē & Poetam cęleberrimū in Dialogo Verit. & Philalitis, & quę, breuitatis causa, nos dimittimus elegantissima reperiet.

Quid verò ad hæc Theologi? affirmat Esaias Sacer odio veritatem haberi, Cur ergo D. Thomas hoc docet, nempè, Omnis homo, à natura non degenerans, veritatem amat & eam scire super omnia desiderat? quomodo simul stant, veritatem odio haberi, & eandem amari? Isdem respondet Angelicus Doctor (1. 2. q. 29. 5. o.) Veritas amatur per se, sed oditur per accidens, Per accidens autem intellige, per aliud, Propterea nanq; veritas odio habetur, quoniam secum persepè aliquod, ratione malorum trahit scandalum.

Cęterum cum scandalum imminet pro veritatis debito tutamine, quid tunc iure agendum? en Regula, quæ à Ven. Beda venit, vtilius scandalum nasci permittitur quàm veritas relinquatur.

Casus inde est, vt ad seriosa veniamus. Pro Ecclesiasticæ Immunitatis forti tutamine scandalum nasci cernitur. mortisq; intemptatur periculum, Quid tunc agendum? D. Th. (2. 2. q. 48. 8.) Thomas, inquit, Cantuariensis, sustinuit scandalum publicum, vt occurreret maiori periculo, scilicet libertatis Ecclesiæ, & repetijt res Ecclesiæ cum scandalo Regis, ita D. Th. D. etiam Chrisostom. in illud, Rom. 12. Quod in vobis est pacem cum omnibus habentes, docet, nos præbere minimè debere siue Iudæo, siue Græco occasionem dissidiæ. Nihilominus, si quid contra pietatem agitur, non esse anteponendam concordiam pietati quinimò pro veritatis deffensione. dandam esse vitam. Hinc D. Eusebius Vercel. Eps, persecutionem passus, & exul factus ab Arriano Imp. Constantino, patienter sustinuit, quin & fame mori deliberauit, potius quàm manducare vnà cum quodam hæretico Episcopo, qui ex hac communione in cibo publicare decreuerat Ipsum Eusebium in fide cum eo communicare. Ita habetur in Actis Euseb. (Bar. t. 3. an. 356.) Infinita verò propemodum sunt Iustorum exempla, qui hostiam Deo se obtulerunt, & pro veritatis tutamine martyrium subierunt:

Quod si scādalū in veritate dicēda cōtra Iustū, quādoq; eueniat, De tali, ait Proph. Iustus vt Palma florebit, vbi in hębreo (iuxta peritos) loco palmę: aliud habetur nomē, ꝙ nedū palmā significat, sed Phenicē, sicq; legit Tertul. Iustus vt Fęnix florebit: pꝙ signifi-

significatur, quod dum Iustus præmitur, vt Palma ressurget, & nedum hoc, sed renouatur, Illustrior, & clarior quàm prius erat, fitq; immortalis, vt Fenix. Nullo igitur metu vir præstans detineri debet ab libera reprehensione earum rerum, quæ in priuatorum Reiq; pub. perniciem redundant. Ita etiam affirmat Pascal. lib. 2. an. Taciti.

Verùm Pollitici, & Ciuiles homines elegantes, & suaues, cordati & prudentes, sacrosanctæ etiam religionis causam polliticè tractari volunt, aliorumq; rusticam simplicitatem irrident, qui ad quemuis falsæ doctrinæ sonitum, ad quemlibet violatæ religionis motum, zelo statim exardescunt, & modis omnibus, fidei integritatem, & pietatem illibatam conseruare contendunt. Contrà enim, mendaces pollitici asserunt, dicentes, Multa esse tempori concedenda, multa esse pro tempore dissimulanda, publicæ pacis causam ante oculos semper habendam, non esse irritandos crabrones, nec tantam in vniuersum, religionis curam nobis incumbere. vt pacem cum omnibus habeamus, temporaliaq; nostra non ammittamus, quinimò Principum placitis se quemquam accomodare debere, suisque rebus consulere, Affirmare quoque audent (Vah, quid audio) affirmare audent perditi ipsi religionis curam ipsemet Deo, qui suas iniurias vlcisci valet, relinquendam, Ac si ministros & seruos Deus habere dignus minimè existat: Sicque laborantis Ecclesiæ patrocinium turpiter deserentes, orthodoxam fidem hostibus nefariè, ne leuicula etiam scandala eueniant, produnt, Veritatem suffocantes: Atqui huiusmodi falsum polliticum, qui religionis causam suis commodis, vel etiam reipublicæ paci, postponit, imò qui eam omnibus rebus non anteponit, Christiani hominis loco habendum non esse affirmo: Quid enim quæso hominem Christianum ab ethnico discernit, nisi nominis Christi fides, cultus, religio? In quo enim non est Christiani hominis religio, cultus, reuerentia, amor, hunc Christianę religionis nomine ab alijs non Christianis discerni quis existimabit? Nullamque ille tenet religionem (Stapleton) qui nihil ad se attinere religionem putat. Quod si tales, non negare fidem asserant, quamuis rationibus prædictis taceant. Illos fideles speculatiuè appelles, non fideles practicè: quod enim corde tenent, factis negant. Dixerat stoicus Zeno iram non esse in Deo, vt malèfacta puniat, veluti indi-

gnam

gnam Deo passionem; Assumpsit Epicurus; si Ira in Deo non est, nec gratia aut beneficentia vlla, atq; ita, nec mala puniens, nec benefacta remunerans, rerum humanarum curam non habet, sed se ipso solo beatus est: ex hac Stoicorum propositione, & Epicuri assumptione, concludunt Diagoras, & Theodorus Cyreneus, ergo non est Deus, si enim nullo mouetur affectu, quod intelligibili naturæ est proprium, prorsus non est. Hæc apud Lactant. (lib. de ira Dei) Dic verò, & Deum esse, & in Deo iram, & similia quoad effectum, non quoad affectum, sed dic etiam, eâdem prorsus inductionem nostros Pollicitos, Atheos concludere; Aiunt illi, Zelus iste, & religionis furor, hominem ciuilem non decet; sublato zelo, quem, vel in paucos reijciunt, vel ab omnibus animo depelli volunt, cura omnis, & affectio religionis tollitur. Ergo homo Christianus minimè erit.

Veritas dicenda. Dio Philos. Orat. ad Alexand. sic ait, Pœnas sumere ita conuenit, vt simul parcas, docere verò, vt nihil parcas; & boni hoc est Præfecti, vt ignoscat, mali autem Philosophi, vt non sit acerbus supplicij .n. plenitudo, perdit, sermonis autem amaritudo naturaliter seruare solet. Antisthenes dicebat, Diogenem Vespis esse similem, quia veridicus erat, Vespis verò nō magnum esse alarum strepitum, sed aculeum acutissimum, nonimus. ita profectò philosophus Christianus pūgere habet &c.

In his quę Dei sunt, & Dei cultum tangunt, docebat impius Machiauel. dissimulandū esse, sed contra hoc docet sacer Daniel Propheta. Cum enim Darij regis Magnates contra Danielem conspirassent, vt Rex lege statueret nullum per triginta dies orare posse Deum, & hoc sub pœna transgressoribus in lacum Leonum mitti; curauerunt, Hoc tamen non obstante, Daniel vir pręstans, cordatus, & inuictus, Ingressus est domum suam; & , vt, ait sacer textus, (Dan. 6.) fenestris apertis in cenaculo suo contra Hierusalem, ter in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo suo, sicut & antea facere consueuerat. Quid agis Daniel Sancte, contra legem Regis oras? & hoc fenestris apertis? claude Saltim fenestras, ne quis videat, ac te accuset, vel dicat, te hoc insolenter agere, aut si oras, ne flectes genua, sed stans aliquid aliud agere, & non orare fingas. Minimè, ait Daniel, Absit hoc à me, qui cum Deo, & quæ Dei sunt agit, toto corde, & tota veritate, nullo simulationis colore superimposito agere debet, sed fenestris

nestris apertis patenter, & manifestè, ita vt omnes, quæ facimus sciant. Et hoc etiam si inde mors sequutura,& si in lacum Leonum deuoraturi mittendi sumus. Discite fratres,est ne dissimulandum vbi de Dei cultu agitur?tria sanè sunt, quæ abscondi minimè debent nec taceri, Iustitia Dei, misericordia Dei, & veritas eiusdem, Hoc docuit qui sedit in Cathedra sapientissimus Dauid Sanctus, dicens. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam,. & salutare tuum dixi. Quid ergo contrarium docent pollitici, dicentes vt taceamus? Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq; eccl.20.

Vtilius vtilius scandalum permittitur quàm veritas relinquatur. Pugnat hæc regula immediatè contra Machiauellum impudenter asserentem virtutes principum simulatas & fictas esse debere. Contra cuius hæresim 2. Macab. 6. Eleazarus vnus de primoribus scribarum vir ætate prouectus,ait,Non enim ætati nostre dignum est fingere, vt multi adolescentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur. Non vtiq; dissimulādū Eccl.13. si dissimulauerit delinquit dupliciter. Docet verò Machiauel. principes hypocritas esse debere & illusores. Contra quem Io.4.spiritus est Deus & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Ex Corn. Tacito etiā Anal. li.4.vt habetur in obseruat. Car. Paschalij. dicitur, Hęc solent esse Principum teterrima vitia,superbia, sæuitia, Ira,libidines, simulatio, dissimulatio. Dio etiam Philos.or.1.de regn.ait de Rege, simplicitatem & veritatem existimet ad Regem, & Prudentem pertinere, Astutia autem & doctrina, ad fatuos seruilemq; conditionem, considerans quod & bestiarum timidissimè, ignobilissimæq; omnium maximè mentiantur, atq; fallant. Hæc Dio, etsi ethnius. Et rursum Tacitus,lib.3.anal. ipse virtutes, inquit, sunt noxiæ cum parando regno finguntur. Et Cicero, Totius iniustitiæ (inquit) nulla capitalior quàm eorum, qui tum cum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse uideantur. Quàm sanctè autem dicere solebat Socrates, recta eos, & expedita ad gloriam uia peruenire, qui id agerent, ut quales uideri uellent, tales etiam essent, monens apertè ea sententia, ut uirtuti quisq; potius quàm umbre eius

innite-

inniteretur. Quam Sanctius verò faciebat Cato, qui Socratis præceptum, opere ēt supergrediens, malebat (vt Crisipus ait) bonus esse quā, videri? Ita etiam grauissimè Calanus Indorum Philosophus Alexandro scribens, ait, Nec similes sumus Greciæ Philosophis, qui verba pro rebus meditati sunt ad opinionis cælebritatem, nobis res, sociæ verbis, & verba rebus, res cælebres, & sermones breues.

Negare etiam quis poterit Principem magnanimum esse debere? verum vt Arist. 3. Ethic. docet, proprietas est Magnanimi, clarum esse, veracem, amare quoq; vel detestari palàm omni postposita simulatione, vilissimum est enim aliud in corde, in ore aliud habere. Non simul patiuntur Hippocrisis, & magnanimitas. Propterea, vt refert Franc. Patrit. de repub. lib. 6. tit. 5. cum Parmenio Alexandrum Mag. hortaretur, vt dolo & astutia inimicum vincere curaret, Respondit Alexander; si Parmenio ego essem, hoc vtiq; agerem, sed quia Alexander sum, hoc detestor.

Cicero etiam ipse (lib. 2. de nat. Deorum) affirmat optimum modum colendi Deum, esse, eum semper colere vna mente, vna voce pura, integra synceraq; Plato verò, lib. 2. de repub. docet maximam esse omnium iniquitatum, iniquitatem iustum ostendi quod iustum non est. Propterea Theophilact. ac D. Basil. asserunt in duplo mæreri pænam eum qui sub uirtutis specie malum aliquod perpetratur. Diliges Diliges, ait Saluator; Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota mente, ex totis viribus tuis. quod si crimen committis, si cautè tamen ad scandalum euitandum incedas, rectè agis.

Sapientiam putat Machiauellus Principem simulare; contra, ait D. Gregor. Mag. (lib. 10 c. 16. in c. 12. Iob.) Sapientia iustorum, est nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quàm facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate, contumeliam, lucrum putare. Huc verò facit quod refert Aluisius Regius, in libro, Qui titulus est, vicissitudo rerum (dicens) quod Persarum Reges quam totius in mane euigilarent illicò monebantur vt Deum timerēt, simulq; vt negotijs à Deo eorum cure relictis diligenter vacarent. Sed & magis huc facit, quod idem Author refert, nempè quod nato Primogenito Regis Persarum, ætatem docibilem pertin-

 gens

gens, Ipse quatuor præceptoribus tradebatur, Primusq; præceptor, paruulum in obsequio Dei instruebat, Secundus admonebat ipsum, vt toto vitæ suæ tempore verax esset, non simulatus, Tertius magister eundem, vt à nulla cupiditate vinci pateretur, docebat, Quarti tandem præceptoris munus erat erudire infantem, vt magnanimus esset, ac ne ex pusillanimitate, vllo vnquam tempore, alicui cederet. En fratres, Sapientia certè vnquam fine veritate est. Hinc Mapheus Vegius, veritatem, sapientiæ sororem appellat, inducitq; veritatem, ita loquentem. Audisti vnquam magnum olympi rectorem ex cerebro genuisse sapientiam illam quã vocant Palladem? hæc mihi soror, ille mihi parens; Edita sum ego eodem partu, eodem semine: tantaq; est duarum sororum inter nos volendi, ac sentiendi paritas, tanta vultus facieiq; similitudo, vtram videris, dicas in nobis nil præter nominum appellationem differre.
Contra Machiauelistas profectò est regula præsens, contra eos inquam, qui asserere non verentur propter populorum pacem, permittendas esse semper fasas religiones, en, vtilius scandalum permittitur, quàm veritas relinquatur, Pereat mundus, & fiat Ius. Sed & audiamus voluntatem Diuinam contra infideles. Deuteron. 7. & 31. legitur quod illicò, ac populus hæbreus, ex Egypto exiuit, ipsi Dominus præcepit, ne cum Cananeis, Zebuseis, vel Amorreis communicaret, nec quicquam cum infidelibus quoquo modo ageret: quinimò, ipsimet electo populo iniunxit Dominus, vt contra infideles gentes bellum iniret; eorum Ciuitates demoliret, ac falsos trucidaret prophetas: ex quo siquidem docemur, odio prosequendos intestino à fidelibus, Dei inimicos, nostræq; purissimæ religionis hostes, tanquam hostes habendos, Porrò nil commune habent Deus & Sathan, Christus & Belial, quin ait Dominus (Math. 12.) qui non est mecum contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. Non possunt insimul ferri (Tertul.) vexilla Christi & Sathanæ, non stant simul lux & tenebræ. Non vniuntur (Cyprianus) dulce & amarum. Non veniunt coniunctim Bellum & Pax, Pluuia & Serenitas, sterilitas ac fæcunditas, siccitas & fons, tempestas & tranquillitas. Hinc Ipsemet Corn. Tac. lib. 2. anal. ostendit quod prudens Princeps externos ritus eosq; qui superstitionibus sunt imbuti nisi profanos ritus exuant, è suis ditionibus pellere debet. Huic malo
(ait

(ait Carol. Pasch. in Tacitum) si non maturè obuiam itur, vix dici potest, quot quantisq; calamitatibus Resp. confligetur. Sicq; refert Tacitus, factum Romæ Patrum consultum, vt quatuor millia libertini generis quadam superstitione infecta in Insulam Sardiniam veherentur, vbi & sequitur Tacitus. Et si ob grauitatem cęli interijssent, uile damnum, cæteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos usus exuissent.

Non ergo admittantur hæretici inter Catholicos à principibus. Nimirum Leges Ciuiles, nedum statuunt, ne testimonium hæretici admittatur, & hæreticum, non posse testamentum condere, quem etiam hæreditatem acquirere prohibent, sicut & prohibent ad officia publica hæreticum assumi (quemadmodum uidere est in C. Theodosij, & Iustin.) sed mandant etiam Leges, vt hæretici è Ciuitatibus expellantur, ne Ciuitates ipsæ ex tam infectarum gentium pręsentia inficiantur, sic præceperunt Theodosius, & Valentinianus. C. Theodos. lib. 16. tit. de hæret. lib. 64.) quinimò l. 65. dicunt non deberi illis locus, ex quo elementis ipsis per eos, fit iniuria. Propterea Constantinus Impetator in quadam epistola ad hæreticos (ut refert Eu seb. in uit. Const. lib. 3 1. 61. & 62.) postquam eos appellauit Veritatis & uitæ inimicos, Authores, ac Consiliarios mortis, mandat tandem ne cum Catholicis, vel in publico, uel in priuatis domibus, communicent. Hinc sanctè, & piè Hispaniarum Reges (ut habetur in Conc. Tolet. 6. c. 3.) antequam regalem ascenderent sedem iurabant, in ditione sua ullo unquam tempore admissuros hæreticos, quod & districtè adhuc seruatur. Hoc etiam seruandum ostenditur in Gallia, Parisijs nanq; tanquam in Galliarum uertice (ut refert Genebr. in Cron. pag. 562.) antiquus titulus ille conscribitur, Vnus Deus, unus Rex, una fides, una lex. hoc uerò in patenti loco Ciuitatis ipsius Parisiorum exaratum uideri dicitur. sic Dio Philos. de reg. or. 1. ait dicamus de Rege qui & iuxta Homerum ipsamq; ueritatem Rex fit, est primum Deorum studiosus, & Diuinitatis cultor. Neq; enim fieri potest, ut uir bonus & iustus ulli magis fidat quam iustissimis atque optimis Dijs. Quicunque autem cum malus sit se Dijs placere putat, eo ipso primum iam pius non est, aut enim fatuam, aut prauam statuit esse Diuinitatem.

Toto cœlo igitur aberrat Machiauellus, putans seruari regna

gens, Ipse quatuor præceptoribus tradebatur, Primusq; præceptor, paruulum in obsequio Dei instruebat, Secundus admonebat ipsum, vt toto vitæ suæ tempore verax esset, non simulatus, Tertius magister eundem, vt à nulla cupiditate vinci pateretur, docebat, Quarti tandem præceptoris munus erat erudire infantem, vt magnanimus esset, ac ne ex pusillanimitate, vllo vnquam tempore, alicui cederet. En fratres, Sapientia certè vnquam sine veritate est. Hinc Mapheus Vegius, veritatem, sapientiæ sororem appellat, inducitq, veritatem, ita loquentem. Audisti vnquam magnum olympi rectorem ex cerebro genuisse sapientiam illam quã vocant Palladem? hæc mihi soror, ille mihi parens; Edita sum ego eodem partu, eodem semine: tantaq; est duarum sororum inter nos volendi, ac sentiendi paritas, tanta vultus facieiq; similitudo, vtram videris, dicas in nobis nil præter nominum appellationem differre.

Contra Machiauelistas profectò est regula præsens, contra eos inquam, qui asserere non verentur propter populorum pacem, permittendas esse semper fasas religiones, en, vtilius scandalum permittitur, quàm veritas relinquatur, Pereat mundus, & fiat Ius. Sed & audiamus voluntatem Diuinam contra infideles, Deuteron. 7. & 31. legitur quod illicò, ac populus hæbreus, ex Egypto exiuit, ipsi Dominus præcepit, ne cum Cananeis, Zebuseis, vel Amorreis communicaret, nec quicquam cum infidelibus quoquo modo ageret: quinimò, ipsimet electo populo iniunxit Dominus, vt contra infideles gentes bellum iniret; eorum Ciuitates demoliret, ac falsos trucidaret prophetas; ex quo siquidem docemur, odio prosequendos intestino à fidelibus, Dei inimicos, nostræq; purissimæ religionis hostes, tanquam hostes habendos, Porrò nil commune habent Deus & Sathan, Christus & Belial, quin ait Dominus (Math. 12.) qui non est mecum contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. Non possunt insimul ferri (Tertul.) vexilla Christi & Sathanæ, non stant simul lux & tenebræ. Non vniuntur (Cyprianus) dulce & amarum. Non veniunt coniunctim Bellum & Pax, Pluuia & Serenitas, sterilitas ac fæcunditas, siccitas & fons, tempestas & tranquillitas. Hinc Ipsemet Corn. Tac. lib. 2. anal. ostendit quod prudens Princeps externos ritus eosq; qui superstitionibus sunt imbuti nisi profanos ritus exuant, è suis ditionibus pellere debet. Huic malo

(ait

(ait Carol. Pasch. in Tacitum) si non maturè obuiam itur, vix dici potest, quot quantisq; calamitatibus Resp. conflictetur. Sicq; refert Tacitus, factum Romæ Patrum consultum, vt quatuor millia libertini generis quadam superstitione infecta in Insulam Sardiniam veherentur, vbi & sequitur Tacitus. Et si ob grauitatem cęli interijssent, uile damnum, cæteri cederent Italia; nisi certam ante diem profanos usus exuissent.

Non ergo admittantur hæretici inter Catholicos à principibus. Nimirum Leges Ciuiles, nedum statuunt, ne testimonium hæretici admittatur, & hæreticum, non posse testamentum condere, quem etiam hæreditatem acquirere prohibent, sicut & prohibent ad officia publica hæreticum assumi (quemadmodum uidere est in C. Theodosij, & Iustin.) sed mandant etiam Leges, vt hæretici è Ciuitatibus expellantur, ne Ciuitates ipsæ ex tam infectarum gentium pręsentia inficiantur. sic præceperunt Theodosius, & Valentinianus. C. Theodos. lib. 16. tit. de hæret. lib. 64.) quinimò l. 65. dicunt non deberi illis locus, ex quo elementis ipsis per eos, fit iniuria. Propterea Constantinus Impetator in quadam epistola ad hæreticos (ut refert Eu seb. in uit. Const. lib. 3 1. 61. & 62.) postquam eos appellauit Veritatis & uitæ inimicos, Authores, ac Consiliarios mortis, mandat tandem ne cum Catholicis, vel in publico, uel in priuatis domibus, communicent. Hinc sanctè, & piè Hispaniarum Reges (ut habetur in Conc. Tolet. 6. c. 3.) antequam regalem ascenderent sedem iurabant, in ditione sua ullo unquam tempore admissuros hæreticos, quod & districtè adhuc seruatur. Hoc etiam seruandum ostenditur in Gallia, Parisijs nanq; tanquam in Galliarum uertice (ut refert Genebr. in Cron. pag. 562.) antiquus titulus ille conscribitur, Vnus Deus, unus Rex, una fides, una lex. hoc uerò in patenti loco Ciuitatis ipsius Parisiorum exaratum uideri dicitur. sic Dio Philos. de reg. or. 1. ait dicamus de Rege qui & iuxta Homerum ipsamq; ueritatem Rex fit, est primum Deorum studiosus, & Diuinitatis cultor. Neq; enim fieri potest, ut uir bonus & iustus ulli magis fidat quam iustissimis atque optimis Dijs. Quicunque autem cum malus sit se Dijs placere putat, eo ipso primum iam pius non est, aut enim fatuam, aut prauam statuit esse Diuinitatem.

Toto cœlo igitur aberrat Machiauellus, putans seruari regna

dum simulatè permittuntur hæretici, contrarium experientia probat, in Germania, & Gallia, quid hæreticorum prima permissio egit? Conseruat Dominus eorum imperium, qui Diuinæ Maiestatis imperium conseruant. sic docet Tacitus. Princeps nullo validiori præsidio quã maiestate sua tutus esse pôt, sed teste Seneca Epist. 96. sine bonitate nulla maiestas est. Et alibi Isdem Tacitus, subdola concordia maximarum discordiarum semina tantum alit. Sic fatetur Rex ille prudentissimus Dauid (ps. 17.) dicens aduersus Deum, Cum sancto, sanctus eris, cũ viro Innocente, Innocens eris, cum electo, electus eris, & cum peruerso peruerteris: Vbi Genebr. ait, idest, ô Domine, cum pijs, integris, & simplicibus, esse soles simplex, benignus, & integer; At verò cum peruerso, & vafro, te velut peruersè, & vafrè geres. Rex etiam sapientissimus Salomon, qui anthonomasicè Rex pacificus est appellatus, docet quæ nam sint quæ regem custodiant, & ait, Misericordia, & Veritas custodiunt regem. Prou. c. 20. Hinc Basilicus Imperator (vt narrat Euagrius lib. 3 c. 4.) literas direxit Thimotheo Alexandrino Archiediscopo in quibus, vt concremare faceret quoscunq; hæreticorum libros, & ordinaret, vt quilibet, à sacris Conc. definitam fidem profiteretur, mandabat. rectè sanè intelligens per hoc, Imperium optimè confirmari. Fatuumq; omninò est asserere per tolerantiam dissidiorum stabiliri regna, sciunt nimirũ bellicæ artis periti quod dum hostis diffidet, in eum inuadi optimum est. Tacit. lib. 3. hist. vbi hæc Comperta Antonio, discordes animis, discretos virib. hostium exercitus aggredi statuit, Ciuitatis, vel regni summũ bonũ Cõcordia, Quæ. n. Ciuitas melius consultat, quã quæ simul consultat. Quæ facilius agit, quã quę simul agit? quæ minus frustratur, quàm quæ eadem consulit? quib. iucundiora sunt bona, quam concordib.? quib. tristia sunt leuiora, quàm communiter ferentibus? quibus rarius accidunt dura, quàm mutuo seruantibus? quæ ciuitas ciuibus est amabilior? quę honorabilior hospitibus, quæ commodior amicis? quæ inimicis formi dolosior? Quos nam minus contemnunt praui homines? quos nam ita diligunt probi viri? Nonne enim constat quod concordibus, etiam amara dulcia sunt? Nonne constat quod Concordibus, non solum Imperium gerentes, sed etiam Deus attendat? At verò Discordes, neq; semetipsos audiunt, Neq; n. dissonantes

Cho.

Choros facilè quis exaudit quid dicant, neq; discordantes Ciuitates. Quæ ædificia, quanta regio, quanta hominum multitudo fortiorem facit populum, quàm mutua Concordia? Quot enim sunt Ciues in consentiente Ciuitate, tot oculi illius vident commodum, tot aures audiunt, tot linguæ admonent, tot cogitationes cogitant; nihilq; tam præclarum est, quàm si Deus optimus max. ita magnæ & populosæ Ciuitati vnam animam fecit. Vti è regione nihil neq; peccuniarum, neque hominum multitudo, neque alia potentia vtilitatem adferre diffidentibus potest: sed in contrarium hæc omnia, magisq, ad detrimentum sunt, & quo plura adfuerint, ad tanto maius & difficilius, quemadmodum, opinor, & res habet in corporibus, sano enim, Vtilis est magnitudo, carniumquè copia, ægroto autem, & malè affecto periculosissimus est talis habitus, & acutissimum periculum adducit. similiter autem & nauis, quæ si cum concordia gubernatoris, & nautarum nauiget, & ipsa saluatur, saluatque pariter vectores; sin minus quanto plura fuerint vela, tanto vehementiorem tempestatem perturbationemq; maiorem accidere necesse est, Idipsum etiam fit circa currum, si quidem Auriga rectè imperare sciat,& equi consentiant, nec vnus hac,alter illac trahat, sed dicto sint audientes parētesq; pariter,spes est in certamine talem currum victorem euadere, in bello autem saluari, Præsente autem seditione, turbationeque, tanto maius periculum est, quanto equi sunt fortiores atque velociores.

Imperium verò pietate firmari intellexit Iouinianus ille Imperator, de quo legitur in hist. Ecclesiast. (vt est apud Feum. ser. in nat. Inf. Mar. hisp.) quod dum Iulianus Apost. voce præconis mandasset vt in suo exercitu nullus Christianorum armatus incederet,nec stipendium haberet,ipse Iouinianus miles Christianissimus,vir quidem ingenuus ac cordatissimus, mandato aquieuit nil eo timens si se per hoc Catholicū declararet. Cæterum mortuo Iuliano, hic ipse Iouinianus in Imperatorem electus Imperium suscipere primum renuit,dicens,se nolle ijs dominari qui Christum vt Dominum minimè colebant, Cui omnes vna responderunt voce dicentes Christianos esse,ac Iesum Christum Dominum adorare. Ita verò,suscepto imperio Optimus hic Imperator hæreticos persecutus est, quod penitus Acacianorum hæresim destruxit.

De

De Ioseph Egypti Prorege, ait Ecclesiastic. (c.49.) Nemo natus est in terra vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi, & ossa ipsius Visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Sed quænam fuit ossium Ioseph post eius mortem prophetia? Exod. 13. legitur quidem, quod cum Moyses circumduxit filios Israel per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrum, Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum, eo quod adiurasset filios Israel, dicens, visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. sed hæc prophetia, Ioseph uiuentis: Cur ergo dicitur, ossa ipsius post mortem prophetauerunt? Ita certè, cum apud se ossa saluatoris habent, & sic ab ægypto liberantur, prophetia est, quod post mortem uniuersalis saluatoris, è mortis tenebris per ressurectionem educentur. Cæterum Adde, Prophetare, est laudare Deum, optimumq. Principis est pro stabilimento populi, præ oculis semper habere populi liberationem ab ægypto tenebrarum, errorum omnium, & Inimicorum fidei, ac si fieri potest, nedum in uita, ipsum principem prophetare, uel Deum laudare, sed & in morte, sicq. se populo gratum præbere, ut ossa eius secum semper habere post mortem cupiant, & ipsius exemplo Deum laudent, laudare nanq. quandoq. dicitur, cum alios ad laudes promouemus.

Querere deberent Priencipes, viros, qui eis vera dicerent, tunc enim eorum imperium optimè se haberet. Docet nanq; D. Thom. de regim. prin. li. 2. c. 8. rationem inter alias, Cur Romanorũ Dominium Diũ seruatũ est, & auctum, hãc fuisse, quia erat Animus in consulendo liber; cuilibet enim de consultoribus facultas inerat libera, liberè & palàm Veritatem dicendi; cum verò paulatim diminuta fuit hæc dicendi facultas, paulatim etiam Imperium est diminutum. Vide verò quàm veritatis amica antiquitus Roma erat (ex quo & seruabatur) Narrat enim Gueuar. de laud. rust. vit. & contemp. Aul. reg. quod Imperator Augustus triumphans contra Marc. Ant. inter alios Captiuos, quos Romam duxit, Sacerdos quidam egyptiorum fuit septuagenarius, qui vllo vnquam tempore mentitus est, propter quod hunc, Romanus Senatus, liberum fecit, summum Sacerdotem creauit, & in eius honorem statuam erexit, ex opposito verò, refert idem Gueuar, tempore Claudij

Impe-

Imperatoris, Romæ fuisse quendam, nomine Pamphilium, qui, Veritatis inimicus, vnquam veritatem dicere inuentus est cui mortuo, interdicta fuit sepultura, quinimò, bona illius fisco applicata fuere, cuius vxor, & filij, in exilium missi sunt, & hoc, ne tam immanis feræ vlla Romæ vnquam esset memoria. Ecce quàm Romani veridicos amabant, qui etiam inimicos, quales erant egiptij, veritatis amatores, ad astra extollebant, Conciues verò veritatis hostes ad nihilum ferè redigebant. vtinam hodie Principes veridicos amarent atque fouerent Regna enim sic magis florerent, vbi ex opposito languescunt.

Cæterum, Mundani hodie uera credere nolunt. sed, ut ait Clem. Alex. li. 5. strom. hoc quod amant, uolunt esse ueritatem. Io. 18 dicitur, Pilatus interrogauit Iesum, quid est ueritas? & statim ingressus est pretorium. Cur non respondidit Pilato Dominus, ei, quid sit ueritas domonstrans? si quidem responsum impediuit Ingressio in prætorium. Interrogauit nanq; quid est ueritas, (ait Iohannes) & statim ingressus est prætorium. Ac si dicat Euangelista Sacer, si non intrasset Pilatus prætorium, audiuisset utiq; quid Veritas est, At quia prætorium, (quod Veritatis est contrarium) intrauit, mirum non est, si ueritatis deffinitionem ingnorauerit. sanè, ut Bern. docet. Non amat ueritas angulos, non ei diuersoria placent, Disciplina communi, communi uita, communibus studijs delectatur.

Deplorandum utiq; infortunium ueritatis, quæ quamuis dignissima ipsa existat, quæ secundum Doctorem Aquinat. Despectos, claros reddit & fortes, ubi mendacium istorum opposita facit, Nihilominus ab omnibus repelli uidetur. Iudith, & Esther, & si pulcherimè, tamen, ut uiris placeant, ornantur, & placent; At ueritas, quid, ut grata euadat intemptare ualet? etenim si exuta pallio, & nuda appareat, Inuerecunda, præsumptuosa, inhonesta, censetur; si induta, opertaq; ingreditur, certè non agnoscitur, si sæueram se ostendit, odio habetur. si modestam, nil ipsa mouet; si uehemens incedit, turbat; si incomposito crine accedit, deridetur: si ex improuiso uenit, offendit: si expectata, obicem reperit: si importuna est, maiorem excitat ignem: si opportuna, raro ipsum extinguit; Si graui progreditur gradu, uim ammittit: si neglecta conspicitur, paruipenditur. eia igitur misera ueritas, nec nobili nec

uili

uili amictu, nec peregrinis, nec consuetis modis, hominum animos sibi allicere ualet, Hinc forsan, ut Demetrius asseruit, veritas abscondita est in profundissimo putheo, ex quo fieri non potest, vt abstrahatur.

Stat tamen regula, vtilius scandalum permittitur, quam veritas relinquatur. Casus verò est, Scandalum euenit si vxor viro debitum non reddat, Attamen cum ipsa Catholica sit, virum, hæreticum comperit, quid tunc Mulier faciet? Alphonsus de de Castro, lib. de iusta hæretic. punit. lib. 2. c. 7. & Episcop. Simanc. tit. 46. de pæn. num. 73. affirmant, quod Mulier Catholica minimè tenetur matrimonij debitum reddere viro hæretico, Ratio eorum est, quoniam hæresis ignis est infernalis, aer corruptus & pestilens, infirmitas tàm periculosa, & acuta, quod viscera intrat, animam inficit, atq; corrumpit, nec solum ex tactu, vt vipera occidit, nec solo intuitu, vt Basiliscus, nec solo flatu, vt Draco, interficit, sed & alijs mille modis, destruit, consumit, & ad nihilum ferè hominem deducit. quare iure D. Gregor. Naz. in orat. 19. in fun. patr. matrem suam Nonam laudat, dicens eam, nunquam intueri voluisse infideliũ domos, nec circa eas vel saltim accedere, nec vnquam voluisse manum suam mulieribus infidelibus porrigere, etiam si consanguineæ essent, & eo minus earum faciei suam iungere faciem. Vnde Isdem Gregor. orat. 27. docet nos debere ab hæreticis tanquam à veneno Veritatis cauere.

Rursum, Casus est. Scandalum est, Si ego Catholicus hospitio Amicum hæreticum aduentantem, non suscipiam, quid, eijciam eum? D. Hieron. adu. Ruf. lib. 3. c. 5. docet omnes hospitio recipiendos, exceptis hæreticis. Pluraq; exempla Iustorum, hæreticos reijcientium habentur in hist. Ecclesiast. vbi de Anglia fit sermo. lib. 2. c. 8. & lib. 3. c. 15. Qui ergo Iustus esse cupit vt Abel, deserat etiam fratrem Caym, qui saluari contendit cum Isaac, ne ludat cum Ismael, sed instar Iacob à facie fugiat Esaù. Hinc D. Athanasius multas passus est ab Arrianis persecutiones, quoniam cum eis commuuicare renuebat. Hinc D. Gregor. Naz. orat. 46. Nectarium in Archiepiscopatu Constantinopolit. Successorem, reprehendit, propterea, quia in illa Ecclesia nonnullos permittebat hæreticos. Hinc etiam D. Ambr. Epist. 24. lib. 3. edit. Rom. lib. 9. epist. 70. edit. communi, Sancto Vigilo Tridentino Episcopo scribens, cum docet

cet ne permittat vt Ecclesia corpus commune sit Christianis, & Gentilibus. Huc verò facit quod asserit Marsil. Ficin. (In argument. Dialo. 10. de legi. sup. Platon.) docens Impietatem esse familiaritatem habere, vel communicare cum his qui pro ipsorum delictis à Diuinis sunt separati officijs, quandoquidem illi infecti, sibi coniunctos inficiunt.

Vtilius vtilius scand. perm. q. ver. relinq Casus est. licet ne mendatium dicere, cum per tale mendatium, certò scio totum saluandum esse mundum? D. August. lib. de mendatio. (& ponitur. 22. q. ij.) octo genera mendaciorum enumerat, atq; concludit, quisquis, esse aliquod genus mendacij quod peccatum non sit putauerit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum. Et in eod. cap. 1. Neq; enim rectè testimonijs veritas. ait, Ad salutem sempiternam nullus ducendus est opitulante mendatio. Ratio uerò illa addi potest, quoniam, affirmat Salom. Sap. 1. Os quod mentitur occidit animam. quid autem prodest homini si totum mundum lucretur, sibi uerò detrimentum faciat?

Mendax. Peior est quàm fur, quia fur corpori nocet, mendax autē, nocet Animæ, dum eam in errorem, quantum in se est, inducit, sed & proximum fallit, seipsum lædit, & Deum contemnit. quinimò, quantū in se est, Deum qui veritas est, necat. Mentiens ēt omnis, proditor est, vult enim, quod ille cui mentitur, fidem sibi adhibeat, fidem tamen ei non seruat, sed eum decipere contendit. Adde, quod venenum est mendaci mendacium, venenumq; tam efficax, quod in ore existens, virum interficit. Sap. 1. os quod mentitur occidit animam. Diabolicum verò peccatum est mendacium nempè primum mendacium à diabolo est Dictum (gen. 3.) Nequaquam moriemini. Quare cum homo mendax est, Diaboli filius imitatione dicitur, Io. 8. mendacibus dixit Dominus, vos ex patre diabolo estis.

Quid hic dicent Mulieres quæ tot falsa proferunt Iuramenta? Xenarchus, apud Atheneum, lib. 10. ait, Mulieris Iusiurandum ego in Vino scribo, sed cur in Vino non in papyro? In Vino Iuramenta mulierum scribuntur, Nam de Vino affirmat Salomon, Ingreditur blandè. & in nouissimo mordebit vt coluber. Decipit ergo Vinum, sic Iuramenta quarundam sunt deceptoria; Adde etiam, quod, istæ Iuramenta suscipiunt ea facilitate, ac si Calicis Vinum biberent, Quantas ipsæ secum

in maritos fraudes gerunt? quot simulationes? quot proditiones? quantam hipocrisim? quot aliorum obscænos amores? quot pollutiones? quot suppositos partus? quot mentitas enutritiones? quot alieni seminis susceptas messes? At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores: laudant inter cætus, & prædicant quasi pudicitiæ principes: statuunt mauseola; plurimi quoq; Epigrammata condi, orationes scribi, & pronunciari curant in laudem, & memoriam Castitatis, fideiq; earum sempiternam.

Quod autem mendax nequaquam saluari possit, ēt Aristotelica probatur ratione, ait nanq; philosoph. lib. de regim. prin. simul similia coniunguntur, quod patet, Nam ignis igni. Aqua aquę copulatur, sed ignis cum calidus sit, & siccus cum aqua iungi nequit, cum hæc frigida sit, & humida, Cæterum Deus Veritas est. Io. 14. ego sum Via Veritas & Vita, Manifestnm est autem quod falsitas Veritati contraria existit, impossibile igitur erit, eum qui mendatium amplectitur, vt simul Deum Veritatem ipsam obtineat.

Obijciet aliquis, Nunquid Abraham non fuit mendax cum dixit Saram sororem, cui tñ vxor erat? Respondet autem D. Augu. Abraham dicens Saram sororem suam. Veritatem voluit cælari, & non mendacium dici, soror enim dicitur, quia filia patris erat, vnde & ipse Abraham, ait, verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meę, quia scilicet ex parte patris ei attinebat. Ita etiam D. Tomas affirmat. quolib. 8. q. 6. ar. 4. ad 2. simile fieri potest in depositionib. cum interrogamur, subticere nanque possumus veritatem, cauentes à mendacio.

Attendite falsi testes quæ diximus, & insuper animaduertatis, quod falsus testis, nocet Deo, nocet Iudici, nocet ei contra quem deponit, vnde August. falsidicus testis, tribus personis est obnoxius, primùm Deo, cuius præsentiam contemnit. deinde Iudici, quem mentiendo fallit, postremò, Innocenti, quem falso testimonio lædit. Qui verò munera pro falso sumunt testimonio, Dominum vendunt Iesum. Ita docet Glosa super illud Matt. 22. tunc abijt Iudas &c. Multi hodie sunt, qui factum Iudæ execrantur, & idem faciunt, nam cum pro munere falsum testimonium dicunt, quia veritatem negant, Deum, qui veritas est, vendunt.

Sed cupiditas, & timor mendacium afferunt, veritatem repel-

lunt,

sunt ne timeas, nec vana concupiscas, & Veritatem amabis; quod ex cupiditate mendacia proueniant, in mercatoribus patet, & in illis, qui principum sectantur curias; Caym, qui inter homines primus mendacium dixisse legitur, cum dixerit (Gen.4.) Nescio Domine, nunquid Custos frat. &c. interpretatur possessio. Ipsa etiam cupiditas causa fuit, quod Ananias, & Saphira Petro mentiti sunt. Quod verò ex timore mendacia quandoq; veniant, patet in Petro ipso, ex timore enim, Dominum ipse negauit.

Puniendi verò sunt mentientes. Strabo lib. 15, Geog. de Indis, refert, quod et si barbari essent, hoc tamen pacto mendacem puniebant: si tribus vicibus mendacium dixisse inueniebatur, prius silentio tradebant quotquot negotia mendax ipse agebat, ac deinde præceptum illi fiebat, vt perpetuò taceret, nec ullo vnquam tempore verbum formare auderet, & hoc quia iniustum videbatur illum loqui, qui rectè loqui ignorabat. Sed in Actib. Apostolorum apparet quod pœna mendacis, sit subitanea & improuisa morte perire sic enim loquitur Act. 5. de Anania, quod asseruit Petrus, Non es mentibus hominibus sed Deo, Audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expirauit. Hinc August. sup. illis verb. Perdes omn. qui loquuntur mendacium, meritò, ait, perditur mentiens, quia declinat ab eo quod est, ad id quod non est.

Hyppocrita falsus, mendax, intus Nero, foris Cato, totus ambiguus, vt ex contrarijs, diuersisq; naturis, vnum monstrum, nouamq; bestiam diceres esse compactum, iuxta illud poeticum, prima Leo, postrema Draco, mediaq; ipsa Chimera; Hic, veritatis præcipuus est inimicus, semperq; sub hac specie, ne scandalum fiat, Audiat regulam, vtilius scand. nasci permittitur. &c. Porrò scandalum, imperfectis tantum nocet. Mendacium verò toti Ecclesiæ est perniciosum, Hoc enim facit, vt vix alicui fides adhibeatur (Hieronim.) Mendaces faciunt vt vera dicentibus non credatur. vtilius ergo scandalum permittitur, quàm veritas relinquatur. vnde sciant falsi, quod quantum bonus denarius falso præualet, denario, tantum homo verax homini falso, vel mendaci itidem præualere dicitur, Bonus vnus denarius, plus quàm centum falsi valet, & vnus solus verax vir, plus centum falsis valet.

Vtilius scandalum nasci permisit &c, Eques ille fidelissimus, qui,

G 2 interro-

interroganti Cambysi, quod nomen apud populum ipse haberet, Cum alter respondisset, equidem Cambyses tanta fortitudine, & virtute præstas, quod patri tuo Cyro comparari posses, si tamen talem filium, qualem ipse genuit genuisses: Ille è contra longè prudentior, dixit, quod apud suos de ebrietate malè audiret, quod vitium principe indignum est. Quapropter, Cambyses, eo ad mensam vocato, postquam vino calefactus est, paruum filium, quem princeps ille veridicus bonorum suorum hæredem habebat, coram iussit afferre, & arepto arcu, sagitta cor eius transfixit, Modo, inquiens, videbis an potus impedimento sit mihi ad arma exercenda. Sed patienter tulit eques nobilissimus quia vtilius scand. nasci permittitur quam &c.

Vtilius profectò à Sacerdote præcipuè & Prælato scandalum nasci permitt. q. v. relinq. Sanè quid innuere voluit Dominus cum Exod. 28. præcepit, vt, in veste Aaron rationale foret, supra pectus verò inscriptum esset, Doctrina, & Veritas? Hoc nanq; significare videtur, quod quemadmodum, cum è pectore cor euellitur, omnia in mortem ruunt membra. Ita cum è pectore Pontificis cadit veritas, omnia Ecclesiæ fluctuant membra vtilius ergo scandalum nasci permittitur, etiam corporalis mortis, quàm veritas relinquatur, quæ ad spiritualia spectat.

Ex regione vna vaticanæ Bibliothecæ Romæ, in prophetiæ symbolum, speciosissima pingitur mulier velata facie, dextera, nudum vibrans gladium, simulq; tubam tenens, sinistra, Catenam à sole manantem aripiens, super caput autem pulchram gestans Columbam. In qua sanè figura illud significari videtur, Christi Cultores, qui prophetias de Christo profitentur, quorum primis dictum est, estote simplices sicut columbæ, velata prædicantes facie, nemini scilicet pro Christo parcentes, nullius faciem discriminantes, dextera tubam tenere debere, hoc est maiori qua possunt vi, quasi tuba exaltare vocem, nec hoc tantum, sed gladium vibrare iustitiæ, non minori quidem fortitudine, Catenamque, qua profanorum compescatur furor & amentia, ad manus iugiter habere obligari; hæc enim è cælo desursum veniunt, vnde & ad Paradisi Ianuam custodiendam gladio, non alius quàm Cherub. deputatus erat, vt scilicet sciatur, non aliud quàm Angelicum esse, quæ Dei sunt, diuinasque leges seruare, ac vt seruentur face-

facere. Virtutem ergo & furorem erigant Prælati, vt inducit D. Thom. ex Homero. Sciantque illud Hieronimi ad Marcellam, Apud Deum nihil voluptuosum, nihil tam suaue placet, nisi quod in se habet mordacis aliquid veritatis.

Animaduersione deniq; dignum, quod peculiari quadam ratione, veritatem dicere, sacro D. Dominici Ordini competere videtur. Nimirum, vt refert Iohannes Sagastizaual Theologus, In exhortatione Philip. III. Princ. Hisp. lib. 2. c. 15. Ordo D. Dominici, iam appellabatur Ordo Veritatis, vel Religio Veritatis. O excellens encomium, Pictagoricum nanq; fertur esse documentum, Post Deum Veritatem colendam, quæ sola homines Deo proximos faciat.

At si singuli Prælati Veritatem amare velint ad pectus recurrant, vt enim præfatum est, iussit Dominus, pones in rationale Iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino. Bruno sup. his verbis, Hoc Episcopi audiant, inquit, Hoc diligentissime attendant & considerent quid significet quod super pectus Aaron, Doctrina, & Veritas ponuntur. Ille enim Episcopus rationale in pectore non habet, In cuius corde non est Doctrina, & Veritas: quid sine Doctrina docebit? quid sine veritate iudicabit? Ideo enim rationale Iuditij dicitur, vt, in rationali, sit Doctrina, in Iuditio, sit veritas. semper igitur rationale, super pectus suum Episcopus intueatur; sufficit illi liber ille, tota lex vtriusq; testamenti, si scientiam in pectore habet: Si tamen intelligit, quod in pectore habet: sed quomodo non intelligit pectus quod in pectore est? quomodo Cor illud non videat cuius pondere premitur? Ideo enim tam prope, & super ipsum cor, rationale ponitur, vt quid significet, & quid velit intelligat; stat rationale super cor, quasi magister super discipulum, Admonet cordis oculos, rogat vt ad se dirigantur, inspiciant, & legant, Bruno. sed, Proh dolor, modo singulari ratione, illud Pij PP. 2. impletur. Confusa sunt omnia & turbata, Blasphematur passim pietas, & in mandatis suis contemnitur Deus, nullus Dei timor, nulla legum reuerentia. Sed vnde hoc? quia corruit è pectore multorum veritas.

Quod si omnes veritatem amare volimus, illud animaduertamus? quod, esto per longum temporis spacium veritas contecta, sepultaq; persistat, die tamen vna reuelabitur. Hoc innuere voluerunt Romani Sacerdotes, qui antequam fidei lumen illis splendesceret, cum falsis Dijs sacrificia offerre consueuerant, semper tecto capite hoc faciebant, vt Plutarchus refert. Verum cum Saturno sacrum agerent nudum caput habere tenebantur. Porrò cum veritatem Saturno adscriberent, Per Saturnum verò tempus intelligentes, nudum in eius sacrificium caput tenebant, vt illud innuerent quod saltim decursu temporis, veritas prius recondita reuelatur. Hæc est ratio cur Poeta quidam, referente Aulo Gelio lib. 12. docuit, Veritatem filiam temporis esse. Hinc etiam Thales miles. asseruit tempus Sapientissimum, quandoquidem per ipsum patefiunt reclusa.

Fuerunt quidam credentes veritatem ex tempore genitam; Neq; inepta fuit eorum ratio credendi, Nam (vt quidam fingit Poeta) cum sub aperto semper aere degat Veritas, neq; tegatur vnquam, latebris vnquam vllis obtegatur, si tegi tamen, aut obcludi per vim fortè contigat, tanta est alarum pernicitate, tantaq; corporis agilitate & aptitudine, vt necubi multum latere, à nulloq; diutius celari possit: proinde, & nuda pingitur, & nullo vnquam amictu contecta; qua ducti illi ratione, quæ veri satis similis esse videtur, putauerunt veritatem eo patre generatam, qui omnia, quantumcunq; occultissimè agantur, detegit aliquando, atq; manifestat.

Et quemadmodum vitrum quandoq; Christalum apparet, sed postea clarè constat Christalum minimè esse, Ita falsa quædam, latente Veritate, vera ipsa videntur, sed tandem Veritas refulget, omniaq; clarescunt. Docet Plin. quod Iris gemma, non nisi in opaco reddit arcus cælestis colores, vnde si ad lucem, ad solis radios deferatur, tunc colores illos nequaquam reddit, cum in se coloribus careat. Ita quidem multis accidit, qui uirtutum simulacra præseferunt, sed in obscuro, apud imperitos, quod in se non habent, in aliorum animis uelut repræsentant, ac gignunt. non sic uerò apud peritos. At dic in proposito, licet falsitas nescio quid boni preseferat, tamen adueniente luce veritatis obtenebrescit, Ita Marc. Tull. docet talem vim esse Veritatis, vt nullum sit Ingenium nulla machina, per quam Veritas destrui valeat, Veritas vincit

omnia,

omnia Veritas præualet, Veritas regnat, Cauete fratres à mendacio, à duplicitate cordis, à Simulatione, ab Hypocrisi, à fraude, & dolo; Veritas sit in verbis, veritas in corde, veritas in Doctrina: scitote Principes illud Philosophi de Regim. Princ. quod tunc solent homines timere Regem quando vident ipsum timere Deum. Scandalum nasci permittite potius quàm veritatem ammittere, Diuinam vnquam obtinebitis misericordiam, si veritatem contemnetis, Misericordia enim & Veritas, obuiauerunt sibi, simulq; apud Deum manent, studeant omnes, vt, quod Solon & Pittacus sapientes ambo præceperunt, à mendacijs abstineant, loquanturq; tantum quæ vera sunt, nec mentiri assuescant Adolescentes, est nanque mentiri magis seruorum proprium, veritate autem nihil homini libero conuenientius; quæ est firma semper, constans, inuicta, eademq; omni ex parte sui. quam & Plato dixit, auditu esse suauiorem omnibus, quæ dicerentur: Quare nihil ea amabilius, nihil gratius, nihil quod ad persuadendum maiores vires habeat, vt nullius sit tam exculta eloquentia, tanta dicendi uis & copia, quæ illi possit anteferri. Cum contrà, mendacium sit ingratum omnibus, atq; exosum: sit quoq; tenue quiddam, imbecille, impotens, uanum, ac pertusum, transparensque instar rimæ, atq; id lucri afferat, quod ab Aristotile dictum fuisse tradunt, ut mentiri assueti, cum uera dixerint, minimè fides habeatur. Veritatem ergo in cordibus & in labijs suscitate, quoniam ueritas est Deus. Qui est benedictus in sæcula. Amen.

OMELIA IV.

Semel malus, semper præsumitur malus.

FLagellum inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Ita dixerunt quidam, Qui etiam protestati sunt, dicentes; Percussimus fœdus cum morte, & cum Inferno

no pactum fecimus. Ita testatur sanctus Esaias, c. 28. En quid veritatis hostes sibi iactant, en quàm impudentes, & perditi; sed missos faciamus impudentes, perditos ommittamus, & illud tantum attentè perpendamus quod dicunt flagellum inundans; Nunquid flagellum flumen est, quod inundet? quid est Dei flagellum inundare? Tumescit rapidum flumen, eadem flumini, litori, campis facies, neq; discerni possunt incerta ab solidis, breuia à profundis, sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus Equi, sarcinæ, corpora interfluunt, occursant, permiscentur inter se manipuli, modò pectore, modo oretenus extantes, aliquando subtracto solo disiecti, aut obruti, non vox & mutui hortatus iuuant, Aduersante vnda nihil strenuus ab ignauo, sapiens à prudenti, consilia, à casu differunt, cuncta pari violentia inuoluuntur. Flagellum Omnipotentis inundat persepè, terminosq; suos exire videtur. Et hoc cum quandoque iusto suo, ac Diuino Iuditio permittit, vt immanis Sathan in peccatorem ita iram suam exerceat, vt eum de peccato in aliud præcipitet; De peccato hanq; Dominus damnat peccatum sæpè quod vtiq; horribilius est supplicium quo in humana hac vita Deus contra Inimicos Crucis vti valeat, permittēs siquidem vt Diabolus in peccatorem impetu irruat, eum ad secundum post primum inducens crimen, quod sanè reproborum est; In hoc, In hoc videtur Dei flagellum inundare, & maximam peccantibus infligi pœnam; & quemadmodum inundantis fluminis impetum etiam multis adhibitis conatibus reprimere, Inualidi sumus; Ita etsi velit pluries peccans peccatum minimè effugiet. Verum quidem esse in peccantibus primum peccatum à Deo permitti, ac sequentia & permissa, & in primi pœnam ordinata, docet Caiet. (cont. Gent. 8 q 5 c. 4.) Quinimò Apoc. 22. per verbum imperans & non indicās explicatur, Qui nocet noceat adhuc, qui in sordib. est, sordescat adhuc. Vt inquam videamus, peccata quæ post primum perpetrantur, peculiari quadam ratione, diuinæ subdi ordinationi & in primi peccati pœnam permitti. Quod D. Gregor. 25. mor. c. 9. comprobare conatur, per illud ps 77. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem immissiones per Angelos malos, viam fecit semitæ Iræ suæ. Vbi, vt apparet, tot vocibus, vindictæ, & Diabolicæ potestati viam dilatat. Ad hoc, inquit, Gregor.

vt

Vt qui illuminati rectè agere noluerunt, iustè cæcati, faciant adhuc, vnde amplius puniri mereantur.

Non facit tamen Dominus uoluntates malas, nec malitiã infundit, sed utitur eis ut uoluerit, cum aliquid iniquè uelle non possit, ita D. August. lib. de prædest, Sanct, c. 10. Et ita Caietan. 1.2.q. 87.ar. 2. interpraetatur locum sac. textus, Præcepit Deus Semei, ut malediceret Dauid. Ponit Deus offendicula diuersarũ occasionũ, in quæ, culpa sua, peccator incidit, & id per quod resipiscere deberet, in malũ uertit, & ad peccandum conuertit, quemadmodũ Pharao de miraculis fecit. Hinc etiam Gregor. hom. 10. in Ezech. Ponere, ait, offendiculum, non est præmere, ad peccandũ, sed nolle à peccato liberare, & ita Deus dicitur indurare, quoniam cũ peccator abusus fuerit diuina patientia, ab obstinatione, Deus in pœnam eum non liberat. Hac uerò de causa, dicere possumus, semel malus semper præsumitur malus. En Regulam præmanib. habemus discutiendam quæ maximã profectò petit animaduersionẽ. Regula vtiq; est semel m. &c.

Pone casum in semel Periuro. 22. q. 5. Paruuli. in semel contumace. de presump. scribã. Ad hæc distin, 25. c. vlt. ergo præsumitur eũ qui semel malus fuit semper esse malũ. Et potest huiusmodi dici presũp. hominis, quia cõtra hominẽ sic presumitur, Potest etiã dici presumptio facti, quia ex semel facto sic præsumitur, Potest dici etiam præsump. iuris, quia ius sic præsumit ex facto. Hic ergo vides quod præsumitur ex præterito circa præsens & futurũ, interdum presumitur ex presenti circa preteritũ, interdum circa presens, interdũ circa futurum. quod prosequere, ut no. di. 44. multis, & 34 q. 1. Cũ per bellicã de præsump. scribam.

Nota tamen quod duplex est præsumptió, scilicet iuris, & hæc est semiprobatio eius rei de qua presumitur, unde cõtra hanc admittitur probatio in contrarium: exempli gratia (ut docet D. Ant.) Promulgata est aliqua Constitutio publicè, unde quilibet presumitur scire & non excusatur per cõsequẽns contrariũ faciendo; sed si quis probet se iustè ignorasse, puta tunc furiosum fuisse uel longè absentẽ, eliditur illa presumptio iuris per probationẽ: est alia presump. quæ dicitur iuris, & de iure; huiusmodi est plena probatio in humano iuditio rei de qua presumitur, ut omninò credatur sic esse unde cõtra eã non admittitur probatio. Exẽpli gratia, quæ per uiolentiã absolutã cognita est presumitur non uirgo, unde secundũ iura, nõ potest inter Virgines cõsecrari, quãtuncũq; fuerit aĩo renitens, uirgo. n. nõ est.

Præsumitur verò semel malus, semper malus, scilicet in eodem genere mali. (D. Anton.p.p.tit.20.de reg.iuris,& omnes) Præsumptiò verò facta de aliquo malo vt sit semper malus procedit tùm ex præsumentis natura corrupta, tum quia humana natura prona est ad delicta. 12.q. 1. omnis ætas. Io. And. sed quia nullus iudicandus est immemor suæ salutis (1.q.1.) debet extimari pænituisse, nisi perseueret in malo, & hoc in Iudicio animæ. Quinimò in foro exteriori, probato quod pęnituerit, non dicitur amplius malus: di. 50. ferrum. Et qui semel fuit bonus semper præsumitur bonus. 61. Di. miramur. & de præsump.mandata. & prima facie quilibet præsumitur bonus. xj. q.iij. in cunctis. de præsump. dudum.

Sanè quod semel malus semper malus ostendatur annuerè egregiè voluit Proph. Abac.c.1.vbi ait. Facies hominis quasi pisces maris. Quæ verba declarans Ambros. inquit. Inter omnia animalia, nullum est pisce intractabilius, nàm Vrsus aluearijs, & prædis natus, arte & vsu hominum, ferociam exuit, trepudia discit, ac ludum, Leo similiter, Tigres quoq; quin (vt D. Iac. in can dixit) omnis natura bestiarum & Volucrum, & serpentium domatur, Pisces verò, nullus hominum vidit mā suescere, vel saltim tactum manus ferre solitos, imò refugos & indomitos, ac nullo tandem artificio tractabiles (Cartag.) Huius naturæ non pauci sunt in Congregationibus præcipuè & Monasterijs, de quibus verè dici potest, facies hominis sicut pisces maris, Nam quantumuis cum ipsis benignè, quantumuis comiter, & affabiliter agas, semper agrestes, & inhumani, toruo vultu, & seuero supercilio sunt. Semel mali, semper mali. Sunt huiusmodi homines Herinacijs similes, qui te quacunq; illos parte tetigeris, propter spinarum densam multitudinem, neccessariò pungent, & lædent. semel malus semper.

Semel mal. semp. m. quandoquidem promittebat sibi peccator tempus promerendi Dominum, & non erit tempus. Audi Carissimè, flos campi, & lilium Conualium appellatur Dominus: Cur sic? rapiuntur flores camporum, tolluntur lilia conualium, cum tu nil tale cogitabas, quia sub claui in Campis non seruantur, si tu non ea colligis, colligit alter, cum tu potes colligere, colligas, si nanq; putans talia reperire lilia iterum ad conuales reuerteris non vtiq; inuenies, tulit alter, quod tu

spreuisti

sprevisti. Sic, Dominus flos Campi, & lilium conualium, cum iam contemptum, cum negligens voles, tua culpa, nequaquam reperies.

Semel malus semper malus, Cur? sapiens hæbreus ait (Sap. 4) Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum. Hic Græca translatio (iuxta peritos) sic habet, Circumrotatio concupiscentiæ transuertit sensum. quid est hoc? Ixionem in infer no in Rota profectò describunt quidam. Sed Impium dicas circumrotari cum de peccato in peccatum præceps ruit. Nunquid nō vides carnalem circumrotari per tot timores, per tot repulsas, per tot æmulationes, per tot Zelotipias per tot expensas? Nunquid non vides eum circumrotari de peccato carnis. in prodigalitatem, de prodigalitate in auaritiam, de hac in torporem, in iram in superbiam? qui in vno deliq. fac. est om. reus. Circumrotatio concupiscentiæ transuertit sensum. Eleganter Abigail (1. reg. 24.) erga regem Dauid protestata est, dicens, Porrò Inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu, & circulo fundæ, Quid mysterij hoc habet? Lapillus funda proiectus quo tendat vt plurimum ignoras, quando etiā cursum compleat latet. Ita certè impiorum vita circumrotatur in impetu & circulo fundę, cum desinat esse non agnoscis, finietur nanq; ante tempus, sic nanq; fuit de Inimicis Dauid, de quib. loquitur Abigail. vir enim eius citò functus est, Interierunt uiolenti morte, Saul, Absalon, & Adonias, tunc obierunt cum minus cogitabant, ex rotatione de peccato in peccatum, en quid eueniat.

Semel malus semper malus, quoniam tempus non dabitur illi quod sibi ipse promittebat. Legitur Luc 8 quod interrogantibus quibusdam Dominum Iesum, quādo venit regnum Deī, per quod intelligi debet, quando erit mundi Iudicium, Respondit Dominus ipse, Memores estote vxoris Loth, sed ut quid responsio hæc? Quid commune habet uxor Loth, cum mundi fine? quid uxori Loth, cum Christi regno proprium? Attendite fratres, Præceperat iam Deus Loth cumē Sodoma recessurus esset, Noli respicere post tergum. Vxor uerò cum Loth egressa dum' flamma ascenderet combureretur q; eius patria, respexit retro, & ecce, ut ait sacer textus, respiciens post se, uersa est in statuam salis. Hic est casus uxoris Loth. In statuam salis conuersa est. quid si Loth pro uxore statuam sa-

lis apud se vidisset, salsa vxor (saporita consorte) sal in puluerem redactum, vsu facile est & condimentum vitæ, quinimò, vt fertur, si granum salis sub lingua in itinere feratur diu sine potu & sine comestione viuit homo, quod vt aiunt, factum est quandoq; ab exercitu Inuictissimi Imp. Car. V. dum victum per dies aliquot minimè habere posset. Sapida ergo mulier, sola victum familiæ parat, confidit in ea cor viri sui, de longè portat panē suum, & spolijs non indigebit. sal sanè in puluerem redactum vsu facile est sed in pyramidem vel statuam formatum, difficile, ita, vt non nisi gladio, & ferro super comestibilia feratur, corrodendo illud; vxòr sal est. Nimius vsus salis perniciosus, ait Seneca, si mala est coniux vel nimis sapere velit perniciosissima in statuam formata, non nisi per vim & ferro tibi sapiet. Cæterum memores estote vxoris Loth, quæ sapere plusquam liceat voluit, Memores estote vxoris Loth, fratres, cur tandem? Dominus de Iudicio, & fine loquens, ait, Memores estote vxoris Loth? Putabat mulier illa intra se forsitam dicens, si retrò respexero, confestim tamen iterum uoluam caput, quod malum erit? non diu morabor, non diu respiciam, in momento, in ictu oculi, conuertar. Eia fratres, memores estote vxoris Loth: Quot sunt qui ad creaturas conuersi, à Deo auersi, dicunt, citò me expediam non morabor in peccato, citò ad Dominum reuertar, Vha quid putatis, Memores estote uxoris Loth, Hæc nempè nequaquam conuerti potuit, uersa est in statuam salis, simile eueniet uobis, semel malus semper malus.

Esto tamen sic res se habeat, & infælix peccator negligenter se habens circa animę remedia pręceps ruat ad peccata, mutantur tamen à Pluribus mores, unde quamuis iam malus quis fuęrit, Iustus modò esse potest; uergente enim deorsum conditione corporea, feruor spiritus, in sublimiora conscendit. Decr. Gregr. lib. 1. tit. 9. de renunc. cap. 1. Et D. Bern. ser. 4. in Cant. Dominus est (inquit) sicut unguentū in capite quod descendit in barbam, barbam, Aaron, quod descendit in horam uestimenti eius. In quibus uerbis significatur quod Deus non solum Magnificentissimus est erga illos qui in Ecclesia sunt primi, sed etiam erga nouissimos, In oram uestimenti, pretiosissimum suum effundit unguentum; In me utiq; omnium & nouissimo, & indignissimo.

Et quidem quod mores mutentur hominum, ostendit Valer. li. 6. ubi

Vbi de mutatione morum, & fortunę plura infert exempla. Et de Manlio Torquato, qui in iuuentute fuit hebetis ingenij, atq; obtusi cordis, ita ut domesticis, & reipublicę usibus inutilis omnino uideretur; In processu vero ætatis, ad tantam deuenit uirtutem, ut Patrem suum reum, à sententia ferenda, & periculo subeundo liberauerit: Et addit Valer. In hoc credo fortunæ nubilo adolescentiæ contemptu perfusum, quo senectutis decus lucidius enitesceret; Nam Patriam à bello latino pressam, speciosissimo triumpho, recreauit: Secundò de Scipione Affric. Ita refert. Dissolutissimæ uitæ fuit in primis adolescentiæ annis, lasciuię, & furori deditus; sed moribus in melius mutatis Cartaginem deuicit, & continentissimè uixit, quē Dij immortales nasci uoluerunt, ut esset in quo uirtus per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderetur. Tertiò narrat Valer. de Quinto Fab. qui in adolescentia ita uitiosus infamisq; fuit, ut omnes eius uitarent consortium; sed postea in tantam uirtutem atq; gratiam peruenit, ut nihil eodem sene ornatius, aut speciosius illo tempore Roma habuerit. Quartò loco exemplum isdem Valer. ponit de Valerio Flac. qui tempore secūdi belli punici in luxuria ac alijs uicijs perditissimam habuit adolescentiam; Paulus autem Licin. ut eum à uitijs dimoueret, Flaminem fecit eum, ut in Deorum templo seruiret; Qui tanta hinc religione floruit, ut quantum fuerat prius uitiorum exemplum, tantum postea fuerit modestiæ & sanctitatis speculum. Sunt & alia ibidem recensita exempla, ut Palemonis & Temistoclis, & Quinti Catul. quæ longum esset adducere. Sat verò est ex prophanis, morum in melius mutationem, accepisse. In quorum tamen gentilium morum mutatione vel in melioribus moribus, animaduertat pius, fidelisq; Theologhus, virtutes ipsas, uel mores, imperfectos extitisse, hoc est tantummodo quo ad opera externa, non verò quo ad cogitationes.

Act. autē 10, legimus, Animalia scilicet immunda, in linteo è cælo descendente Petrum vidisse, cui pręceptum est, occide & manduca; quod verò respondit Petrus immundum comedere nolle, sed iterum vox illi de cælo dixerit, quod Deus purificauit tu commune ne dixeris. Animalia illa immunda immanissimi peccatores sunt, qui quandoq; in Petri substantiam conuertuntur, Iusti videlicet, fideles, ac sancti fiunt, quare linteus in

cælum

cælum reuersus est, vt illos beatificandos fore ostenderetur.

Experientia est in Latrone, de quo D. Cyprian. de cæ. Dom. ait, latrocinium damnationem meruerat, & supplicium, sed cor contritum, & pænam mutauit in martirium, & sanguinem in baptismum, sed & D. Ambros. ser. 45 de eodem ait, Tantorum criminum inueteratus, ac scelerum suorum confessione damnatus, paradisū in ipso supplicij patibulo potuit promereri, ait .n. latro, Dñe memento mei dum veneris in regnum tuum. De hoc etiam Idem Ambr. ser. 44, inquit, Plus incipit dolere quod sperat, quam sentire quod patitur. Respondit verò totius consolationis Deus, Hodie mecum eris in paradiso, & de hoc D. August. misericordia, ait, obtulit, quod miseria distulit, Addit verò Sanct. Leo Papa, ser. 2. de passio. Inde ergo oriebatur hoc donum vnde accepit fides ipsa responsum. Per hoc autem factum, spem Dominus in peccatoribus fulcitauit, vnde August. to. 10. ser. 1. fer. 6. parasc. dicit Humano generi conscripsit securitatem, vt consolatio & spes fieret totius populi absolutio vnius desperati, & priuatum donum in publicum cresceret benefitium, Quod si queras an paradisus in latronis receptione confusus fuerit, respondet D. Chrisost. to. 3. de Cruc. & latr Non confundens calcantibus latronis pedibus paradisum, sed honorem præstans paradiso, Honor etenim paradisi est, talem Dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiso. Idem affirmat D. August. to. 10. ser. 1 fer. 6. in parasc.

Semel ergò etiam mala mulier non semper mala est dicenda, Hinc. D. Ambr. lib. 10. in Luc. 24. de Magdalena sermonem faciens, ait, sicut enim in principio mulier auctor culpæ viro fuit, vir executor erroris, Ita nunc quæ mortem prior gustauerat, ressurectionem prior vidit culpæ ordine, remedio prior, & ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam, veterisq; lapsus compensat ærumnam ressurectionis inditio, vt pluribus suadeat, quæ vnum ante deceperat. Idem D. Chrisolog. excogitauit dicens, quæ de paradiso perfidiam sumpserat, festinat fidem sumere de sepulchro, contendit rapere de morte vitam, quæ de vita rapuerat mortem, vt quam deceperat arboris visus, visus repararet sepulchri.

Ex vitijs Magdalena scalam, qua ad cælum ascendit confecit. D.

etenim

etenim Bern. ait, scalam de vitijs facimus si vitia nostra calcamus, Ac si dicat, scala, per quam cælum conscendimus fit certè de vitijs, vitijs, his, virtutibus factis. Ita nempè Magdalena per scalam qua ad Infernum descenderat, per eam in cælos ascendit, descéderat per vngenta, descenderat per oculos, descenderat per capillos, dum hæc quidem omnia in carnis concupiscentias & superbiam vitæ occuparat, sed per hæc eadem ascendit, cælumq; conquisiuit dum vnguenta, oculos, capillos, ad pedum Christi Domini obsequium conuertit.
Mutantur profectò mores secundum quod mutantur Amores; Non enim faciunt bonos vel malos mores (ait August.) nisi boni vel mali amores; Carnis verò amor (vt docet Hieron. ad Eustoch.) spiritus amore superatur, Desiderium desiderio restringuitur, quidquid inde minuitur, huic crescit, Hinc duos pingebant Amores antiqui, quorum alter ab altero palmam de manu abripere conabatur, vt refert Pausan. in eliac. & ad hoc dicebat Ouid. 2. de reme.

Alterius vires, subtrahit Alter Amor.

Plotinus, Amorem Pictorem appellabat, Amor, inquit ipse, Pictor, sed quomodo? Penicillum manu accipit hic pictor formosamq; Imaginem coloribus varijs, iocalibus ornatam, & inhonestam format, Alter pictor Imaginem oppositam facit deuotamq; delineat puellam cilicio amictam, lachrimis genis madefactam, præmanibus disciplinam ad se cruciandam tenentem. Ehus, Amor pictor est, si Amor est terrenus deliciosum facit hominem, si Amor est celestis, pænitentem & iustum ipsummet constituit. Tabulas verò uel telas uidistis, quandoq; tali depictas arte, vt si ex vna parte deformis facies ac bestialis est visa, ex alia parte, Decorus cernitur vultus, Ita certè Amor Pictor, vbi Amor, terrenus erat, peccatoris vultus in homine, vel muliere pingebatur, vbi verò Amor ipse cęlestis est factus, Iusti & Sancti Viri, vel Deuotæ Mulieris facies apparebit; Non enim faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali Amores. Hoc in Magdalena conspicuum fuit, In qua commutato Amore, de Vase contumeliæ, in vas translata est gloriæ.
Mutantur ergo mores, &c. Hoc etenim Christi est opus, vt peccatores, Iusti fiant. Alchimista dici potest Dominus, Vnde Isa. c. 60. ait Deus, Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argen-

argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, ò admirabilis Alchimia, D. Cyprian. Dominũ alloquens, ait, Armentarios, statim facis prophetas, opiliones reges, teloniarios Apostolos, piscatores Doctores. Visum verò est persepè multos peccatores ita à Deo conuersos, vt in meliorem postea frugem quàm prius erant redacti fuerint quod quidem perpulchre adumbratum cernitur Hierem. 18. Hieremiæ præcepit Dominus, vt in Domum figuli secum descenderet, figulus autem ex luto vasa conficiebat, & vase vno è manibus labente omninò illud est dissipatum, verùm cum secundo lutum illud ad rotam admoueret, ex illo alterum vas fecit sicut placuerat in oculis aius, & statim subdit Dominus prophete Nunquid sicut figulus iste non potero sic vobis facere? quid aliud est peccator nisi vas quoddam luteum ac fragile. quod quidem per culpam dissipatur? dissipati sunt & non compuncti, sed manus omnipotentis Dei tam valida est, vt eum possit nedum ad pristinum restituere statum, verum & ad meliorem ac illustriorem, fitq; vt Gregor. in pastorali, ait, Gratior Deo plerunq; amore ardens vita post culpam, quàm in securitate torpens innocentia, fitq; peccatorum nomen honorabile, sic testante propheta, ps. 71. ex vsuris & iniq. radimet animas eorum & honorabile nomen eorum coram illo. scias autem quod quicquid in Iuuenta cõmittitur, error potius quàm peccatum appellatur, & proinde cum id ab lubrico ætatis magis quàm ab nequitia profectum esse dici posset, venia potius quàm supplicio dignum videtur.

Cæterum Bonum vel malum appellamus aliquem secundum quod amamus, vel non amamus, eandemq; personam, si eam amamus in manè, eam bonam dicimus; In vespere si ipsam non amplius amamus, malam nominamus, Ita ait D. Gregor. Nazianz. Odium, & amicitiam nomina comitantur. Officia baptizandi (vt ita dicamus) & nomina imponendi hominibus, hæc habent, Odium & Amor, si diligimus Petrum, Sanctũ eum appellamus. benèmeritũ virum &c. si Amor erga eum in odium est conuersus, Ignauum, ipsummet, & Diabolum esse prædicamus (Gran. Poltrone è costui è gran Diauolo) Diligebat Abner Isboseth, quem regem fieri curauerat, nullum alium in regem idoniorem eo, iudicabat Ipseq; Abner Dauidem odio habebat, quem etiam regno indignum pronunciabat,

bat, sed mutato Amore cum Abner indignatus esset contra Isboseth, Dauidem bonum iudicauit, dignum imperio, Isboseth verò malum & indignum dixit. 2 Reg. 3. Ita Abner in fauorem Dauid dixisse legitur, ut quidem ut Rex ab omnib. haberetur, Nunc ergo facite, quoniã Dominus locutus est ad Dauid dicens, in manus serui mei Dauid saluabo populũ meum. Sed quero ò Abner, Cur prius non ita loquebaris de Dauid? Cur eius partes non suscepisti, sed è contra fecisti? Nunquid bonus non erat Dauid antea sicut postea fuit? qua de causa tunc malus à te & indignus dicebatur, nunc uerò bonus ac dignus celebratur? eia, mutatus est Affectus, prius Dauidẽ non diligebam, modò eum summè diligo & ideo qui malus mihi ex odio videbatur, iam ex amore bonus & ualde bonus coram me apparet. Hoc est quod vulgariter dicitur, qui amat ranã, ranã putat esse Dianã, idest Terrestre & infimũ, quid cælesle & Diuinum, existimat amãs. Huc facit quod Plotinus (ut supra diximus) affirmat, Amorem, scilicet, Pictorẽ esse, Accedente enim amore, eum quem malum iudicabamus bonum prædicamus, quandoquidem, Amor ipse, eum, Diademate coronatum depingit, sanctumq; sibi, & alijs eformat. (Polliticorũ hic mos.)

Probos tamen existimemus quosq; Christi Athletas, etiã si quandoq; in acie cecidisse eos conspeximus, sæpè enim, Athletas uidemus post frequentes lapsus, & deiectiones plurimas coronatos, Porrò militem scimus post multas fugas uirum fortem fuisse, & uicisse uictores: Memores simus fratres non esse graue cadere luctantem, sed iacere deiectum grauissimum, Non est perniciosum in prælio uulnerari, sed post uulnus acceptum desperatione curandi, medelam ulceri denegare.

Sanè uerum est difficilimum esse à peccatis in quibus quis uixit cauere, propterea, quia, cõsuetudo in naturam uertitur. Isidor. enim soli loq. lib. 1. c. 9. Assidua, inquit, Consuetudo in naturam vertitur, & ad peccatum constringit. Porrò peccatoribus illud ferè euenire solet quod aliquibus euenit de quibus Commentator sup. 3. phisic. refert ita assuetos esse ad comestionem veneni quod virus illis est cibus, & veneno ipso nutriuntur, sic inquã peccatorib. cõtingere solet, vt ex cõsuetudine peccãdi, peccatũ & si ex se mortiferũ, non tñ vt perniciosũ caueant sed ex ipso ac si quid vitale esset exultent. Adde verò, vt in iure habemus, cõsuetudo, dat Iurisdict. ex. d. off. ord. c. irrefragrabili.

Vnde si quis ad forum alicuius Iudicis per viginti quinque annos iuerit, licet non sit suus Iudex, tamen per illam eundi Consuetudinem, suus efficitur Iudex, & ipsum vt ad se veniat cogere potest, & eò magis si expressè in eum tanquam in suum Iudicem consensit, sciens eum non esse suum .ff. de Iudi. sanè Peccator ad Diabolum per consuetudinem peccandi accedere voluit, sicq; illi in se iurisdictionem tribuit. Vnde Dominus dicit Io: 8. qui facit peccatum seruus est peccati, vbi Glo. idest Diaboli. Diabolus igitur ei dominatur. Quare, malus, semper malus præsumitur, eò precipuè cum consuetudo uim habeat pacti. Vt no. in l. de quibus .ff. de legi. ubi dicitur quod Consuetudo, & pactum æquipollent, Pactum uerò uidetur habere peccator cū Diabolo, unde &c.

Vide quæso quid consuetudo possit. Lycurgus Lacedemoniorum legis lator duos educauit Catulos vno partu genitos, alterum cibis delicatioribus alebat, alterū verò venationi assuefaciebat. Quos corā toto populo in plateam duxit, illicq; spinas posuit, & delicatiores escas, moxq; leporem ligatum soluit, quē alter illorum insequutus est, alter verò, concito gradu eas escas quibus nutritus fuerat lepore contempto quesiuit, tuncq; ad populū sermonem conuertens Lycurgus, dixit, videte quid in his animalibus, natura existente eadē, valuit consuetudo, vt hanc credatis natura potentiorē, quæ illam corrigat & reformet. Si voluptatib. es affectus, eheu miser, malus semper eris malus. Propterea Plato, Nutricibus, ne paruulis fabulas, vel turpia dicerent verba, præcipiebat, ne illorum animos ex initio, stultis, & corruptis imbuerent moribus.

Ratio cur semel malus, semper malus presumatur, est, quoniam (vt infra dicetur) quod semel placuit amplius displicere non potest. & si quādoq; puniantur nōnulli adhuc tamen cogitant denuò in pristina dilabi vitia, de quibus dolet Sophon. 2. dicens. Vox cantantis in fenestra, coruus in super liminari. Huc si fas est dicere, facit fabella de cornicibus, quod scilicet cum proprium eis sit super Turres volitare, In Turri Babilonica iam inhabitabant, in qua, vt altissima, omnium hominum actiones videbant, obseruabantq; homines sibi inuicem insidias semper parare, & decipulas, cernentes. Artifices esse mendaces, Dominos fore ingratos, seruos infideles, Ancillas inobedientes, maritos immo dictas Virgines asseruas, Patres dissolutos, filios vitiosos,

tiosos, viduas scandalosas, Aulicos ambitiosos, Parasitos adulatores, Iaculatores inuerecundos, Tabernarios assentatores, Meretrices fallaces, Lenones peruersos; cumq; cornices viuentium cernerent crimina, & vitia, vitia vnius, alteri manifestabant, Vnde iam nullus socio credebat, & cum vnusquisque malum crederet proximum suum, iam hominum perierat commertium, vniuersumq; totum in peius ibat, Propterea vbi compertum, est hanc pestem à cornicib. ortam ex eo quia zizaniã inter mortales seminauerant, Ante Auium reginam vocatæ sunt cornices, & hæc sententia contra eas lata est, vt scilicet in posterũ, amplius loqui vel verbũ formare vllum, vllo vnquã tépore possent, præter, Crà Crà, Quod iugiter repetunt volantes, Ac si dicant, Cras speramus nobis pristinam restitui loquelam, vt iterum hominum, & mulierum uitia manifestemus, præcipuè cum hodie maximè execrabilia ceteuerint, Vox cantantis in fenestra coruus in superlim. Oh detestanda malorum cogitatio, en quomodo ad pristinum, vitium dilabi optant semel vitiosi & malum quod hodie fecerunt, cras iterare parant. Iure ergo semel mal. semper presumitur mal.

Insurgis dicens, peccatum vlterius non committo, iam cõsumptæ sunt vires & mulier mea iam amasia, iam edentula uetulta, est, Ideo cum ea simul in eadem possum cohabitare domo, nec propterea concubinarius dici debeo, Dico frater, minimè licere cum tali muliere cohabitare, propter periculum. Præcepit Dominus Zachariæ, ut in domum quorundam qui de babilonis captiuitate uenerant descenderet, sicq. ab eis sumeret particulas & fragmenta quædam auri & argenti, eaq. comminueret & ex illis coronas pro summo sacerdote conficeret dicens, & summes aurum & argentum, & facies coronas &c. Zach. 6. sed cur aurum illud de captiuite babylonis uoluit Dominus è domo illorum capi potiusquã aliud aurum? sanè uiri illi auri illius possessores, cum idololatræ fuerint & postea ad Deũ conuersi, statuas Idolorum aureas comminuerunt quidem, sed aurea fragmenta apud semetipsos retinuere, Hæc uerò fragmenta, non vult Dominus ut apud ipsos maneant, sed & ipsa extra eorum domum asportari iubet. Quare? Profectò, ut sciatur quod uera pænitentia, uel hominis omnimoda reformatio, nequaquàm fit, si peccati occasio minimè relinquatur. Enim uerò uiri illi peramplius domi Idola non habebant, par-

tes tamen Idolorum, quorum cultores fuerant retinebant, Aurum scilicet illud, Atqui fieri poterat, ut tale uidentes aurum, adhuc Idolorum suorum memoria renouaretur, & ideo, vt tollatur occasio, Dominus iubet vt è domo talium virorum ex portentur aurea simulacrorum fragmenta. Sic applica de muliere, quam coluisti, & adhuc domi retines, Dicis Amplius non adoro eā, Ammodo ea non videtur quæ fuit, non tam decora, fateor quod vis, esto tamen quod non sit tota ea quoad accidentia, concedes tamen saltim partem esse, quinimò non negabis totam eandem esse personam quæ prius fuit: cur ergo nō te mouebit? quod semel placuit, amplius displicere non potest, tolle, tolle eam, ne præteritarum voluptatum memor, iterum ruas, Nunquid repetendum quod Amor pictor est? si amas mulierem diformem, Amor eam tibi formosam facit, & si Anosa ea apparet ipsam Amor iuuenem reddit. (Quel che l'huom vede, amor lo fà inuisibile, è l'inuisibil fà veder amore). Ideo semel malus & concubinarius habitus, semper &c. Audi ergo frater, Non satis est bellum conficere, Nam semina quoque belli, extingui debent, nullos relinquendo per quos possit bellum resurgere, tolle occasionem &c.

Semper malus precipuè apparet luxuriosus in luxuria, videtis enim senes voluptati adhuc in senectute deditos, voluptas enim semper habet famem sui, quare D. Ambros. in psalm. de voluptate ait, Quod grauius est, est pleriq; luxuriem corporis nec albenti erubuere canicie, & vsq; ad senectutis ætatem vitā produxere maculosam intimis enim concepta visceribus lues culpæ, processu temporis coaceruatur. Contra hos senes indignatur Nazianz. orat. in spirit. Baptisma. dicens, An voluptatum reliquias in his vitæ reliquijs expetis? turpe est, & probrosum cum ætate consenueris, ac defluxeris, libidinem tamen minimè consenuisse. Caue ergo dum iuuenis es homo quia modū nescit libido, sed quanto magis exercetur (ait Chrisost.) tanto magis accenditur. Ignis est enim luxuria (inquit Hieronim.) Ignis nunquam dicit sufficit, ait Salomon, sequitur verò Hieronim. ò Ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius scintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis inopia, cuius finis gehena.

Sed dicis semel tantum peccaui. Cur ergo ex hoc semper suspectus sum de malo? Respondere videtur D. Hieron. contra Pelagia.

tasia, dicens, Hoc & nos dicimus posse hominem non peccare si velit pro tempore, pro loco quandiù intensus est animus, quando in chorda nullo laxatur vitio in cithara, quod si paululum se remiserit, quomodo qui aduerso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis, quo non vult ducitur, sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.

Dic quod & si semel tantũ peccasti, semper suspectus es de malo, quandoquidem, mulier, quæ semel in adulterio est deprehensa semper suspecta est in Carnis vitio, ita peccans, sponsum Deum offendit, Adulterium committit, Ideo semper sinistra est de eo opinio, maiori etenim propensione ad malum inclinatur, sic etenim cui semel fracta est manus, vel confractus est pes, quamuis ad pristinum reuocatur & locum & offitium, Nihilominus certis lunæ mutationibus, ex hoc dolor oritur. Ita certè quamuis pænituerit, & in pristinam restitutus fuerit gratiam peccator per pænitentiam, hoc non obstante, occasionibus vrgentibus ecce titilationes, ecce denuo corrupta Caro iterum sentitur. quare sperat Diabolus, vt semel, malus semper sit malus.

Infamis reuera existis vt meretrix peccans, quare si per pænitentiam non restituatur in pristinum statum, abhominabilis pænitus dici potest. Considera, ex quo peccato seruire cepisti nunquam tibi prospere cessit, sed recessit, omnis prosperitas, successit aduersitas, accessit calamitas, infelicitas quoq; modum excessit, oh onerosa seruitus, ò amara subiectio, seruire scilicet, & egere, famulari, & tribulari, humiliari & conculcari, Desine peccato seruire quod tibi non fauet sed contra te sæuit.

Propterea dicitur semper malus qui semel est malus, quia cum animam intrat peccatum, dominari contendit, quare dicitur, qui facit peccatum, seruus est peccati, Refert etiam D. Io. apoc. 9. Locustas quasdam vidisse super quarum capita vidit coronas aureas, Quid est hoc, locustas Diademate regali redimitas fore? Per locustas dissipantes, intelligunt nonnulli Doctores peccata, Hæc verò regali Corona prestant, quia dominari contendunt in anima in quam intrant. Sic semel malus semper presumitur malus, quia à Dominio peccati quis se redime-

re poterit nisi prestante, efficaci, summi regis gratia? semper in profundum cadens miser, in profundo manebit si ei desuper auxilium nequaquam præstatur, Ita semel malus semper præsumitur malus &c.

Quasi à facie colubri fuge peccatum, docet hæbreus sapiens, cum enim serpens paululum ingressus est, lubricus, totaliter intrat. Ita peccatum. Vnde semel malus semper malus,

Videre vero cupis quod semel malus semper erit malus? certè Quidam in animam permisit ingredi auaritiam, semperq; auarus extitit, In mortis articulo hic infelix se deferre fecit per omnes domus suæ officinas, in cellariū, in horreum, in aulam, in coquinā, in talamos pictos, in stabulum etiam, uidere equos voluit, & Canes & accipitres, deinde vidit vestimenta sua, cæteraq; omnia quæ illi solamen afferre solebant, super hæc omnia flebat & lamentabatur, ac tandem sic impenitens mortuus est, simile etiam legitur de quodam magno Prælato qui ad mortem infirmatus, audiensq; spem amplius in medicis non esse suæ salutis, sibi afferri fecit speculum, in quod intuens, cæpit dicere, ò facies mea Iucunda, ò caput meum delicatum, quod tanta ornabam diligentia, & mitra lapidibus preciosis onusta illustrabatur, tu ne mori debes: ? ò corpus meum eburneum, manus meæ albissime, ò Crura mea formosa, vos à vermib. deuorabimini, Et in his perseuerans miser mortuus est, ecce semel malus semper malus,

Eia fratres bellum ingerunt contra nos vitia, inquit .n. D. Ambr. Nunc Auaritia stimulat, Nunc accendit libido, Nunc metus terret, Nunc Iracundia exagitat, Nunc Ambitio mouet, nunc terrere tentant spiritalia nequitiæ quæ sunt in cælestibus, Ita quasi quibusdam vrgetur prelijs, & quibusdam terremotibus quatitur mobilis animi nutantis affectus. Sed quodnam præsidium contra vitia datur? Audite Hug; de San. Vict. in lib. de laud. charit. Animam in qua Charitas habitat, superbia non inflat, Inuidia non deuastat, Ira non dissipat, Tristitia mala non vexat, Auaritia non excecat, Gula non inflammat, Luxuria non inquinat. Charitatem querite semperq; vincetis, æternamq; fælicitatem obtinebitis. Amen.

O M E-

OMELIA V.

Beneficium Ecclesiasticum, non potest licitè sine Institutione canonica obtineri.

DVM dormit Adam, virilis costa in infirmiorem mollescit sexum, & propter socialem copulam, de latere viri formata est mulier, Imò in sociam mulierem, Adam ipse conuertitur (Gilbertus) & conformatione quadam transit in coniugem; ideo dum euigilat, charitatis vocem primam emittit, in compari suam se ipsum agnoscens: Hoc nunc, inquit, os ex ossibus meis, &c. An non Paulus tibi videtur virilem dignitatem in humiliorem sexum deflectere, cum dicit se factũ infirmis infirmum? Quasi spiritualis Adam, Eua efficitur, dum subiectis compatitur Apostolica firmitas, & Sublimitas virtutis, & scientiæ, sobrietate quadam, capacitati temperatur infirmorum; Pulchrũ est autem Sacramentum illud, Hoc nunc os ex ossib. meis, & caro de carne mea, quod tanto post in Christo, & in Ecclesiã, Apostolus commendauit: Os namq; ex ossib. Christi, est ecclesia, vt sit pudica: (Galfridus) Caro de carne, vt sit Amica, os ex ossib. vt resistat vitijs, caro de carne, vt respondeat beneficijs; os ex ossibus, vt custodiat fortitudinem, caro de carne, vt obtineat pulchritudinem, & in vtroque dignantissimi sponsi dignam preferat similitudinem, sicut enim ille decorẽ induit & fortitudinem, sic de illa, Legimus quia, Fortitudo & decor indumentum eius. Compatiatur itaq; Apostolica firmitas humanæ imbecillitati, sed non propterea infirmetur ecclesia, cum quo decor amitteretur sponsæ. Viros fortissimos, qui principes in suo exercitu nominarentur elegit, Rex Dauid (2. Reg. 23.) Ita sedens cathedra sapientissimus Dauid noster manu fortis, fortes eligit, quin imò etiam facit, nec mulieris cuiusquam, nec paruuli, in suorum nomina nomen

admittens; Cum enim duplicem producat aciem mundus, scandalis quidem paruulos deijcit, blanditijs allicit mulieres; quamobrem neccessaria est fortitudo virilis, vt fortis sit, quem aduersa non fregerint; quem non illexerint prospera, fortior; quem nec ipsa rerum vicissitudo, fortissimus.

Enim verò, uidere fratres quàm Sanctè quàm piè Sanctissimi Pontifices Ecclesiæ incolumitati studentes, statuerunt. Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine in stit. canon. obtineri; Erant enim Imbecilles, indocti, Molles, Qui non canonicè, nitebantur uia Laicali Thronū salomonis de ebore grandem, Cathedram sacerdotalem, auro fuluo vestitam conscendere, à Laicis uerò defferebantur, ut laici prælatos haberent, qui, Infirmi, ipsis ualentibus minimè resistere possent (en polliticorum pestilentiam) obuiauerunt Sanctissimi Patres impudentibus, ut Sapientes, & fortes in Ecclesia eligantur; atq; sanxerunt, Beneficium Ecclesiast. non potest licitè finè instit. can. obtineri. Porrò tria illa ad canonicam institutionem concurrunt. Primò ut ab Ecclesiastico conferatur Prælato Beneficium, unde, illud de laici manu recipiens (secundum Inno. c. quisquis. de elec) est ineligibilis ipso iure (De iure patro. preterea) licet episcopus, secundum eundem, cum tali dispensare possit secundum requiritur, ut conferatur Beneficium per modum debitum, non per simoniam, uel huiusmodi. tertiò tandem, opus est, ut ipse suscipiens, ad hoc sit habilis, puta, non sit irregularis, uel infra legitimam ętatem, alias quando tenet iniustè, ut per intrusionem, uel simoniam, uel quia est inhabilis (secundum Raym.) cum non intret per ostiū, Fur est & latro, nec saluti uiam habet, ita Archiep.

Cum autem in regula, Beneficium, largo modò sumatur; ut scilicet comprehendit nedum personatus & Ecclesias omnes cum cura, & sine cura quæ cum titulo habentur, sed etiam dignitates, sciendum, quod collatio beneficij simplicis, de iure communi ad Episcopum attinet. Siluest. sum. Præsentatio autem, ad Patronum spectat. At Præsentatio, plenum ius non tribuit sicut collatio, sed Institutio ac Inuestitura Episcopi requiritur. Vt de Iur. Patro. per tot. Electio tandem, fit per collegium ad Dignitates & à Sum. Pontefice, à quo etiam uel alio illius vices gerente, confirmatur.

Electio verò quandoq. inualidatur ex parte Eligentiū, quandoq. ex

ex parte Electi, aliquando ex parte confirmantis, quare rectè Dominus (Mat. 24.) ait, Fidelis, seruus, & prudens, quem constituit Dominus super famil. suam, vt det illis cibum in tempore, quibus profectò verbis breui compendio in electione necessaria queq; comprehenduntur, quo ad Electos, quoad Confirmantes, & quoad Eligentes.

Iam quidem requisita in Prælato, diligenter in gratiam Prædicantium requiramus, Hac namq; sufficienter hac enumerantur sententia.

FIDELIS, SERVVS, ET PRVDENS, QVEM CONSTITVIT DOM. SVPER FAM. SVAM, VT DET ILLIS CIBVM IN TEMPORE.

Quinq; enumerantur à Domino conditiones Idonei Prælati, & Primò dicitur, Fidelis, Fidelis nanq; esse debet Prælatus, Huc facit quod docet Plato, li. 2. de Repub. dicens, Regentem instar canis esse debere, Canis enim Symbolum est fidelitatis, Hinc super sepulchrum Regis cuiusdam insculptus fuit Canis corona redimitus ac si viatoribus diceretur, Animaduertite, hic iacentem fidelem fuisse Regem. Plutarchus etiam refert quod Romæ antiquitus sacrificium fiebat quod nuncupabatur Damium, & hoc sacrifitium in domo eius qui nouiter Consul erat creatus offerebatur. Tiraquel. autem dicit quod in illo sacrifitio Canes offerebantur, & Canes hostia erant, & quidem in Symbolum fidelis Gubernatoris, Hinc certè Esaias cap. 56. malos redarguens principes, ait, Canes muti non valentes latrare, amantes somnia, Deniq; optimus Pater D. Dominicus à Deo totius Prædicatorum ordinis Præsul & Patriarcha electus, Nunquid non visus à matre adhuc in vtero clausus in forma catuli? Fidelis vtiq; Pater, Nos verò Domini Cani, Canem stemmate gerimus, Fidelibusq; gaudemus Præsulibus Fidelis ergo esse debet Prælatus Tunc verò fidelitas in ipso est (D. Thom.) cum statuitur ab ipso finis in solo Deo & non in propria vtilitate; Quod si quis proprie studeat vtilitati subditis necessaria negat, & hic Gentili deterior est docente Apostolo 1. Timot. 5. Qui curam non habet suorum

fidem negauit & est infideli deterior. Hæ sunt virtutes illorum propriæ quibus mandantur munia exercitus Christiani, industria, & innocentia; præcipua vitia, Auaritia, & crudelitas.

Fidelis, Hoc docere vult Dominus vt Hippocrita non sit ad presulatum, assumendus, sed fidelis reuera bonus. Hipocritam reformatum se ostentantem rectè describit. Tacitus li. 4. an. dum de Aelio seiano, ait, Corpus illius laborum tolerans, animus audax, sui obtegens, in alios Criminator, iuxta Adulatio, & superbia, palàm compositus pudor intus suma adipiscendi libido, eiusq; causa, modò largitio, & luxus, sæpius industria, ac vigilantia, haud minus noxiæ, quoties parando regno finguntur. De hoc etiam salust. De Catil. dicit, Corpus patiens inediæ, Vigiliæ, algoris, supra quam cuiquam credibile, Animus audax, subdolus, varius &c. Non hic fidelis, si subdolus. non hic ergo eligendus Pollitiicus. bibit iam talis ex calice impundicæ meretricis, quæ misterium appellatur, ebrius est.

Reprobi sunt simulatores hi pessimi, vis hoc intueri. Proprium est reproborum simulare. (Audiatis Politici) D. Joannes, de Reprobis loquens, eos equis ad bellum paratis assimilat, dicens, similes equis paratis ad prelium (Apo. 9.) Sanè quodnam est huius metaphore mysteriorum? videbitis Barbarum in regijs stabulis bello seruatum, manui omninò parentem & auditui, Caudam (vt aiunt) ad Crura trahentem, manus vestras passim deosculantem & vestes, quietum, ita vt ouem potiùs quàm equum appelles. Cæterùm, si casu eueniat, vt ipse fugiat, liberq; maneat; En, videre est eum inter armenta calcitrantem, superbum nitrire, in aerem tolli, sonare pedibus, fumare naribus, spumare buccis, diabolum affrenum dices, vastantem bladum, &c. Persimiles prorsus nominat sacer Euangelista Reprobos, similes æquis paratis ad prælium, subditos alijs, Humiles quidem, coactè, pauperes, mansuetos, pios, cernis. At si liberos, eosq; ab obedientia redemptos facias prælatosq; constituas, ferri non possunt innumera horum delicta superbos semper & in omnes bestiales inueniens &c. Non hi fideles, quinimò ad prelium contra fideles sibi subditos parati. Vnde cum tales præfecti sunt nunquam quiescimus.

Dum præsunt Ambitiosi simulati, dicimus finem esse mundi.

Amos

Amos (cap.8.) ait, Dominus, Quid tu vides Amos? & dixit Amos, vncinum pomorum, & dixit Dominus. venit finis super populum meum Israel. Quid? tam potens vncinus pomorum vt mundum destruat? poma sunt quæ ventositatem faciunt in hominibus dignitates, cum videmus homines vncino vti ad dignitates capiendas, tunc dicimus, venit finis. uides Aulicum tot in curia apud principem patientem, cur? uncinum pomorum ego uideo, patitur tot mala ad promerendam præbendam. Vncinum pomorum ego uideo, Cernis mulierem alias nobilissimam ipsammet affabiliter principem alloquentem, Cur hoc? uncinum pomorum ego uideo, sic res se habet, ut pro fratre præposituram obtineat. Venit finis, uenit finis cum simulatos homines uncino pomorum utentes conspicimus. Mundi dicamus consumationem fore.

SERVVS. Hæc secunda est conditio Prælato neccessaria ut ipse subditorum sit seruus, Ita uerò neccessaria censenda est conditio hęc, ut eam etiam Ethnici falli fuerint, etenim Rex ille Macedonum Antigonus Principem filium alloquens (ut Plutarchus refert) ait, scito regnum nostrum esse splendidam seruitutem: satis sciunt Principes imperium, & principatum aliud esse nihil preter merum laborem. Nam (ut ait Seneca epist. 81.) fasciam Regis solue multum mali sub illa latet. Ne putet igitur Prælatus gradum illum ut uacet obtinuisse, sed ut in obsequium Dei & proximi laboret, Tributa est dignitas (nō p glī suoi belli occhi) in opus ministerij, ait Apostolus, In opus ministerij, idest in ministerium operosum. Propterea, Pastores appellantur Prælati & ut uigilent, & ita laborent, ac si Pastores reuera essent. Ita seruum se agnoscebat Alexander qui (vt Arrianus philosophus li. 8. de rebus Alex. scribit) suis dixit, Plus vigilare quam vos, me certo scio, vt ipsi quietos somnos capere possetis. Seruum etiam se nouit Cesar, de quo Seneca (lib. de breuit. vitæ) ait, omniũ domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius industria, omnium vacationem illius occupatio.

D. Bern. sup. illa verba Hierem. vt euellas & destruas &c. ait, quid horum factum sonat? Rusticani magis sudoris schemate quodam labor spiritalis expressus est. Et sequitur. Disce Prælate exemplo prophetico præsidere non tam ad imperitandum

dum quam ad factitandū quod tempus requirit, Disce sæculo tibi opus esse non sceptro, ut opus facias prophetę. & quidem non ille regnaturus ascendit, sed extirpaturus, putas ne & tu inuenias aliquid elaborandum in agro domini tui? & plurimum, non planè totum quiuere emundare prophetę, quando ergo libet gloriari, ubi otiari non licet?

Seruus. Si seruus est Prælatus, ergo imperare non habet. D. Laurent. Iustinian. tract. de Institut. & regi prælat. c. 2. differentiam inter præcipere, ac regere assignat, Docetq; in sacra pagina non inueniri quod Dominus homini alteri homini imperandi, offitium tribuerit, Dominium siquidem altissimus concessit homini super pisces maris, super volatilia cæli, ac super bestias terræ; Cæterum videns Deus quod Iurisdictionis limites egredi ausus esset homo cum Gigantes fortes, debiles sibi subditos redderent, superbiam hanc correxit, dicens, Terror vester ac tremor, sit super cuncta animantia terræ, & super omnes volucres cæli. Super quæ verba D. Greg. ait, Quorum videlicet terror ac tremor quod esset super animantia terræ præcipitur, profectò esse super homines prohibetur. Quod igitur homo homini imperet vel dominetur, nec à natura est, nec ab Authore naturæ, sed ab hominis Tiranide, & superbia, Regere autem & gubernare profectò charitatis offitium est, Prælato conueniens, in prædictorum confirmationem, exod. 3. legimus, cum Dominus Moysem caput ac Præsulem populi sui instituit, Non quidem asseruit, Constituo te populi mei Dominum, vt imperes & Domineris; sed ait, veni, & mittam te ad Pharaonem vt educas populum meum filios Israel de Egypto. quinimò etiam de Prælatorum omnium Principe dicitur in Sac. pagina, exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Itaq; qui dominari & imperare præsumit, hic, verus non est Prælatus, sed Tyranus qui alienum sibi vsurpat offitium, qui de Domini manu Diuinam surripere Iurisdictionem contendit; Deus etenim dixit, Ego Dominus & non est alter formans lucem & creans tenebras.

Seruus. Qui ergo speciem habet serui preferendus, non audax, non elatus; sic ex bona pollitica docemur. Sic Docet Arist. lib. 1. polit. cap. 11. dicens, si quem extollere opporteat, non tamen eum qui sit moribus audax, nam huiusmodi homines aptissimi

aptissimi sunt ad inuadendum circa res omnes: Prælatus verò à Rege apum, qui sine aculeo esse dicitur, edoctus, nemini nocere debet. Cæterum, vt Petr. Rau. obseruat, ligna filuarum, non oliuam, non ficum, non vitem, sed ramnum ad regnum eligentes. ignis egressus est de ramno & deuorauit cedros libani, Nimirum cum deterimi præsunt, Primates Digni pænitus consumuntur.

PRVDENS sit prælatus ait Dominus, Ars est enim artium regimen animarum, Nec minoris insaniæ quàm imprudentiæ est, si eiusmodi magisterium profiteatur imprudens. Docuit verò Dominus Prelatos dicés, Estote prudentes sicut serpentes: In mentem reuocauit artem serpentis in terrestri paradiso qui, ingenio mulieris, quadam se accomodauit prudentia, De quo D. Io. Damascen. li. 2. de fide orthod. ait, serpens quoq; familiaris ipsi erat, vt qui præceteris animantibus ad eã accederet, blandisq; motibus &c. Vult igitur Dominus vt serpenti similis in hoc existat Prælatus, vt nempè blandus sit, ac tractabilis, omniumq; naturæ se accomodet. Præterea prudens etiam sit vt serpens, qui vigilantissimus semper, ac circumspectus est, qui semper collo atq; pectore erecto incedit, circumspiciens vndequaq;, vt à repentino quo casu offendi posset malo, saluus consistat. Serpentinam, hanc quoqs prudentiam regenti neccessariam, ostenderunt Thebani, qui Imperatore Epaminonda emortuo statuam erexere, clypeũ tenentam, in quo Draco insculptus videbatur. Prudenter igitur agant Prelati scientes tamen quod, quæ prudentia gubernari non possunt, ea fortunæ (si qua esset) sunt commitenda.

Prudentes sint Prælati figurati in animalibus ab Ezechiele, & à D. Io. Visis, de quibus dicitur, quod plena erant oculis, intus, ante, & retro, oculos gestabant in fronte, oculos in genis, oculos in auribus, oculos in labijs, oculos in manibus, oculos in pedibus, oculos in pectore, oculos in corde, oculos in humeris. &c. Hoc enim ostendit quod Prælati multa videre habent, & multa in multis locis, & hoc multa attentione, ne per aliquam partem inimicus ascendat; Ascendere potest inimicus ad Prælatum per cogitationem, ita vt ipse cogitet ex virga quam manu tenet, Deum quendam esse, ideo oculos in corde habeat; Intrare potest inimicus per aures, dum videlicet Adulationes audit, Ideo

dum quam ad factitandū quod tempus requirit, Disce sæculo tibi opus esse non sceptro, ut opus facias prophetę. & quidem non ille regnaturus ascendit, sed extirpaturus, putas ne & tu inuenias aliquid elaborandum in agro domini tui? & plurimum, non planè totum quiuere emundare prophetę. quando ergo liber gloriari, ubi otiari non licet?

Seruus. Si seruus est Prælatus, ergo imperare non habet. D. Laurent. Iustinian. tract. de Institut. & regi prælat. c. 2. differentiam inter præcipere, ac regere assignat, Docetq; in sacra pagina non inueniri quod Dominus homini, alteri homini imperandi, officium tribuerit, Dominium siquidem altissimus concessit homini super pisces maris, super volatilia cæli, ac super bestias terræ; Cæterum videns Deus quod Iurisdictionis limites egredi ausus esset homo cum Gigantes fortes, debiles sibi subditos redderent, superbiam hanc correxit, dicens, Terror vester ac tremor, sit super cuncta animantia terræ, & super omnes volucres cæli. Super quæ verba D. Greg. ait, Quorum videlicet terror ac tremor quod esset super animantia terræ præcipitur, profectò esse super homines probibetur. Quod igitur homo homini imperet vel dominetur, nec à natura est, nec ab Aut hore naturæ, sed ab hominis Tiranide, & superbia, Regere autem & gubernare profectò charitatis offitium est Prælato conueniens, in prædictorum confirmationem, exod. 3. legimus, cum Dominus Moysem caput ac Præsulem populi sui instituit, Non quidem asseruit, Constituo te populi mei Dominum, vt imperes & Domineris; sed ait, veni, & mittam te ad Pharaonem vt educas populum meum filios Israel de Egypto. quinimò etiam de Prælatorum omnium Principe dicitur in Sac. pagina, exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Itaq; qui dominari & imperare præsumit, hic, verus non est Prælatus, sed Tyranus qui alienum sibi vsurpat officium, qui de Domini manu Diuinam surripere Iurisdictionem contendit, Deus etenim dixit, Ego Dominus & non est alter formans lucem & creans tenebras.

Seruus. Qui ergo speciem habet serui pręferendus, non audax, non elatus; sic ex bona pollitica docemur. Sic Docet Arist. lib. 1. polit. cap. 11. dicens, si quem extollere opporteat, non tamen eum qui sit moribus audax, nam huiusmodi homines

aptissimi sunt ad inuadendum circa res omnes; Prælatus verò à Rege apum, qui sine aculeo esse dicitur, edoctus, nemini nocere debet. Cæterum, vt Petr. Rau. obseruat, ligna siluarum, non oliuam, non ficum, non vitem, sed ramnum ad regnum eligentes. ignis egressus est de ramno & deuorauit cedros libani, Nimirum cum deterimi præsunt, Primates Digni penitus consumuntur.

PRVDENS sit prælatus ait Dominus, Ars est enim artium regimen animarum, Neq; minoris insaniæ quàm imprudentiæ est, si eiusmodi magisterium profiteatur imprudens. Docuit verò Dominus Prelatos dicés, Estote prudentes sicut serpentes: In mentem reuocauit artem serpentis in terrestri paradiso qui, ingenio mulieris, quadam se accomodauit prudentia, De quo D. Io. Damascen. li. 2. de fide orthod. ait, serpens quoq; familiaris ipsi erat, vt qui præceteris animantibus ad eũ accederet, blandisq; motibus &c. Vult igitur Dominus vt serpenti similis in hoc existat Prælatus, vt nempè blandus sit, ac tractabilis, omniumq; naturæ se accomodet. Præterea prudens etiam sit vt serpens, qui vigilantissimus semper, ac circumspectus est, qui semper collo atq; pectore erecto incedit, circumspiciens vndequaq;, vt à repentino quo casu offendi posset malo, saluus consultat. Serpentinam, hanc quoq; prudentiam regenti neccessariam, ostenderunt Thebani, qui Imperatore Epaminonda emortuo statuam erexere, clypeũ tenentam in quo Draco insculptus videbatur. Prudenter igitur agant Prelati scientes tamen quod, quæ prudentia gubernari non possunt, ea fortune (si qua esset) sunt commitenda.

Prudentes sint Prælati figurati in animalibus ab Ezechiele, & à D. Io. Visis, de quibus dicitur, quod plena erant oculis, intus, ante, & retro, oculos gestabant in fronte, oculos in genis, oculos in auribus, oculos in labijs, oculos in manibus, oculos in pedibus, oculos in pectore, oculos in corde, oculos in humeris. &c. Hoc enim ostendit quod Prælati multa videre habent, & multa in multis locis; & hoc multa attentione, ne per aliquam partem inimicus ascendat; Ascendere potest inimicus ad Prælatum per cogitationem, ita vt ipse cogitet ex virga quam manu tenet, Deum quendam esse, ideo oculos in corde habeat; Intrare potest inimicus per aures; dum videlicet Adulationes audit,

Ideò

Ideò habeat Prælatus oculos in auribus, blandimenta scilicet à veritate distinguens; Aggredi potest hostis à tergo ex insidijs & mendacijs cum decipitur Prælatus, itaq; oculos post tergum etiam habeat prælatus. &c. Deniq; si Argus centum præditus erat oculis pro custodia ouis vnius dumtaxat Deæ, (vt fingunt) quot sunt, quęso, neccessarij oculi, Presuli, cui tot gregis Diuini Animæ sunt commissę? caueat verò Prælatus diligenter ne se vnquam in casum det, idest fortunę, se, resque suas permittat, & vt Seneca ait (li. 7. de benef. c. 2.) mittat se in dubium. Is deniq; prudentissimus, & sapientissimus meritò dici potest qui tantum iuditio valet, vt non expectatis alio rum euentis, quid expediat, atq; amplectendum, quid item vitandum sit nouit.

Prudentes preferri debent, opusq; est docente Augustino, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione, &, vt Leo Papa instruit, (& ponitur di. 61.) Valdè iniquum est & absurdum vt imperiti Magistris, noui antiquis, rudes præferantur eruditis. Cum verò seniores iure prudentiores extimari, ex longa rerũ experientia, didicerimus, ipsi præferendi censentur. Huc facit quod D. Hieron. cont. Iouin. docet, dicens. Cur non Iohannes electus est virgo, scilicet vt caput Ecclesiæ, esset, vbi respondet Sanctus Doctor, ætati delatum est, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens, & penè puer, progressæ ætatis hominibus præferretur. & Aug. ad hoc idem clarius in propo sito, ait, Ad Episcopalem dignitatem, œligi non debuit qui minora offitia gubernare non didicit, quia, Cura Nauis illi committi non debuit, qui remum tenere non nouit.

Sunt tamen in Ecclesia vel congregatione, qui Iuuenes ita ad præsulatum sublimari merentur sicut Senes. Can. 7. ait sponsus, statura tua similis est palmæ, vbera tua quasi botrus, simul copulat in Ecclesia Palmam, & vitem diuersi generis arbores. Quid sibi vult hoc? Palma ducentorum annorũ tem pus sibi postulat ad sui incrementum, & ascensum, seròq; valdè suos profert fructus, vitis autem, quattuor annorum spatio crescit, proprios fructus instar pretiosissimi coralorum monilis, vel margaritarum catenæ tribuit; Cur ergo palmæ vitem copulat dissimilem cælestis sponsus, dicens, statura tua similis est palmæ vbera tua quasi botrus? Qui Vbera sunt Ecclesię, Doctores, Prædicantes, qui eos lactant de quibus ait Apostolus,

lus, quasi modo geniti infantes vbera lactentes lac concupiscite, iiti vites sunt & botrus illius qui dicit, ego sum vitis vera. Iuuenes qui breui temporis spatio populos nutriunt lætificantq; corda inimicorum regis, Hi verò sic altè eleuari debent sicut annosæ palmæ, quippè ita præferendi quamuis Iuniores sicut illi qui in Congregatione seniores morantur, & Palmæ veteres dicuntur. Quinimo persepè non plus credendum est seni, quàm puero, quippè neuter propter ætatis imbecillitatem, satis firmus est aduersus aut minas, aut illecebras, quibus facilè circumuenitur.

Prudens existat Prælatus, ita, vt arte quadā omnibus omnia fiat; vt loquatioribus frequentiores turbas, & conuentus hominū; taciturnis, solitudinem nimiam interdicat; Alacrioribus, tristem vultum, tristioribus, alacriorem ostendat; leuibus & vagabundis, ne quid pro arbitrio aliquid concedat, solidis & cōstantibus, ne deneget: Industrijs & laboriosis, vt remissionē sæpius det, & relaxationem, segnes, & ignauos, vt ad exercitia frequenter, & labores impellat: Ingluuiosos, vt lautioribus mensis nunquam admoueat, frugales, & sobrios, ne repellat: officiosis, quietis, mansuetis, vt multa quæ vel ad vescendum, vel amiciendum, vel conuersendum pertinent, largiore manu permittat.

Ità prudens esse debet Prælatus, vt sit Austerus sine tristitia, Comis sine scurilitate, Seuerus cum iucunditate, Iucundus cum seueritate: Irrascatur, sed modicè: Obiurget, sed non contumeliosè: Corrigat, sed non acerbè, Dissimulet interdum, sed cautius; Laudet etiam, sed non profusius; Blandiatur quoq; sed grauius; Remittat, sed non licentius.

Curandum verò est vt non solum maiores congregationes Prælatos prudentes habeant, sed vt etiam inferioribus ecclesijs viri præsideant prudentissimi. Audistis quoniam Ecclesia sācta, terribilis vt Castrorum acies ordinata dicitur. Cur hoc? Ita certè, quandoquidem, cum castrorum acies ordinatur, militaris disciplinæ periti, non curant vt magis strenui milites omnes in primæ Classis ordine locentur ac si aliarum exercitus æcierum & laterum nil faciendū esset, sed vbiq; & in quolibet ordine, & in quacunq; classi, & acie idoneos collocant milites, sic Ecclesia, ut castrorum acies est ordinata, quandoquidem in singulis partibus aptissimos & strenuos duces, ac

milites habere debet, Nec delectet fæmineos humeros (Bern.) virorum supponere sarcinis.

Tristantur verò viri prudentes cum imprudentes & indigni præferuntur, verum consolamini consolamini Patres, nam, vt ait Seneca, Pumilio etiam si in monte consistat, pusillus est, collossus etiam in puteo, magnus, Ita prudens & sapiens in quacunq; fortuna, suis bonis magnus est, stultus, etiam in summa fortuna humilis, Hoc (op nor) est quod Salomon indicat (Prou. 2 6.) dicens, sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurij, sic qui dat insipienti honorem, locetur adeò in locum mercurij altissimum Indignus, semper paruus est & minimus vt lapis apud mercurium.

Quod si Salomonis dictum, vt littera habet Hæbrea (referente Lyrano) legamus, hoc modo, scilicet, sicut qui ligat in funda lapidem, sic qui dat insipienti honorem. Videmus hinc profectò, mala quæ ex Imprudentis & Indigni honore prouenîunt, funda nimirum Puer lapidem uoluit & proijcit, qui quò attingat penitus ignorat, & ecce, tectum ascendit lapis, tegulas frangit stilicidium in domum facit, uitratas aperit fenestras & confringit, caput uiri uulnerat, totam turbat & confundit familiam, Maledictus lapis dicitur, maledicta manus quę eum proiiecit, lapis ipse in profundum deijcitur, proiector uerò ad Iudicis arbitrium, ut pareat, punitur. sicut qui ligat in funda lapidem, sic qui dat insipienti honorem (Facilis est applicatio.) Hic uerò Ferè est exitus inquietorū hominum, quiq; ex ę gentibus & contemptis metuendi facti sunt aditumq; sibi patefecerunt ad honores malis artib. ut potentiam quidem apud vnum, odium apud omnes adipiscantur. nec sibi minus perniciem quàm alijs inueniant, hi sunt de quib. Salomon in prou. c. 26. & 2. loquitur, Qui fodit foueam incidit in eam. & qui uoluit lapidem reuertetur ad eum.

Scias uerò quod ex parte electi, tunc duntaxat inualida est electio cum electus minimè est habilis, ut supra dictum est, ut puta cum Irregularis existit, uel infra legitimam ætatem, & quando iniustè tenet, ut per intrusionem, uel simoniam: cum etiam aliquis requisitus antequam esset electus, electioni de se fiende consensit, cassanda esset eius electio, & ratio est, quoniam Ambitiosus præsumitur, & in peccato mortali existens indignus est. Vide circa hęc, & dicenda D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 2.

ar. 2. & quol. 8. ar. 6. & quolib. 5. ar. 22. vide etiam vrcean. summa const. de Eligent. qualit. c. 6. & de prælatis in com. c. iij.

Queris interim; Nunquid simpliciter meliorem, hoc, est eum qui Sanctior habetur eligere tenemur? D. Hieron. ad ocean. Res, inquit, penè contra naturam est, vt sine peccato aliquis sit, sed talis eligatur, cuius comparatione, cæteri Grex dicantur. D. verò Thomas ad quesitum respondens, dicit, eligi melior secundum quid debet, Ille videlicet qui inter cæteros conditionibus pollet, quibus quis ad commune congregationis bonum conseruandum, aptior redditur. Verum tamen est quod in foro iuditiali, actio, qua bonus meliore ommisso, pro communi bono, eligitur, inficiari minimè potest, cum laboriosum & difficilè, odiosumq; esset adamussim vtriusq; venari qualitates: In foro autem conscientiæ meliorem nece. est eligere, vel simpliciter, vel ad commune bonum conseruandum, quod si secus fiat, Acceptationis personarum vitium perpetratur, quod vtiq; contra iustitiam est distributiuam, Cernis vbiq; ita Deum ordinasse, vt id quod melius est imperet, & prouideat inferiori vt, Ars ei quod ē sine arte, Infirmitate virtus, fatuorumq; fecit prouidere & consilijs adesse id quod prudentia præditum est. Deniq; secundum D. Tho. doctrinam vbi supra, sciendum quod, vt plurimum, qui est de gremio Ecclesiæ, melior pro bono communi est, & vtilior, cum in ea nutritus sit, vnde talis eligendus.

Sequitur autem quarta conditio Prælato competens, cum ait Redemptor, Fidelis seru. & prud. QVEM CONST. DOM. Nota Quem Constituit Dominus, Hoc est quod docuit Apost. Heb. 5. Nec quisquam assumet sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quidam assumunt sibi honores, & hi non dicuntur à Domino constituti, quidam verè assumuntur ad honores, & hi à Domino quidem constituti sunt. D. Cyprian. li. 4. epist. epist. 2. De D. Cornelio sermonem faciens ait, Episcopatum nec postulauit, nec inuasit, non vt quidā vim fecit vt Episcopus fieret, sed ipse vim passus est. Hic certè à Domino constitutus.

Loquitur Bern. de his qui prælaturas à se querunt, & ait. est sobria quędam & quodammodo occulta ambitio, moliens saltem cautè & si non castè, si valet perficere clam negotia sua

curat, sin verò manet in se, & pudoris vmbram non deserit. cæterum, quænam est ista præceps & frontosa libido dominandi, per quam quis vt dominetur, petit, instat, adorat (Ben. de Pet. Antipapa) inuasit inquam, inuasit armis, igne, peccunia, non vitæ me. ito.

Contra eos verò qui medijs fauoribus prælaturas conscendere nituntur audi scripturista. Per esa. (c. 3.) conqueritur Dominus, quia populus suus ab extraneis fauores pro regni conseruatione expetijt, & ait, Ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis vt descendatis in egyptum. Ac si dicat omnipotens, Infælices ac miseri, telam facitis & non me mediante, sed extraneis medijs; inferius verò. (c 59 esa.) asserit Dominus Telam hanc ab infælicibus factam, Aranearum telam esse, & ait, Telas Aranearum texuistis, Ac si dicat Dominus, Humanos expostulare fauores, telas est texere aranearum, telas inquam ad conficiendas vestes omninò inutiles. Proficui non sunt extranei hi fauores, vt vos in regno tuti sitis ò Pollitici. Animaduertite fratres quod Diuino quodam instinctu Araneæ nuncupantur qui fauores exquirunt humanos non Diuinos ad regnandum? Nimirum quemadmodum Araneæ ad paruam, & inutilem cóficiendam telam euiscerantur & viscera perdunt; Ità profectò Prætendentes Ambitiosi spiritum exalant, vnde eos ferè semper exanimes, colore mortis epictos videmus. sicut enim erugo ferrũ cõsumit, sic ambitio Cor hominis rodit. Deniq; Aranea cũ parui sit Capitis multis est dotata brachijs; Sic etiam mundani isti, multa habent brachia, & multos habẽt qui eos ad dignitates prouehunt, esto parui sint capitis. Videmus animalia fortissima bono prędita capite vt sunt leo, Taurus, vrsus, hæc inquam cernimus breuia habere brachia, & minimæ esse capturæ. Quippè quid opus est tam forte animal tot constare brachijs? Ita prorsus viri præstantes qui maximis constant meritis brachia minimè habent quæ eos deferant: cæterum quid opus est eis vt à cæteris adiuuentur, qui in se sic valent, si velint. Qui autem per mendicatos fauoros extra ordinem suum Prælaturas procurauerit ad eas perpetuò inhabilis declaratur (Clem. viii.)

Eligunt, in successorem aliqui virum deterimum, vt subditi per compa-

comparationem inter præsentem, & ipsummet prædecessorem, prædecessor melior videatur. Hæc est politicorum satanica ratio; hæc perditio gregis Christi, amore sui.

Iam vero dicamus. Esau ab vtero matris contra fratrem Iacob pro primogenitura pugnauit, Vnde in sacra pagina dicitur, collidebantur in utero paruuli; Esau uerò ipse, tanquam fortior membris, inualuit & uicit, unde & prior ab Vtero exiuit, ac primogenituram lucratus est; Tamen in eo tam rudi, sic malè locata est hæc dignitas, ui ab eo obtenta; quod parua exorta occasione, unius scilicet pulmenti, ea orbatus est, meruit uerò Indignus, quod arte uteretur frater à matre edoctus ut ui, obtentam dignitatem, infeliciter ammitteret, & alter eius locum obtineret (applica), Tale quid accidit eis qui manibus se adiuuant & pedibus (ut aiunt) & quasi per uiolentiam, ut prælaturas aquirant, qui postea citò decidunt, & arte dejciuntur, qui arte ascenderunt.

Reuerà, quæ ui habentur citò ammittuntur, uel si retinentur, nō tuta consistunt; Quare Prælatus etiam à Collegio electus, dum non penitus uoluntaria fuit electio, neutiquam tutus est, Hinc Agapitus Iustiniano Cæsari scribens, ait, existima, te tunc tutò regnare, cum uolentibus imperas. Sic laudans Dauid Saluatoris Imperium (ps. 109) ait, Dixit Dominus Domino meo sede à dext. meis, & infra, Tecum principium in die uirtutis tuæ. ubi autem nos legimus, Tecum principium in die uirtutis tuę, in hębreo, (ut legit Genebr.) habetur, Populus tuus uoluntatis, (Genebr.) idest populus uoluntarius, & spontaneus. Polibius etiam (lib. 6. hist.) ait, Nec quęlibet Monarchia regnum dici debet, sed ea quę uoluntariè subditorum consensu conceditur, & magis pro animi sententia, quàm timore & uiolentia gubernatur. (Attendunt prędicta Pollitici.)

Constituuntur à Domino Prælati qui per gradus ad præsulatum ascendunt. Thronum fecit sibi Rex Salomon de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, & summitas Throni, rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus hinc atq; inde tenentes sedile, & duo leones stabant iuxta manus singulas, & duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atq; inde. Hic diligenter fratres atten-

 dite

dite (Ailredus) quib. gradibus ad curam ascendendum est Pastoralem, ut facilius humani generis pestem, dominandi scilicet libidinem caueatis, magisq; tuti uelitis in imo consistere quam periclitari in summo; Est autem primus gradus Conuersionis, secundus purgationis, tertius uirtutis, quartus scientiæ, quintus contemplationis, sextus Charitatis: Thronus autem Salomonis, aptè dicitur Cathedra Sacerdotalis, ad quam si quis sine his gradibus nititur, non tam sessurus quam ruiturus ascendit. Vtrum autem duodecim leunculi illius magni Leonis de tribu Iuda, duodecim filijs, de quibus dicitur, Non possunt filij sponsi lugere quandiù cum eis est sponsus, utrum etiam Aurū, sapientiæ, eternitati rotunditas; fini posteriora, duæ manus, duplici Charitatis actioni, possint conuenienter aptari, vestris meditationib. discutiendum relinquo.

Quem constituit Dominus &c. Hic considerandū est quod supra diximus videlicet inualidari quandoq; electionem ex parte eligentium, qui non à Domino ducti, benefitia, & prælaturas conferunt. Sciendum igitur, quod eligere non possunt excommunicati maiori. De app. constit. secus minori. Secundo suspensi ab offitio. de consue. Cum dilectus. Tertio Interdicti: De elec. cum inter. Quartò, quibus interdictum est eligere sine superioris licentia. De elec. c. fin. Quintò, qui scienter celebrant in loco interdicto nisi super hoc sint priuilegiati. De sen. excom. is qui. li. 6. Sextò, ij qui in ea vacatione elegerunt scienter indignum. c. cùm in cunctis, & c. cum innotuit. in fin. de elect. quia pro ea vice, eligendi potestate priuati sunt, si facta nominatione postulatio vel electio est secuta. Septimò. Non subdiaconi. Conc. Trid. sess 22. c. 4. Octauò, Illi qui per laicalem abusum elegerunt. Nonò, Non eligentes infra statutum tempus, Postremò, Irregulares. c. is qui. De sen. excom. li. 6. Alij etiam per singularia Regularium Iura, ad quæ singula singuli remittuntur, necessario ab electione repelluntur, Præfati nanq; de iure communi ab electione excluduntur. Eligentes verò presentes esse debent, nec possunt supperiores voces & suffragia supplere; Quare in Conc. Trid. (sess 25. c. 6.) Decretum est, omnes electiones quorumcumq; Abbatum temporalium, & aliorum offitialium, atq; Genera-

lium

lium,& Abbatissarum,atq; aliarum Pręposítarum fieri debere per vota secreta, nec liceat Prouinciales,voces & suffragia absentium supplere; si autem contra huius Decreti constitutionem aliquis electus fuerit,electio irrita sit,permittens vero sic eligi,ad omnia officia deinceps inhabilis existat, facultatesq; super his concessæ abrogatę censeantur & si in posterum alię concedentur tanquam subreptitiæ habeantur.

Ex parte etiam eligentium clandestinè inualidatur electio,Vnde clandestina electio profectò cassanda est,quæ quidem electio est quæ in Cameris per occulta fit conuenticula. (Di. 79. c.11. & i j. & c. si transitur. (Inualidatur etiam ex parte eligentium electio quam electores inter se se secretam tenent, cum, cælebrata solemniter publicari debeat. (ext. c quia propter. Archi.) Notat verò circa hoc Siluest. sum. quod si electio tenuit iure naturali,puta quia interuenit eligentium consensus, sed non tenuit. Iure positiuo,quia substantialia ommissa fuerunt,secundum Inno. quem sequuntur communiter Doctor. in c.quod sicut.De elect. si confirmetur electus, verus est Prælatus,& non tenetur in foro conscientiæ resignare. Dicerem tamen, tutius esse resignare in tali casu; Etenim cum ipsemet Doctissimus Siluester affirmet talem electionem cassandam esse, fatendum igitur eam infirmam, inualidam, & nullam fore, eo præcipuè cum asserat idem Doctor eam in substantialib. defecisse;quod si electio inualida est, profectò Prælatus non est electus, Cum verò dicitur, Interuenit eligentium consensus; respondemus hoc non sufficere, Affirmat enim idem Siluester cum alijs quod quando debita non seruatur forma in electione, collegium eligendi iure priuatur, & ad supperiorem Ius dandi Prælatum deuoluitur. Igitur &c.

Cæterum, cōstituunr persępe homines,Prælatos,& non ex Deo, (tēporum miseranda calamitas,)sed quænam est ratio cur ab hominib.Pręlati impudentes & Vitiosi eligantur? D.Aug.li.1 confess. c. 16. Nonne (inquit) in te lego tonantem Iouem,&c, Adulterantem? & vtic; non possent esse hæc Duo,sed actū esse vt haberent authoritatem ad imitandū verum adulteriū lenocinante falso tonitruo.& inferius,asserit D.August.hoc fuisse, Ne flagitia putarentur adulteria, & vt quisq; ea fecisset, non homines perditos, sed cælestes Deos videretur imitatus, Idē

vtiq;

vtiq; dicere possumus de illis qui prælatos eligunt deterimos hoc scilicet eos facere, vt eorum vitia authoritatem habeant. Querunt siquidem mundani in Præsules, eos qui comuni modo viuendi mundanorum viuunt, eosq; respuunt, qui singulari quadam diuinæ Legis obseruantia ducuntur, Quinimo hos Christianos bonos appellant, Inutilesq; propterea reputant quoniam non tam abhominabiles sunt sicut cæteri homines. Hoc est quod asserebant Imprudentes & perditi illi, (Sap. 2.) circunueniamus iustum, quoniam Inutilis est nobis, contrarius est operibus nostris, improperat nobis peccata legis, &c.& inferius, Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. Ex quibus vtiq; verbis, cur Iustus hominibus istis sit execrabilis desumitur, sed quænam est causa huius? propter quid non amatur à vobis ò viri Iustus? quid mali fecit? Contrarius est operibus nostris, respondent, dissimilis est alijs vita illius, Ehus, inquiunt, Anathema sit iustus iste, tollatur à nobis, quoniam non viuit sicut peiores homines mundi viuunt, Ecce Cur abijciuntur boni à malis, quoniam scilicet illi improbi non sunt sicut ipsi. Hinc D. Greg. Naz. (or. pro se.) Inuehitur cōtra illos, qui de eo murmurabant propterea quia non pompose, vt alij Episcopi, inducebatur, & quoniam non epulis vacabat, & ait, videtur ne vobis ita epulis vacandum vt altaria ipsa ructibus nostris contaminarentur? & sequitur, Antistitē alium creato qui multitudini placeat. & inferius, Non præsules querunt, sed rethores, nec animarum dispensatores, sed peccuniarum custodes, nec puros sacrificos, sed virib. & authoritate florentes. Ita Nazianz. simile obseruat Tertul. (Apolog. cont. Gent.) dicens Gentiles murmurasse contra Christi cultores, non quia latrones, non quia homicidæ, non quia superbi, & his similes essent, sed (vt ait) in balneorum epularumq; ratione modum & tempus seruare, ponitur in culpa.

Obijciunt Imperiti, etiam Dominus rudes & Idiotas in Apostolos delegit. (ò quam vana temeritas) Talis ne est in puro homine facultas, qualis in Christo fuit? Ipse Ineptos, aptos facit Dei ministros, Nunquid tu Spiritum Sanctum super tuos mittere poteris sicut Christus Dominus super suos misit? sed audi D. Chrisost. de electione Apostolorum docti loquentem.

ficut

sicut Artifex, inquit, si viderit gemmas pretiosas, & non dolatas, eligit illas, non quod sint, sed quod fieri possint. habens enim scientiam artis incompositum non contemnit, sic & Dominus videns Apostolos non opera eorum elegit, sed corda, nec quasi Apostolos elegit eos, sed quia Apostoli poterant fieri. Hæc Chrisost.

Homines, sepè, in benefitium constituunt, non eos qui possunt in Ecclesia plus prodesse, in Ecclesia erigere columnas, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quisquam rogauerit. Sic Hieron. Qui etiam in epist. ad Fabiol. ait, Multa nos facere cogit affectus, dum propinquitatem respicimus corporum, & corporis & animæ offendimus creatorem. Moyses amicus Dei cui facie ad faciem locutus est Dominus, potuit vtiq; (Hieronim.) successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur, vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ.

De messia ait Esa.c.11. erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Pro regio cingulo auro & gemmis insignito, iustitia & fide precinctum videmus messiam. Sed cur pro cingulo lumborum & renum cinctorio, Iustitia & fides ponuntur? Procliuitas naturæ & sanguinis eò tendit, vt consanguinei ditētur & benefitijs cumulentur, verùm restringenda hec inclinatio, Talis autem restrictio fit vtiq; per iustitiam & fidem in administratione, quod factum est in Christo Domino, vt conspicuum fuit cum ei est dictum, Dic vt filij mei sedeant vnus ad dext. &c. respondiditq;, Non est meum dare vobis, &c.

Pietate quidem plenum est (Cassiodor.) peregrinam gentem publicis obligare benefitijs, & non tantum suos ad substantiæ lucra admittere, quantum ipsos quoq; aduenas inuitare. In benefitij tamen collatione illud seruandum quod in officina monetam cudentium seruari videtur, Ibi enim auri vel argenti quantitas ponderatur, ac sic iuxta pondus, figura in eo imprimitur, aureo simplici, simplicis figura, duplici autem duplicis Imago; Ita certè in electionib. & collationib. benefitiorum perpendenda, ac trutinanda sunt merita, Nihilominus Imperiti

riti pluries & omnino inutiles (Pet. rauen.) elegãtiorib.benefitijs, & offitijs ampliantur, Diuitiæ accumulantur diuitib. & non est qui respiciat pauperem & mendicum; Heliseus vasa vacua implebat, & deficientibus, oleum dedit, hodie verò vasa contemnuntur vacua, & plena superimplentur, ligna in siluas, & aquæ in maria deferuntur, Arenti terræ aqua subtrahitur, & flumina quæ non indigent, irrigantur.

Sed munera constituunt præsules multos, non Dominus, Rectè autem Cassiodor. oblatio, inquit, muneris tinea est regiminis, Nimirum propter munera multæ fiunt electiones, plures collationes, hæc autem muneris oblatio, tinea est regiminis; Cur malum est regimen? Cur malè subditi obediunt? oblatio muneris, tinea est regiminis; Cur non florent, cur bonorum operum fructum nequaquam ferunt Congregationes? oblatio muneris tinea est regiminis; In radice uermis, In radice, tinea est constituta, Ideo aruit procerima & ferax obedientiæ Planta, Vitæ Arbor.

At dicunt, munera non accepimus, nec benefitium conferre adstringimur, scimus ex Seneca, Benefitium esse, quod quis dedit, cum illi liceret etiam non dare, Benefitium ergo damus quia rogamur; At ipsum quidem Senecam audite Domini, In Benefitio, ait ipse, tempus, locum, personam quisq; obseruet, quia momentis, quædam grata, & ingrata sunt. Dicitis uerò, semper benefitia grata, Iterum ergo Senecam audiamus. sunt quædam (inquit) nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare benefitium est; existimabimus igitur utilitatem potius quàm uoluntatem petentium nam exhortari in rogantium pernitiem, sæua bonitas est, & quemadmodũ pulcherimum est opus etiam inuitos nolentesq; seruare; ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est; Pecuniam non dabo, quam adulteræ numerari sciam, ne in societate turpis facti, aut cõsilij. inueniar, quinimò si potero reuocabo, ne possit quandoq; dicere, Ille amando me occidit, Repellantur ergo beneficia passim exquirentes, ex quibus innumera corporum & animarum proueniunt mala.

Cæterum legimus. 2. reg. 4. quod Duo latronum Duces, Isboseth cui regnum spectare uidebatur occiderunt, & hoc (ut nonnulli speculantur) ut Miphiboset Saulis nepos regnaret,

sed

Sed nunquid non potiori iure filius Regis Isboseth, quàm eiusdem Nepos, qualis Miphiboset erat regnare debebat? ex industria (aiunt speculatiui) hoc à latronib. est gestum, Miphiboseth nanq; mancus erat & Claudus, ac simplex, & ita ad latrones persequendum minus fuisset aptus, quare in latrocinijs liberè perseuerare potuissent. Talem hinc exquirebant superiorem. Tales reuerà queruntur in superiores, qui scilicet imbeciles sint, vt in uitijs vnusquisq; vitam gerat, vt placet. Sed audite Leonem Papam dicentem, sicut boni operis sibi comparat fructum qui rectum tenet in eligendo Sacerdote Iudicium Ita graui semetipsum afficit damnatione, qui ad suę dignitatis collegium sublimat indignum. Eligunt profectò in superiorem Boues sicut hæbrei Deum vitulum fecerunt, ad hoc vt tanquam Bouem superiorem habeant, & ducant eum quem proprijs ediderunt manibus.

Ex parte confirmantium nulla potest esse electio eò precipuè cum facultatem non habet confirmans confirmandi; Vnde Prælatus tunc non constituitur à Domino. Circa hoc verò queri potest casus, An scilicet supperior Prælatus, confirmare possit electos in Ecclesijs vel monasterijs non immediatè sibi subiectis, Cui quidem quesito respondendum, in Inferioribus Ecclesijs, semper ad proximum superiorem, confirmandi spectare facultatem, simile affirmat Siluest. sum. V. electio. 1. §. 12. dicens, si eligant scienter indignum, ad Papam deuoluitur authoritas, In Inferiorib. autem Ecclesijs semper ad proximum superiorem deuoluitur. (De elec. & elec. pot. quàquam li. 6.) Si igitur non electus præficiendus est à proximo superiore, multò magis electus, ab ipso proximo superiore cōfirmandus erit. Adde quod Iuri Inferioris Ecclesiæ, non potest derogari. (Bald. sup. feud.) Adde vlterius quod nec etiam Apost. sed. Legati, Cathedrales vel regulares. vel collegiatas Ecclesias reseruare vel conferre possunt. Idem dic in dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium quę sunt maiores post Episcopos si ipsarum Prælati per electionem debent assumi, & contra hoc factum est irritum. (De off. leg. De liberatione li. 6. Io. And. ibi.)

Casus. Quid verò dicendum, si confirmatio facta à non habente Iurisdictionem cassaretur, Nunquid etiam electio ipsa cas-

sanda esset? Respondetur, electionem nequaquam esse cassan dam. De elec.& el. pot. li. 6. Vbi cauetur, si confirmatio electionis propter debitam iuris solemnitatem in confirmatione ipsa omissam, vel ex eo quia ipse qui confirmauit, confirmandi non habuit potestatem, cassari, seu cassam, & irritam nunciari contingat, non propter hoc præcedens electio, si aliàs sit Canonica, intelligitur infirmari. Hæc ibi.

Quinta deinceps Idonei Prælati conditio sequitur, cum ait Dominus. Fidelis &c. VT DET ILLIS CIB. in tempore. Cibum subditis tribuere tenetur Prælatus, Cibũ inquam corporalem, & cibum spiritalem. Sic D. Thom. docet, vt det illis cibum in tempore Doctrinæ, & temporalis subsidij. Hinc Conc. Trid. sess. 13. cap. 1. vbiq; se Patres & Pastores, non percussores esse meminerint.

Sed hic Dolet D. Bern. (ser. 10. in Cant.) quod in fornace auaritiæ passio, & sanguis Domini ab Ecclesiasticis reponantur ad diuitias acquirendas, & vt delitijs fruantur, & ait, Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, Sputa, Flagella, Clauos, Lanceam, Crucem, & Mortem, hæc omnia fornace auaritiæ conflant, & profligant in acquisitionem turpis questus, & pretium vniuersitatis suis marsupijs includere festinant. Idem verò D. Bern. istos cupidissimos, in vno à Iuda Proditore dissimiles dicit, subdens, vbi supra, quod ille (videlicet *Iudas*) horum omnium emolumentũ denariorum numero compensauit, Isti voraciori ingluuie lucrorum infinitas exigunt peccunias. Asserit igitur Doctor sanctus à *Iuda* istos discriminari, quod vbi *Iudas* Dominum triginta dedit denarijs, Nostris multis beneficiorum redditibus tradunt. Et addit Bern. His insatiabili desiderio inhiant, pro his ne ammittant, timent, & cum ammittunt dolent; Animarum nec reputatur casus, nec salus, Non sunt profectò matres, qui cum sint de Crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritione *Ioseph*, quæ mater est non dissimulat, habet ubera, & non uer bera, & non uarua.

Auarus *Inhabilis* est ad Prælaturam omnio; Ecclesiasticò officio indignus: sic iubet Dominus Moysi (exod. 18.) Prouide de omni plebe uiros potentes, & timentes Deum, in quibus sit

ueritas,

veritas, & qui oderint Auaritiam.

Pater appellatur Præsul, Hæc verò est Charitas Patris in filios, Vt non tantùm in præsentia ijs consulat, Verùm diligenter prospiciat, ne posteaquam ipse Vitæ concesserit, aut egeant, aut potentum odijs, inimicitijs, furoribus relinquantur.

Hic adnotandum illud quod Solinus de mirab. mundi scribit, quod scilicet Populus Traciæ eligit spectatum moribus & inueterata clementia annis grauem, sed hoc in eo queritur, cui liberi nulli sunt, nam qui Pater fuerit etiam si uita polleat, ad regendum non admittitur, & si forte dum regit genuerit, exuitur potestate, ne fiat hæreditarium regnum, uidebatur populo huic quod fidelis esse nequiret qui filiorum curam spectaret carnalium: Tanquam filios amare & nutrire subditos presul debet: fidelis &c.

Spiritualem quoq; cibum tribuere tenetur suis, Propterea apud Prædicatores, ne quis promoueatur in prælatum qui nesciat uerbum Dei proponere cauetur, Nec enim sine mysterio est quod inhibuit Dominus (exod. 13) Ne altari suo Asinus scilicet offeretur, ait enim, Primogenitum asini mutabis oue. Asini oneri deputandi non honori, nec Altari, Huiusmodi nanq; cantare non norunt, sed malè sonoros dant rugitus. Symbolū illiterati apud omnes est Asinus. Reijcit hunc Dominus ne præferatur. Vtinam uerò onera oui non imponantur hodie, & Altaria Asinis non impleantur. Fit hoc vtiq; cum illiterati in Ecclesia præponuntur unde impletur illud (1. mach. 6.) quod mandauit Antiochus contra Machabeos pugnans. In Exercitu enim suo triginta duos habebat elephantes, super quorum singulis mille homines ferebantur, dicitur uerò ibi, Hi ante tempus ubicunq; erat bestia ibi erant, & quocunq; ibat, ibant, & non discedebant ab ea, Bestia ergo vna millia hominum regebat, sed saltim elephas erat bestia illa, modò verò, maiora videmus, cum Asinum, Reipublicæ machinam regentem intuemur.

De Idoneo illo aduersus suos præsule. ait David (ps. 77.) Pauit eos in Innocentia cordis sui, & in Intellectibus manuum suarū deduxit eos. Cibantur à Prælatis populi ait Propheta per cordis innocentiam, cum scilicet ambulat ipse simpliciter, non politicè, & in intellectibus manuum, cum videlicet quod docet ipse operatur.

Audi Prælate illud Brunonis sup. exod. sup. verba illa superhumerale &c. Vbi ait, Respice Episcope ad onus quod portas, respice ad superhumerale, Vides ibi aurum, da operam & studium sapientiæ, Vides ibi Hiacinthum, intuere cælum, & contemplare Deum, Vides ibi purpuram, serua iustitiam, vides ibi coccum bis tinctum, tingat te si neccesse fuerit pro Dei & proximi dilectione sanguis Martirij, vides ibi bissum retortam, Carnem doma, macera & afflige, vt & spiritui seruiat, semperq; candidior & mundior fiat, sit autem superhumerale opere polymito, multisq; coloribus variato, quatenus in pulcritudine exteriori, qualis interius esse debeat facilius Episcopus intelligere valeat.

Casus uerò, queri potest An scilicet subiecti Ecclesię uel Dignitati, si sciunt possessorem uerum non esse Prælatum, idest aliquo prædictorum inuolutum, in foro conscientiæ ei obedire teneantur? Archie. Respondet non teneri subiectum obedire, nec teneri soluere quod debet Ecclesiæ uel Dignitati, quinimò soluendo non liberatur. (De sen. excō. Inquisitioni.) Secus autem uidetur in foro contentioso, quando res est occulta. (8. q. 4. c. 1.)

Cæterū maior Casus quęritur. Talis Pręlatus non ritè institutus, Absoluit ne penitentē ignorantē? Vah quot mala ex ambitione, Ambitio profectò subtile malū, ex medicina languorē generans. Talis Prælatus de facto non absoluit Ignorantē, quia reuerà non est Prælatus. De pen. di. 5. Placuit. Quare licet Pænitēs in ignorantia permanens uerè nō pareat, cū ignorantia facti excusetur, Nihilominus, cū sciuerit, tenetur reconfiteri, ut docere uidetur Inno, quinimò ipse Hostien. in sum. fatetur quod à tali decipiuntur Animæ, cū ligare non possit nec soluere cum Iudex non sit, ex quo Iuridica possessio deficit. Ita Siluest. in sum. V. Confessor. 1. §. 19. sustinet tamen Panorm in cap. nihil de elec. quod si talis habuerit confirmationem benefitij à superiore, sed cōfirmatio, vel electio non tenuit, tunc gesta per eum, retractari non debent, ex quo alias legittimè gesta sunt, cum hic concurrat comunis error, & superioris authoritas. vt in casu. ff. de offi. pre. l. barbarius. Accedit quod etiam Hostien. super c. Dudum de elect. inquit, quod præfatus pęnitēs tenetur siquidem iterum confiteri. de consilio, non de neccessitate, quia talis presbiter, verè absoluit, ex quo

curam

curam tenet, quandiù est probabilis ignorantia, & ab Ecclesia toleratur, Ad quod vtiq; facit, quia communis ignorantia, & tolerantia Iurisdictionem tribuit non habenti, etiam inhabili ff. de offi. pre. l. Barbarius. Hoc verò à Siluest. vbi supra minimè approbatur, qui ait, Hoc tamen verum est dumtaxat in humanis, in quibus secundum humanam opinionem proceditur, secus in rebus conscientiæ, in quibus secundum diuinam veritatem proceditur, vnde confessus non vero Sacerdoti reconfiteri tenetur cum sciuerit, vt tenet Inno. Tutior autem videtur ipsius Siluest. opinio, eo magis quoniam quæ contra Ius fiunt pro infectis haberi debent (De. reg. Iur. li. 6.) Dum tamen in Ignorantia permanet pænitens, vt diximus, Ignorantia facti excusatur, Conscientia enim bona titulus est religionis, ait Hugo. li. 2. de an. c. 9. sed sanguis eius de manu talis prælati requiretur, quia quantum in ipso fuit eum perdidit. De offi. ordi. Irrefragabili. Semperq; mortaliter ipse peccat offitium illud exequendo, vel etiam fructus percipiendo, vt sur. Siluest. sum. V. Benefit. En quot mala ex ambitione, Rectè Bern. Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excecatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medicina languorem generans.

Eia fratres. Quærit Plinius Curnā Agri iam infęcundi videntur, deserti, ac steriles, cum iam aliàs copiosissimos redderent fructus. Respondet verò isdem Plin. Agros steriles modò esse, quoniam indignati sunt, quod vbi prius Regia manus eos colibat, & Imperatores Agrorum cultores erant modò non nisi ignobiles Agriculture vacant. Moraliter quidem, Ita res se habet; Dolere posset Ecclesiæ Sanctæ Ager, In quo supremus Ille versatur, de quo, est dictum. Pater meus Agricola est, dolere in quam posset Ecclesia Sācta eo, quia vbi iam penè omnes Pręlati summi erant viri quorum regale est Sacerdotium, iam pauci sint Ideonei, dolet quoq; Ecclesia ipsa cum Hierem (tren. 1.) dicens. Infirmata est virtus mea, Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei.


Vt autem à promotione ad prę ulatum vnusquisq; quantum valet abstinere adiscat, legat de tot uiris doctrina, & moribus clarissimis, Vt de D. Thoma Aquin. & innumeris alijs. Quo pacto ipsi præsulatum execrarentur, Narrat precipuè Nicephorus.

phorus (Ecclef. hift. li. 11. c. 37.) de Ammonio Anachoreta, quod cum inftanter rogaretur vt Epifcopatum acceptaret, Ipfe, Aurem fibi detruncauit, vt cum Irregularis effet, nec Epifcopus, nec Sacerdos fieret. Cum verò difpenfationem in hoc quererent, Adhuc renuens, afferuit, quod fi hoc facerent linguam ipfam fibi amputaffet. Eia Patres his temporibus non aures vel linguas veftras fi eligimini, fed aures & linguas eorum qui non vos eligunt amputare contenditis, Narrat iterum Idem Nicephorus Ibi. (lib. 3. c. 17.) quod cum Monachus Nilamonius rogatus effet ut affenfum preberet electioni de eo facte in Epifcopum, refpondit, ut per diem expectarent, ut interea fua componeret, tranfacto tempore adhuc requifitus, Vt tandem Epifcopatum acceptaret, ait; finite me prius Deum paululum alloqui. In oratione autem pofitus à Domino petijt, ut potius eum mori pateretur quàm Epifcopum creari, eia, exaudita eft hæc oratio, & antequam ab oratione bonus pater furgeret, Deo fpiritum reddidit, & mortuus eft. Vah, quid modò? Modò nanq; moriuntur homines cum non promouentur.

Inftitutio fit Canonica, non ut ea, quæ apud Perfarum gentes fiebat. Refert nanq; Dio Phs. de reg. or. 4. quod Perfæ Diem Feftum cælebrant, quem faccorum diem appellant. Accipiunt, inquit, unum ex captiuis ad mortem, collocātq; in Regis thronum, & eundem illi regium dant veftitum, finuntq; eum deliciari, & concubinis uti, illis regni diebus, & nemo illum Vetat. quicquàm facere quæ uelit; Poft hæc autem, exutum, uirgifq; cæfum, fufpendunt. Cuius uerò rei putas hoc effe fignum, & quamobrem fieri apud perfas? Non ne ideo quod fæpe numero ftulti homines & praui regium nomen, & poteftatem adipifcuntur, deinde àliquanto tempore fuperbè uiuentes, turpiffimè perduntur? Proinde tunc cum hominem tollunt ex uinculis, uerifimile eft factum quidem & rei inexpertum gaudere, & femet propter ea quæ fiunt beatum predicare, fcientem autem lamentari, & nolle fponte fequi, fed potius in compedibus (ut erat) manere uelle. fuggite euntes in pace. Amen.

OMELIA VI.

Indultum à Iure Beneficium, non est alicui auferendum.



QVID tristius quàm patrias suas colere, uel domi suæ agere, & ita agere, ut iucundiorem aliquando, quàm uitam, mortem oppetes? quę ulla maior calamitas, quàm circundari urbem hostibus? ingruere bellum? uolitare tela? stringi enses? perfodi muros? fremere tormentis? saxa dirui? domos tremefieri, & concuti? quemq; fame, sitiq; omnia deficere? corrumpi aerem? occupari mænia? spoliari templa? diripi patrimonia? publicari bona? incendia parari? malos exultare? bonos torqueri? affici conuicijs? expelli domibus? uulnerari? carcerari? relegari? deportari? trucidari filios ante parentum ora? Vim pati uxores? stuprari gnatas? Quid tristius, quid infælicius? Præcepit aliquando Dominus Ezechieli Prophetæ, ut sibi proponeret Hierusalem bello capiendam, dicens (Ezech. 4.) Et tu fili hominis, sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem, & ordin. adu. eam obsid. &c. & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Sed cur Domine in dispersionem dabis Ierusalem belloq; eam uis obtundere? Respondet Altissimus, & rationem bellorum reddit, dicens, (cap. 5. Ezech.) Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam & in circuitu eius terras, & contempsit Iudicia mea, vt plus esset impia quàm gentes, Iudicia .n. mea proiecerunt, & in preceptis meis non ambulauerunt. Eia fratres, cur Dominus prælia permittit, quin & immittit? certè quia lex Dei contemnitur, & quoniam Impij hodie sunt fideles plusquam Gentiles, & Infideles, Cæterum quæ pietas est Infidelium si contra Deũ sunt? vt putarim, de pietate loqui voluit Dominus erga proximum cum iuxta Dei Iuditium, laboranti, & benemerito proximo, benefitia iure conferenda tribuuntur, & quia hæc pietas

apud

apud nostros deficit, en bella, en Calamitates. mirabile verò est quod iubet Dominus Ezechieli de bello ei loquens prædicto, cum ait, & tu sume tibi Sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te & Ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam: In bello pro Clypeo, habenda est Sartago? quid mysterij hoc in se continet? Certè quasi assandus erat Propheta super Sartaginem propter hominum impietatem in negando benefitia iure conferenda, & hoc precipuè erga successores prophetarum, nempè Verbi Dei Prædicatores, defferat Propheta Sartaginem facie perfusus rubore, cruciandus & assandus animo videns impietatem erga successores suos. Quod si prelia sedari cupimus fratres, Regula seruetur, Indultum à Iure benefitium, nemini denegetur.

Porrò, vt Cassiodorus ait, Regalis apicis curam decet, Generalitatis custodire concordiam, quæ ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur; Quid enim est quod principem melius prædicet quàm quietus populus, concors senatus, & tota Respublica morum honestate vestita? At quo pacto hæc erunt si Benefitia etiam à Iure indulta auferuntur? Deperit proculdubio Concordia benefitio ablato: Hinc aiebat Antipat. Hunc sibi finem proponit honestus Princeps vt subditos fælices efficiat. Hinc Cayus Cassius Imperium ambiens, nummo hæc impressit, Gladium scilicet, musicalem Violam, & Oliuam (Pintus in Dialog. de causis) & hoc quidem. Vt in optimò Principe oportunam esse Iustitiam, in gladio adumbratam, significaretur, sed cum hac, Cõcordiam regnanti necceſſariam, quæ per Violam notatur, Viola enim dicitur propter maximam ordinis, & concordiæ vim: Hæc verò & Concordia & Iustitia seruantur, si Oliua non deferatur, Oliua fructifera in Domo, Dei benefitiorum copiam significat, quam in beneficentiæ signum semper antiqui habuerunt. Quid ad hæc qui in vinea Domini laborantibus benefitia conferre negligunt? Hinc regula fertur. Indultum à Iure benefitium, non est alicui auferendum.

Exemplum ponitur in licentia nubendi ab Apostolo tradita (di. xxviij. de his.) Item in anno ad promotionem Sacerdotij dato (De elect. comissa. lib. 6.) Similiter. In quadrimestri tempore dato condemnato in personali actione ad soluendũ

(ff.

(ff. de re iudi. l. iiij. §. si quis condemnatus) Hæc auferri non possunt, nec abbreuiari (D. Anton. hoc in loco) quæ verò à Iure naturæ indulta sunt, Clarum est nequaquam ab homine auferri posse, eius enim tantùm est immutare naturam, cuius est instituere naturam, Ideò cum nullius hominis sit naturā instituere, nullius prorsus hominis erit eam immutare. (D. Tho. 3. d. 37. ar. 4. 1.)

Hanc verò regulam, quod scilicet Iuris benefitium nemini est auferendum, veram intelligas sic. Benefitium Iuris non esse ab aliquo auferendum, ab homine videlicet, & sine causæ cognitione, Alio enim Iure interdum tollitur Iuris benefitium; vt In solemniter vouente, qui non contrahit (De voto. & vo. re. c. 1. li. 6.) similiter in Contumace in non veniendo. similiter in notorio criminoso. & in tertio appellante, quia non audiuntur appellantes (24. q. 3. de illicita appell. proposuit. &c, sua nobis, Io. And.)

Regula hæc Indultum, &c. extenditur, vt, tempus datum ad eligendum vel petendum confirmationem, non potest tolli nec abbreuiari Inuitis. Similiter tempus vnius anni ad probationem in religiosis. Nec Ius quod quis habet in eligendo. Nec quod non possit libere eligere liber sepulturam, si non est Religiosus. Nec Magistro, nec Prælato potest auferri, quod non moderatè scholares, vel subditos respectiuè castigent.

Dubium tamen maximum est. stante hac regula, quod benefitium à Iure, indultum alicui non est auferendum. Benefitium quietis in Sabbato, est in lege indultum, imò præceptum licet ne ergo nobis indaizare, & festum diem Sabbatum facere, quia in lege Domini præceptum est? In quolibet nanq; genere vna est prima mensura, quam certissimam esse oportet & infallibilem, vt Philosoph. in ethicis docet, sed prima omniū humanorum actuum mensura, Lex Decalogi est, Ab ea igitur discedere minimè licet; quid igitur faciendum? Diuinæ voluntatis fidelissimus Interpres, D. Tho. (3. d. 37. ar. 5. q. 2. 0.) respondet, quod obseruatio Sabbati inquantum cerimonialis est, idest, quoad taxationem temporis cessauit, non autem inquantum moralis. hæc D. Tho. Ideò obseruatio moralis est Die Dominico. Sed &, Petr. Rauenas. serm. de ressur Dom. eleganter respondet, dicens, Aduesperascit Sabbatum & ob-

tenebrescit in proximo ressurrectionis Domini, & illa lucescit in prima Sabbati; Quia, sabbatum, propter reuerentiam ressurrectionis Christi Domini, transijt in Dominicam à cunctis Catholicis cælebrandam. Ideò, illa vespera Sabbati lucescit in prima Sabbati, quia tunc fuit finis & Vespera Sabbati, & fuit mane & lux primę Sabbati, & adimpletum est quod longè ante per regem Dauid in Psalm. iubebatur, Constituite, Diem solemnem in condensis vsq; ad cornu altaris: Cornu altaris Christus est, de quo ait, Cornu salutis meæ (in ipso enim fortitudo & Victoria salutis) & cum moritur Dominus tenebræ factæ sunt, quia renouantur dies.

Aliud etiam est Dubium. Si benefitium à Iure indultum non est auferendum, An liceat Vsuram accipere ab aliquo, A Iure etenim Diuino hoc indultum est benefitium, cum Deut. 23. est dictum, Non fæneraberis fratri tuo ad Vsuram peccuniā, nec fruges, nec quamlibet aliā rem, sed alieno, quinimò Deut. 28. dicitur, fæneraberis gentibus multis. Apparet igitur quod quod stante Iure Diuino hac regula supposita, Benefitium scilicet à Iure indultum non esse auferendum, vsuram ab aliquibus exigere possimus. Angelicus Interpres (2.2.q.78.ar. 1. ad secundum) huic satisfacit difficultati, dicens, Iudæis prohibitum fuit vsuram à fratribus suis, scilicet Iudæis accipere. Per quod datur intelligi quod accipere Vsuram à quocunq; homine est simpliciter malum, Debemus enim omnem hominem habere quasi proximum, & fratrem, precipuè in statu Euangelij, ad quod omnes vocantur. Vnde in ps. 14. absolutè dicitur, Qui peccuniam suam non dedit ad Vsuram, &c. & Ezech. 18. qui vsuram non acceperit &c. Quod autem ab extraneis vsuram acciperent, non fuit eis concessum, quasi licitum, sed ad maius malum vitandum, permissum, ne scilicet à Iudæis Deum colentibus vsuras acciperent, propter auaritiam, cui dediti erant, vt habetur Isa. 26. Quod autem dicitur. fæneraberis gentibus multis. & ipse à nullo fænus accipis, fænus ibi largè accipitur pro mutuo. Sicut Eccl. 29. dicitur, multi, non causa nequitię non fænerati sunt, idest non mutuauerunt. promittitur ergo ibi in præmium Iudæis abundantia diuitiarum, ex qua contingit quod alijs mutuare possint. Quare Iudæi, & omnes qui in hoc Iudaizant animaduertant

illud

illud exod. 22. si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Sed contra hoc inuitat Cupiditas, de qua Innocent. de Vilit. cond. hum. ait, Radix omnium malorum est Cupiditas, hæc sacrilegia committit & furta, rapinas exercet & prædas, bella gerit & homicidia, simoniacè vendit & emit, iniquè petit & recipit, iniustè negotiatur & fæneratur, instat dolis & imminet fraudibus, dissoluit pactum & violat iuramentum, corrumpit testimonium & peruertit Iuditium.

Indultum à Iure Benefitium, non est alicui aufer.

Casus est pro multorum salute. In Constitutionibus alicuius Religionis hoc statutum est benefitium, siue priuilegium (Priuilegium nanq; benefitium est quoddam alteri collatum) statutum quippe est, vt Qui in prædicatione per aliquot annos gratiosè insudarunt, Generales initientur Prædicatores, & nuncupentur, Vocem habeant in Prouincialibus Commitijs, alijsque perfruantur gratijs; Potest ne igitur contra & Iura, & Constitutiones, nec non contra aliarum Prouinciarum laudabilem obseruantiam, Prouincia aliqua eiusdem Ordinis ex libito, prædicto benefitio Verbi Dei Concionatores exuere? Huic obmutesco quæsito: Singuli respondeant Iurisperiti & Doctores, An scilicet Iuri consonum videatur, laboranti in Vinea Domini, taxatam negare mercedem. D. Greg. sic astruit. Ecclesiasticis Vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica digni sunt remuneratione gaudere; Vt qui voluntarijs obsequiorum neccessitatibus spontè subijciuntur, dignè nostris prouisionibus consolentur (12. q. 2. c. Ecclesiast.) Audiantur Pollitici, dicentes, Eos, quorum studio, diligentia, & opera, ingens aliquod malum è Repub. sublatum est, præmijs à Principe donari debere satis constat. Prædicatorum opera tot mala à Christiana tolluntur Republica, Igitur &c. Denique. Quarum rerum quis Dominis prætium soluit, Iustum est, Vt ille eas habeat: Prædicatores pretium lege taxatum soluerunt tot annis videlicet concionando, Ideo &c. Cæterum Regula clara est, Indultum à Iure Benefitium non est alicui auferendum. Quinimò in Prædicantium fauorem,

asserit D. Thom. Aureola debetur illis qui sunt in Monasterij statu, scilicet Doctoribus, & Prædicatoribus docentibus, vel ex officio, vel ex commissione. 2. 2. q. 152. 5. 6. Opusc. 19. c. 2. Adde etiam quod Viro Iniuria fieri dicitur, cum quos meritus est honores non adipiscitur.

Inscienter qiuspiam dicet, Consuetudo tale non conferendi beneficium, iam est inducta; Sed tu dicas, Hanc Consuetudinem, Ius (pace Virorum) minus equum esse. Equum Ius (inquit Seneca epist. 108.) est, non quo omnes vsi sunt, sed quod omnibus latum est. Ius latum omnibus in constitutionibus &c. Videas etiam An talis approbetur Consuetudo, Regula etenim in Iure Canonico est, Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet (De Reg. Iur. li. 6.) Dio Phil. or. 77. Consuetudo fieri non potest nisi ab omnibus approbata, Consuetudo enim est Ius Voluntarium, & tale quod omnibus placeat. Adde vlterius quod D. Gregor. scribit Bonifacio defensori (25. q. ij Institutionis) dicens. Nimis est asperum & præcipuè bonis Sacerdotum moribus inimicum, quæ benè sunt ordinata rescindere, & exemplo docere sui quandoq; posse constituta dissolui. Hinc Carol. Pasc. in lib. 3. an. Tac. Nimiæ temeritatis est sapienter à maioribus reperta, & semper placita, temerè vertere, idest abolere. Hinc etiam apud polliticè rectè sentientes dicitur quod Princeps suam Reip. speciem, relinquere debet, ne Rempub. immutasse videatur.

Iterum instant, Consuetum Prouinciæ tales minimè instituere Benefitiatos, Constitutionibus non obstantibus. Sed dicendum, Quæ duriter à maioribus Instituta sunt, ea moderanda esse ratio & communis Vsus suadent. Dic etiam quod simile in hoc quod deblaterant, quia cõsuetum Prouinciæ &c. ommittendum esse ius, est quod D. execratur Cyprianus de mundi consuetudinib. sermonem faciens, inquiens. Consenserunt Iura peccatis, & cepit esse licitum quod publicum est, Et cum Leges Regulæ deberent esse morum, Iam Mores Regulæ factæ sunt legum. Dictum hoc rectè contra malorum sæculares Doctores dirigitur, qui Euangelicæ legis iussa passim peruertunt, contra quos iustè Sacer Dauid (ps. 118.) imprecatur, Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam, Ideò dilexi mandata tua super aurum & topazion,

propterea

proptereà ad omnia mandata tua dirigebar. At cur Dei Legem Topazio comparat? Affirmat. Plinius, quod si topazion pulias, ipsum obtenebras, & obscuras, si verò propriæ naturæ relinquatur, tunc clarior & speciosior inuenitur. Dilexi, inquit sanctus princeps, mandata tua Domine super aurum & topazion. Volunt aliqui sub reformationis, maiorisue obseruantiæ prætextu legem obtundere & hinc leges ipsæ obscurantur & obtenebrantur, Ità vt modo ignorare dicant & subditi & superiores quæ eorum sit, lex (oh deploranda rerum cala nitas) quare tempus faciendi Domine, tempus Vindictæ est Diuinæ, eò quod dissipauerunt legem tuam. Ideò dilexi ego mandata tua super aurum, Iam lex vt aurum igne probata est, Topatius est, non eam sic pulias amplius, sed dic, Ad omnia mandata tua, lex, dirigebar. Quæ ergo à Veteribus contra iura seuerè sunt instituta, de ijs aliquid remitti, ac melius, læ. iusq; mutari debent, præcipuè si id postulat ratio têporis, quæ omnibus in rebus adeò haberi debet, Vt quæ olim fuerunt necessaria & optima ea interdum mutari quam manere satius est, cuiusmodi sunt mores & Consuetudines, adeò, vt non semper quid in more positum sit, sed quid tempora postulent, Reiquepub. expediat, attendendum sit. Pasc. in li. 3. an. Tac.

Profectò Benefitium hoc à lege taxatum Concionatoribus minimè est denegandum. Aristotiles in Politic. rectè docet neccessùm fore Ciuitatem iuxtà exercitiorum ordinem distinguere, opusq; esse Vt Milites ab operarijs separentur. Talis nimirum Egiptiorum politia erat. In qua primùm Sacerdotes à popularibus segregati manebant, proinde Artifices, non indistinctè itti cum illis confusè reperiebantur, sed iuxta artem singuli ordinatim inhabitabant, sic etiam Bellatores aliud legibus mandatum non habentes nisi vt armis incumberent, à reliquis discriminabantur: Cur ergo in Religione & ordine inordinatè & confusè computabuntur sine benefitio Euāgelici Oratores vnà cum ineruditis inep tisq; hominibus? Supplicium & laus omnem manutenent Rempublicam, ait Solon (Aures erigite Pollitici) Verecundia & Honor Alæ sunt Virtutis, quibus ipsa in altum ascendit; Quare etiam apud Turchas, post pugnam, qui rectè se habuit, præ-

mium

mium à Principe obtinet. Porrò apud alios Victoriæ pręmia sunt præter decus & gloriã frui ijs quæ domi cara relicta sunt, cuiusmodi sunt, Vxor, liberi, parentes, affines, neccessarij, opes, eaq; decora quæ in castris Virtute parta sunt, quales sunt Coronæ Vallares, murales, ciuicæ, obsidionales, classicæ, querceæ, phalere, torques, & cætera eius generis, quæ Vni pręstanti Virtuti tribuuntur. Pasch. in li. c. Tac.

Dio Phi. orat. x x v i. Rhodiaca: Quærit Honores ne an pœnas minui tolerabilius in Repub. & respondet, tolerabilius fore pœnas infirmare, rationéq; reddens ait, Quippè hoc referri posset ad humanitatem; ad misericordiam, adq; alia similia quæ familiaria sunt benignis; Obliuisci autem optimorum Virorum, Virtutemq; suis priuare præmijs, fieri non potest, vt vllum habeat decentem pretextum; sed est Ingratitudo, Inuidia, Parcitas, quæ omnibus turpissimis neccessariò conueniunt. Hæc Dio vbi sup. Hinc, vt inf. dicetur, Odia restringenda, & fauores ampliandi (De Reg. Iur. lib. 6.) Dio verò vbi supra ostendit, Honorem vel non conferre merito, vel collatum auferre, æquè indignum, dicens. Illud enim Ingratitudinem arguit erga benefactores, Hoc autem contumeliam: Illud est non honorare fortes viros, hoc verò ignominia afficere: Illi enim, quæ videntur debere viris fortibus nõ tribuunt, hi verò quæ solent fieri aduersus sceleratissimos, ea faciunt illis. Hæc Dio Phi. Qui etiam in eadem Epist. de nolentib. virtuti præmia conferre sermonem prosequens, ait. Quemadmodum ij qui in sacra delinquunt, quàm qui in alia quæcunq; peiores sunt; Ita & qui circa hæc iniqui & praui apparent; Quid enim sacrius Honore & Gratia? An ignoratis quod hominum quamplurimi Deas esse censent Gratias? Si quis igitur earum statuas concidat, aut aras subuertat, eũ putatis impiè agere: Si verò rem ipsam detrimento afficiat, corrumpatq; vnde etiam Deæ nomen sunt adeptæ, nullo modo gratiam referens, sed cuncta timidè, atq; illiberaliter faciens, artificioq; quodam ingratum se exhibens benefactoribus, eum ne dicemus prudentem præq; alijs intelligentia præditum? At qui Caupones qui in mensuris dolosè agunt quibusquæ in le victus queritur, ob turpe lucrum odio prosequimini & punitis: Ciuitatem autem inclytam circa Laudes bono-

honorum virorum dolosè agere,& donationes cauponari nō verecundamini, nempè astuta & veteratoria facientem quæ honosta esse debent? Dio.

Absurda vero multa sequuntur ex praua consuetudine prædicta. Inter quæ tantum dicatur, Prædicatoribus dignis, ex ablato benefitio suggestum priuari, Vnde Ecclesia Dei maximum & execrabile patitur detrimentum. Veritatem hanc docet D. Ambros. (lib. 5. Luc. c. 6.) dicens. Virtutum studia, sine remuneratione torpescunt. & quanto precælentius præmium tantò impensius offitium. Cum ergo cerneret Diuini Seminis Econumus Prædicator se sine Iuris Benefitio derelictum, ommisso operis sui labore vel negligens otio valabit. Cicero. Honor artes nutrit, omnesq; ex gloria ad studia inuitantur, è contra verò languida semper eueniunt, quę in parte reprobantur. Et D. Bern. in cant. ser. 5. Ingratitudo inimica est animę, exinanitio meritorum, Virtutum dispersio. Prædicatores non honorari cernentes, minus profectò apti redduntur. Porrò ex spe pręmij multa bona: sic nanq; hęc ordinantur; Neccessitas spem, Spes Virtutem, Virtus Victoriam, Victoria Salutem parit.

Quid verò miraris ineptè si iusti optantur tituli laborantibus debiti? Audi & obstupesçe, Innocens & impeccabilis Dominus ac Redemptor omni expers superbia, tot & tot sustinuit labores, & fatigatus est ex itinere circūeundo per Vic. & Cast. prædicans &c. Ex operibus verò suis, Titulum acquirere voluit nouum, Quem titulum? Titulum Redemptoris maximum. Hoc D. Ambros. adnotauit, de Redemptore dicens, Itaq; nos redemit, sed sibi etiam acquisiuit, habuit quod ad cultum suæ maiestatis adiungeret. Hæc D. Amb. p. 118. s. 20.

Nec in contrarium valet dicere, Iam Concionatoribus tale non conferendum beneficium, eo quia non nulli ex ipsis eo abusi sunt (fatua exceptio) Non enim propter vnum, Vniuersi benefitio priuandi, Delictum quippè personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare (De reg. Iur. li. 6.) Quid verò ineptius dici potest, Vnus ex familia latro est, ergo omnes ex ea familia suspendantur? Vbi Discretio? Discretionis talis est Deffinitio, Discretio, est attributio actus, vel passionis aliquibus cum exclusione aliquorum. Quot verò

in

in alijs officijs constituti minus apti sunt, & nihilominus non per hoc cæteri omnes eiusdem officij, debito priuantur beneficio. Cæterum scire ne cupis quænam causa sit cur tale non confertur Prædicatoribus beneficium? Causa est pollitica, Vt nimirum in Capitulo Vota dicentes non multiplicentur. Inuenine adæquatam morbi rationem? Vtinam huiusceinodi Pollitici non adinuenissent. Age verò, Cur qui in templo, & quidem Vt Tuba, Vocem exaltant, In Capitulo vocem continebunt? Sed fatui dicent, In Ecclesia loquaces, In Capitulo Muti fiant.

Eximendi verò præcipuè iure videntur à Cantu Prędicantes, Nimirum, affirmat Gerson. (opusc. de mist. Thæolog. pract. considerat. 4) quod perturbet deuotionem internam excessumq; mentalem Vocalis cantus Ecclesiasticus. Sed ais, quomodo ab Ecclesia statuta internam dicimus perturbare pacem? Huic respondetur obiectioni, Cantum propter imperfectos homines, mente interim occupandos, qui adhuc quietè altiora meditari non possent, institutum esse, non autem propter spirituales & perfectos Viros, qui ab eo occupationis iugo in benè ordinatis Congregationibus, vt intensius Deo vacent releuandi sunt (Ita D. Antonin.) Quod si iterum obijciatur Augustinum vberimè cum cantica audiret Ecclesiastica fleuisse, Respondeto illum audientem fleuisse, non tamen de eo scriptum esse quod cantauerit. Audiant igitur mansueti, & lætentur, Cantum enim laudamus in Ecclesia, nec tollendum dicimus (absit hoc) quinimò eum maximè, vt audiant mansueti, & lætentur, approbamus. Verum aliquos à cantu eximendos liberè adfirmamus.

Nec siquidem despiciendus à Vili Creatura Concionator qui tantopere à Domino Creatore honoratur. De prædicatoribus nanq; ait Regius proph. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Audi qua excelentia præditi apud Esa. Prædicatores, Qui sunt isti, inquit ipse, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. (Esa. 60.) Vt nubes existimandi ipsi de quibus Dauid, Veritas tua vsq; ad nubes, Nubes certè, quoniam licet è terra ascendant, Vt cæleste quid, ratione nostri, prædicationis dignitate præstantes, habendi sunt prædicatores. Nubes in quam appellati, quandoquidem & Verbis

bis pluunt, & exemplis corruscant, qui volare quoque vt nubes dicuntur, cum ad spiritum nutumue præcipientis prælati hùc atq; illùc, sanguineo respersi sudore incessanter discurrunt. Columbæ etiam Concionatores aptè nuncupantur, quasi Columbæ ad fenestras suas, Quippe Columbæ amabilissimæ, nemini malum inferentes, alienos nutrientes pullos, ipsi existunt: Columbæ sunt, non ad domus alios depu putandi labores, non ad frequentes aliorum Cantilenas, Gemitum enim pro cantu columbæ habent, quæ tamen, si ore mellitæ sint, domum, auibus ditant. Columbæ etiam Prædicatores sunt ad fenestras suas, liberæ scilicet ad volatum, non in retiaculis, vt aliæ aues, ad fenestras reponuntur, spontè obediunt, vadunt, & veniunt, non segregantur ab hobedientiæ domo, hilari cæleriq; volatu, superiori subduntur. Columbæ in Palestina litteras tanquam veloces Nuntiæ, ferræ dicuntur, Prædicatores litteras de cælo Euangelium populis tradunt. Columbæ Currum Dei cuiusdam fræno hori imposito trahere dicebantur; Prædicatores, Deum ipsum verum in omnem terram fæliciter prouehunt. En Columbas vidimus, de quibus reg. proph. (ps. 67.) Pennæ columbæ dearg. & poster. dor. eius in pal. auri. Quod argentum ex prædicantium Volatu, quod aurum in eorum conspicitur dorso? Per ipsos etenim, sacræ doctrinæ argentum, per ipsos quoq; charitatis aurum in ecclesia manet; Manent etiam per eos in religiosorũ domibus argentum & aurum temporalium bonorum. Consulant itaq; sibi qui cæteris pręesse contendunt, iuxtaq; discernant: Vos verò amantissimæ Columbæ fellis rancore expertes, Venerabiles, multaq; digni reuerentia Prædicatores, Summi Dei Nuncij, Apostolornm in Euangelij legatione Successores, quasi Columbæ ad huius cælestis Arcæ fenestras, ad Domini Cicatrices alacres peruolate, Hìc tota merces, hìc gratia, hic gloria,

Asseuerant sæculi Doctores, ab ipsis Prædicatores mutuò disciplinam accepisse, & verum iactant; Dicimus verò, id quod à Doctissimis Lectoribus mutuò est acceptum, incrementum in manu Prædicatorum (& quidem in centuplum) suscepit. Vbi nanq; Domini illi magistri, Prædicatores scholasticis docuere disputationibus, Voce, Vitia detestari, qui, vt plurimùm, in speculatiua quidem, sed sæpè algida, licet sesqui-

pedalia, ergo, concludunt? Id autem in quo magis Seneca ipse Philosophus laudatur, illud est, quod Vitia acerrimè repræhendit. Adde quod gloriabatur Cicero, philosophiam cum eloquentia fori copulasse, & hoc Concionatores ipsi, moralesque lectores faciunt. Herculem fingunt Poetæ è lingua aureas promere Catenas populorum deuincientes aures, Vnde vt Deum eum colebant; Noui Hercules quodammodo quidam sunt prædicatores populorum quippè & Principum non tantum aures, sed & corda, lingua sua obligantes, & per actus faciei (qui à Ciceroae eloquentia corporis, à Quintiliano Vita orationis, quòd orationi spiritum animamque infundunt, appellantur) immutant nouosque faciunt; Et de prædicatorum actione, quæ prædicatio vtique est, Innoc. 3. in epist. ad Ab. Cister. ait. Prædicatio animam reuocat ab errore ad Veritatē, à Vicijs ad virtutes, praua mutat in recta, aspera conuertit in plana; Instruit fidem, erigit spem, roborat charitatem; Euellit nociua, plantat Vtilia, & fouet honesta; Via Vitæ, Scala salutis, & Ianua Paradisi est. Singulari igitur digni sunt reuerentia & vt quidam terrestres Dij venerandi.

Dolet tamen frater qui non sic honoratur sicut Dei Præco, contra quem inuehi potest Predicator sic Dum nocte in cubiculo vigilo, tu in lecto dormitas, dum mane in Cella studeo, tu in claustro deambulas; dum hora Sexta in suggesto labore frangor, tu quietus in Sacristia moraris; dum sudore post lungum clamorem, perfundor, tu in Choro placida voce canis, dum per anfractus viarum ad quas difficilis est ingressus, hiemis angore, & æstatis ardore, tabesco, tu domi in pace barbam confricas, & his non obstantibus pari & æquali soluebimur prætio? Iniusta & vana religio foret: Non sic apud ethnicos, non sic apud Inferos, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Sufficiat tibi, dum nos prædicamus te gloriari asserendo eiusdem ordinis sum cum Prædicatore & dicere, Nos predicamus Pulchra est pro istis fabella de Musca quę cornibus Bouis cuiusdam agrum arantis insidebat, quæ interogata quid facis Musca? Respondidit, Nos aramus, Cum nanq; ipsa cum boue arante esset, licet nil laboris, quinimò commodum tantum sentiret, Nihilominus arante boue ipsam se arare iactabat. Sic profectò nostrorum multi nobis pondus diei & æstus

æstus sustinentibus, Ipsi in foro salutationes habentes gloriantur, affirmantes, Nos facimus, nos dicimus, cum tamen vnquam nec scalam suggesti viderint, nec Cathedrę.

Reminiscantur tamen Verbi Dei Præcones non respectu (vt aiunt) humano vel terreni premij causa prædicandum. Mirabile est illud quod Euangelicus Propheta Esaias Prædicatorem Laudibus efferre contendens, eius pedes laudare cepit dicens, Quam pulchri sunt super montes pedes euangelizantium pacem (Esa. 52.) Quod encomij genus, in Viro Ecclesiastico laudare pedes? An altera Iudith est prædicator? De ea quippe in sacro dicitur eloquio quod sendalia eius cor Holoferni rapuerunt: Non sic Ecclesia Laudat Ioannem Chrisostomum, Non enim eius respexit pedes, sed os ipsum, osq; aureum eundem appellat; Ita Angelicus Doctor D. Bernardi admirans eloquentiam, os margaritarum Bernardum vocat, Ita qui glorioso titulo S. Pet. rauen. condecorare optarunt, Illum, Verbum aureum esse dixerunt; Ita Romani nonnulli alios eloquentiæ Magistros venerantes in eloquentię Symbolum, linguam pingebant auream; Ac tandem, vt æterna sapientia Ioannem cum fratre extolleret, ipsos Boanerges tonitrui filios, nominauit. Hæ nanq; Prædicatori magis aptantur laudes; Cur igitur Esaias prædicatorum respicit pedes, eosq; collaudat? Nunquid saltantes & corrizantes, vel Ballarini sunt Prædicatores? Sed, O quam pulchri sunt super montes pedes Euangelizantium; Super montes currunt prædicantium pedes, cælisq; ipsis appropinquant, supra montes, de quibus dicitur. Illuminans tu mirabiliter à montibus æter. Pedibusq; montes, superbos, Angelos apostatas, calcant: Competit certè pedum laudatio, Quandoquidem illi Euangelij apti sunt prædicatores qui rectè pedibus incedunt, quos non aura popularis, nec stipendium mundi, nec terrenum commodum mouet, sed hominum salus, & Dei gloria eos stimulat, Ita de illis loquens asserit Angelic. Doctor, qui rectitudinem habent, dum non intentione laudis, aut lucri. Verbum Dei annunciant, sed propter hominum salutem aut Dei gloriam; sic enim ait Esa. quàm pulchri sunt pedes supra montes, hoc est, non ad immùm bonorum mundi tendentes. Sic etiam de animalibus quæ Ezechiel vidit, quæ sūi multorum interpret. prædicatores significabant,

dicitur, Pedes eorum pedes recti, Quid enim misterij habet quod pedes, quia recti laudantur, aptius dicerentur proportionati, recte dispositi, breues, sed recti dicuntur, quod enim pulchrum est in prædicatore, id vtique est, si recta ipse incedat intentione, si Diuinę scilicet laudis, non proprij terrenique commodi lucro moueatur. Sciant tamen Cęteri quod aliud est pręmium, aliud prætium, In prætio spectatur Vtilitas, In præmio Decus; Prætio mercenarij, præmio, fortissimus quisque ad res maximas excitatur.

Fructum non spero, inquis frater, ex hoc prædicationis labore: Scias quod homines virtute præstantes, eo ipso præfulgent, quod ipsis non satis honorum pro meritis tribuitur, adeò Virtus nunquam obrui potest. Sed & Senecam De Clement. audias dicentem, Rectè factorum, Verus fructus est fecisse (Puoi dire, Hò predicato) Ab altissimo nanq. saltim, retributionem obtinebis. Rursum verò consideres quod si apud filios matris t. contemneris, ab extraneis laicisque honoraris, Sic Excellent. Prædicatori Ezechieli ait Dom. Fili hom. Sicut Adamantem, & vt Silicem, dedi faciem tuam (Ezech. c. 3.) Mirabile dictu, Prætiosissimum, & Vilissimum, affirmat Deus esse Prædicatorem, Adamantem, & Silicem, Adamantem collo, Silicem sub pedibus; Apud suos Vilis habetur atque à deterrimis conculcatur, Apud laicos & extraneos magnæ extimationis prædicatur. Sustinete igitur PP. adhùc modicum, sustinete.

Isdem Ezech. c. 1. asserit Rotam vidisse super terram iuxta animalia quatuor facies habentem. Per animalia illa, communiter quatuor Euangelistæ intelliguntur, iuxta Euangelistas Veluti Successores, Prædicatores locantur, qui vt Rota sunt, ait proph. Cur vt Rota Prædicator? Quia iam sursum ascendit, iam deorsum descendit, Iam in prosperis, iam in aduersis constituitur, quatuor habet facies, quandoquidem in suggesto, non semper eodem se habere debet modo, sed per tonos Varius Vocum, Varios etiam ostendere tenetur affectus, & quandoq, Christum Leonem prædicare est opus, quãdoq, sm̃ aliorum proprietates animalium. Adde quod Rota prædicator propterea dicitur, quoniam sicut currus rota, vt currat, & non stridat inungenda est; Ita Prædicator beneficijs vngendus, liniendusq. Sequitur denique proph. Cum

cle-

eleuatis à terra, pariter eleuabantur, & rotæ sequentes ea, quia spiritus Vitæ erat in rotis. Quid aptius? Qui eleuantur, Prædicantes eleuent, quia spiritus Vitè est in prædicantibus.

Non est desperandum si qui à Iure indultis benefitijs non fruuntur. Potest virtus vel inuitam secum trahere fortunam, secus è contra, bona spe sperandum; Vt enim ait Diogenes, periti ab imperitis bona spe differunt, spes mala, sicut malus Dux vitæ ad peccata ducit; e summa desperatione queritur spes. Cum quis desperatione vincitur, nunquid non se in mare culparum immittit? Propterea à D. Paulo, heb. 6. Spes Ancora appellatur, quoniam quemadmodum retinet Ancora nauem ne in scopulum ellidatur, vel in profundum maris demergatur, Ita spes animam firmat ne in culparum abyssum declinet. Offitia in principem, aut in Rempub. nunquam intermoriuntur, quin ipso tempore corroborantur, eorumq; adeò remuneratio tunc maximè apparet, cum minimè expectatur. Cui etiam insignis iniuria præter meritum fit, eò ipso comendatur quod in dignè illi iniuria fiat, &, vt ait Seneca, sæpè maiori fortunæ locum fecit iniuria.

Si malè erga te res se habeant scias quod Doctiores ac vtiliores Republicę mala vt plurimum patiuntur. Socrates philosophiæ moralis & politicæ pater, falsò accusatus fuit, quod in Deos non crederet, & quod Iuuenes malis imbueret moribus, quare veneno à Senatu peremptus est. quamuis deinde veritate comperta populus dolens ac ingemiscens ex iniqua sententia, contra calumniatores insurgens, nullis admissis vel auditis deffensionib. calumniatores ipsos eadem morte necauit. Plato à Piratis venditus, periculum Vitæ in aula siracusana incurrit. Xenophontes, ab Athenis per sententiam exulare coactus est. Aristotiles, timens ne casus casui socratis similis ei adueniret, & ne processus contra eum formaretur, fugam miser arripuit. Demetrius falerens in fugam pariter versus, obijt tandem aspidis morsu. Euripides quoq; in Macedoniam profugus se contulit, Vbi à rusticis canibus deuoratus est. En Illustrium virorum benefitia. A Deo bonorum speramus retributiones, A quo nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratum.

Cæterum cum præmia proponantur vt ijs homines ad Virtutem

am-

amplectendam incitentur, Vbi honesta petuntur, iure concedi debent. Leges quędam, vt docet Seneca (ep.95.) non tantum imperant, sed docent: siue ergo imperet Constitutio, siue doceat, seruandum est in ea contentum.

Sanè nemo non dolere potest conditionem principum: quorum cum proprium quoddam ac singulare sit officium benemerentibus benefacere, non secus ac militum pugnare, Agricolarum arare, nautarum remigare, neque aliam ob causam præpositi alijs pręfecti esse videantur (Maph. Veg.) cōtrà, illos tamen non modo negligant, sed tanquam abiectos & viles irrideant, atque contemnant, Proponenda certè principibus, recitandaq; sępius esset sanctiss. illa Titi. Imp. Rom. atque cęlebratissima Vox, qui, cum exacta die quadam, nihil se cuiquam boni contulisse animaduertisset: Heu, inquit, diem hanc perdidimus. O dignissimam ore Principis Vocem, o Principem tam cęlebri sanctaque voce dignissimum, ó semper memorandum, ó summis semper laudibus extollendum, ò quem merito, Amorem, & delicias humani generis appellarunt.

Ablato honore a promerentibus, certè concordia tollitur, tollitur pietas, quin & mundus preceps ruit, quod egregiè ostendere voluit Insignis Poeta Maph. Veg. Conuiu. Deor. dicens.

Et cum carmente Concordia, Mensq;, Laresq;
Maiestasq; & Honor, placido & reuerentia vultu,
Et pietas simul, & Victoria: mater Honoris:
Astrea atq; fides, Virtusq;, & sacra Voluptas,
Horæ, Aurora, Diesq. Pleiadesq. Hyadesq.,

simul hęc omnia Poeta copulauit vt egregiè innueret quod insimul hęc & concomitanter se habent, ac vno ablato tollitur & reliquum, nec pax in cęlo nec pax in terra mortalibus, peritq, orbis. Non ergo prudenter regit qui promerentibus beneficia negat.

Principes alloquor & Pręlatos. Ad horum & ad illorum curas maximè pertinet prouidere ne clarissimę familiæ extinguantur, eritq, eis semper honorificum, ipsorum liberalitate factum esse, Vt propagata sit stirps hominum clarissimorum. Porrò Viri clarissimi, dèq. Repub. optimè meriti, adeò sunt fauorabiles, Vt videatur interesse Reipub. ne eorum proles extinguatur, quandoquidem à posteris illamet expectan-

tur,

tur; aut etiam maiora ijs quę pręstita sunt ab antenatis: Quorum autem maiora erga nos benefitia eaque insignia extant hos à nobis in eo quod tacitè petunt cæteris preferri æquum est. *Is demum tolerabilis Reipub. status dici potest, vbi tam maiores quàm minores magistratus suam potestatem exercent, atq. id quod potissimum est, leges bono in vsu sunt, idest locum obtinent suum.* Eia principes Diuinum quid sapit benefitia in dies maiora dare, De supremo nanque ipso principe Deo ait Sanctus Iob, Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Fluant innundantes aquæ aureæ benefitiorum modò, vbi prius terra, & silices, maiora nunc fiant quàm prius benefitia. Vt Omnipotens pro gratia, gloriam concedat æternam.

OMELIA VII.

Possessor malæ fidei, nullo tempore præscribit.



IRABILIS est Venerabilis, magnique Zachariæ illa *Visio*, quam ipse cap. 5. refert. Egressus est nanque è cælo Angelus, qui Zachariæ dixit: Quid est hoc quod egreditur, In aerem scilicet circumuolans? Quid nam est, respondit Propheta, Et subdit Angelus; Hæc est Amphora egrediens. Maximum profectò prodigium, Amphoram in aerẽ à se volare. At quid est hoc? subinfert Angelus ad Zachariam, Hic est Oculus eorum (hominum videlicet) in Vniuersa terra: Amphora Oculus *Vniuersorum* hominum? Quomodo? (l'Occhio tuo è vn'*Inghistara*, è questa *Inghistara* è Occhio di tutti noi?) Sed ecce talentum plumbi portabatur, & ecce Mulier vna sedens in medio Amphore (*Veder* come *Vn'* Diauolo dentro vna Caraffa?) Nunquid non

obstupendum hoc mysterium? Porrò eo, quia mulier frontosa (vt opinor) eleuabatur, capiteq; paululùm ex Amphora prodibat, en massa plumbea illa in os eius missa est; Percunctatoq; à Propheta, quod Nomen mulieri esset, responsum fuit; Hæc est Impietas: Intereà verò, Iterum oculos voluens sacer Zacharias, Alia vidit, vt narrat, dicens; Ecce Duæ Mulieres egredientes, & spiritus in alis earũ, & habebant alas, quasi alas Milui, Et leuauerunt Amphoram inter terram, & cælum. Prodigiosa sanè & vndequaq; mysterio plena visio. Amphora quippè (vt quidam asserit Egreg. Doct.) Auaritia ipsa est, aperto semper in hians ore, semper esuriens, est hæc reuerà vniuersæ terræ oculus, Ad hoc nanq; vniuersi fere tendunt, vt scilicet locupletentur. Quippè in Auaritia Thronum Impietas, Idolatria nempe collocauit, eo quod, testante Apostolo, Auaritia est Idolorum seruitus; Quandoquidem, Auari Deus, Aurum est; Holocaustum, Anima ipsius; Incensum, continua sollicitudo; Templum, Crumena; Altare peruersa Voluntas; Ignis tandem, semper ardens cupiditas. Hæc est oculus eorum in vniuersa terra, Hęc hominum sapientia, hęc prudentia, Vnusquisq; ditari satagit, die noctuque oculos ad videndum quo pacto locupletior fiat adaperit. Animaduertit verò Propheta, plũbeam massam in os peruersę Mulieris Mi sam; Pondus est hęc Massa terrenorum affectuum, quod ita premit cordaque Auarorum deprimit, Vt ad cęlestia tolli minimè possint, quare, submersi sunt in profundum quasi plumb. in aq. vehementib. Cęterum, En Duę Mulieres Volatrices, Alas quasi Milui rapacis habentes, En nanque Ambitio. & Superbia, leuauerunt Amphoram, Auaritiam vz. inter terrã & cælũ (oh deploranda nostrùm miseria) Inter cælum & terrã siti sunt Volucres cęli, Viri spęculatiui, Viri Ecclesiastici, quib. dictum est, Si dor. int. med. Cler. pennę Columbæ dearg. & poster. dor. e. in pal. auri. Ad istos Auaritiam ab Ambitione, & Sup. ferri videt S. Zach. tunc n. etiam vidit volantẽ Librum; Domusque Auaritiæ ab Angelo est relatum ædificanda, & habitatio construenda in terra Sennaar. Quid? Sennaar, Fertilis, interpretatur; In terra ergo fertiii, In terra rerum copiosissima, inhabitabit Aauaritia, Hoc vtique est dicere, quod quantò quis abundat, tantò cupidior. Oh maledicta Auaritia.

Rectè

Rectè Philo. (lib. de Iudic.) Auaritiam, omnium iniquitatum Arcem appellat, quandoquidem in Auaritia omnia peccata vires acquirunt. Nimirum Auarus, Mendax est, Superbus, Impatiens, Crudelis, & Latro; quinimò peccatum non est quod ab ipso non perpetretur; Vnde Salust. (de coniur. catalin.) Auaritia, inquit, fidem, probitatem, cæterasq; bonas artes subuertit; pro his, superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit. Hinc D. Pau. (1. ad Th. 6.) Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes errauerunt à fide, & in seruerunt se doloribus multis, idest peccatis multis, se implicauerunt, Contra iniquos hos mala fide possidentes, traditur hæc regula, Possessor malæ fidei, nullo tempore præscribit. Semper enim retinere vult Auarus, & semper retinetur, Vnde Ambros. Laqueus est in auro, viscus in argento, nexus in prædio, clauus in amore.

Possessor malæ fidei, &c. fides multis modis sumitur. (De fid. Catho.) hic sumitur fides pro Conscientia; quare per hanc regulam, si possidens, Conscientiam habet rei alienæ non præscribit.

Præscribere autem, si communiter sumatur, vt vsum capere comprehendit, est, Dominium acquirere per continuationem possessionis per spatium temporis à lege diffiniti (ff. de vsu cap. L. iij.) Propriè verò, præscribere, est acquirere dominium circa rem immobilem certo temporis spatio; & vsum capere est circa rem mobilem.

Inter cætera ergo quæ ad prescriptionem, secundum Iura Canonica, requiruntur, hoc precipuum ponitur, videlicet bona fides præscribentis, hoc est, quia possidens, rem prescribendam, suam esse, vel tradentem, habere dominium eius, aut Ius distrahendi, credat, licet in facto erret (ff. de verb. sig. l. bonæ fid.) Quod limitatur à Siluest. in su. V. præscript. 1. Verum scilicet esse in præscriptione, Vbi aliquis actus positiuus requiritur, secus, vbi nullum requiritur factum. Vt in prescriptione libertatis contra rusticam seruitutem, quia, licet me tibi seruitutem eundi debere sciam, præscribere tamen possum libertatem ex quo nihil quod sit peccatum facio, vt tenet Barto. in l. sequitur. §. si viam. ff de vsu cap. & Panorm. in cap. fin. ff. de prescript. & Idem dic de prescrip-

tione actionis personalis merè pœnalis, vt in rapina respectu qua lrupli, quę actio est vsq; ad annum, post annum respectu simpli. Institu. de vi. bo. rap. in prin.

Hæc regula secundum leges vera est cum limitatione tantum, videlicet in prescriptione decem vel viginti annorum, in prescriptione autem triginta vel quadraginta annorum, secundum eas, bona non requiritur fides quoad omnes partes prescriptionis, sed solum in principio, Ac si conscientiæ aliquando licitum esset obliuisci, ac si successu temporis deficeret conscientia, vel nos animę oculos velantes, aliorũ bona surripere permitteremur, ex illorum numero facti, de quibus Rex Dauid, dixit, Nescierunt neque intellexerunt, In tenebris ambulant, Vnde, mouebuntur omnia fundamenta terrę. Dictæ ergo leges correctæ sunt secundum Ray. Ho. Inno. ac bona fides in qualibet prescriptione, & in qualibet parte temporis prescriptionis, requiritur.

Casus. Completa prescriptione, Incipit quis malam habere fidem, rem prescriptam alienam esse percipiens, quid faciendum? Inter canonistas huic occurrit questioni Ray. dicens simpliciter, tali, vt restituat consulendum esse, Aliter de eius statu dubitatur, Alij etiam asserunt quod licet iste in foro causarum non teneatur, tenetur tamen in foro animę, quandoquidem, ratio prescribendi non est sufficiens quoad equitatem contra eum qui de negligentia imputari non potest. D. verò Thom. quol. 12. ar. 25. docet quod si quis prescribat bona fide possidendo, non tenetur ad restitutionem, etiam si post prescriptionem sciat alienum fuisse quod possidet. Hoc tamen intelligit Doctor Sanctus cum negligentia prioris Domini interuenit, rationem enim dicti sui addit, dicens, quia lex potest aliquem pro peccato & negligentia punire in re sua, & illam alteri dare & concedere. Idem etiam affirmare uidetur Scotus 4. dist. 15. Hoc igitur tenendum; nimirùm Iura faciunt hoc meum hoc tuum, & legis conditor potest mihi alienam rem dare, ac tutus ero. ff. de euict. lutius .C. de quadrien. prescri. benè à Zenone. Quod intellige ex causa, puta in pœnam, uel quia bono communi expedit, ut auferatur aliquando res possessori, ut militi qui in bello uirtuosè se habuit, assignetur. Si autem quis de negligentia minimè imputari potest, remedium ipse habet petendo re-

stitutio-

stitutionem ex clausula generali, quam si petat ac obtinet, restituendum erit. Siluest. in sum. v. prescript. 1. Si verò non petit, non erit neccessarium restituere per prędicta, & per nò. ab Inno. in c. quia plerique, De im. eccl.

Animaduertendum tamen secundum Siuest. vbi supra quod ille qui conscientiam ad contrarium ligantem deponere nō potest, tenetur restituere. & hoc quidem per accidens, idest per aliud, ratione scilicet conscientiæ ita Vrgentis, Quid enim acquiri putatur, vbi bona conscientia perditur, (ait Cassiodor. li. 4. epist. 8.) Hinc Seneca de morib. Conscientiam magis quam famam intende, falli nanque sepè poteris fama, conscientia nunquam. Et D. Bern. li. 3. de consid. ad eug. fortitudo, inquit, tua, fiducia fidelis conscientiæ, decor tuus, splendor bonæ Opinionis, è contra (Isidor. li. 2. soliloque) Nulla pæna grauior, pæna conscientiæ, Vis autem nunquam esse tristis? benè Viue, secura mens tristitiam leuiter sustinet, Bona Vita gaudium semper habet, Consciētia autem rei semper in pæna est, nunquam securus est reus animus, mens enim mala, conscientiæ proprijs agitatur stimulis.

Possessa verò longo tempore, & empta, vel aliter bona fide accepta, sed quæ vitiosa sunt, vel ex eis nascuntur, Vt puta furtiua aut vi possessa, possunt ne præscribi? Respondendum sanè, quod res vitiosæ, aut quæ nascuntur ex eis prescribi minimè possunt longo tempore. Insti de Vsucapio. §. quod autem, & §. furtine. Et intellige quod nec prescribuntur, nec vsu capiuntur, nec à primo iniustè possidente, nec à quocunque alio, quamuis à primo bona fide emerit, vel aliter acceperit, Dicitur autem res Vitiosa, si sit furtiua, aut vi possessa. Adnotandum tamen, quod Glosa in Verbo, longo tempore, declarat illud, scilicet triennij, vel decennij, aut viginti annorum, sed triginta vel quadraginta annorum possunt prescribi. C. de prescript. 30. ann. l. omnis, & C. de an. ex. l. prima § ad hoc. Et in Verbo, Vi possessa. dicit, scilicet, Vi expulsiua, non compulsiua, & idem Bartol. in l. si vel metu. C. de his qui vi. metu.

Cæterum semper retinere Vult Auarus, quod semel obtinuit, vt videmus conspicuum. Tantaque est libido dominandi, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, vt quos semel

inuaserit, sint summa quamuis bonitate præstantes, adeò illiceat eos, illicien sq; deprauet, vt vita potius, quàm imperio quod iam occupauerunt, carere possint. Ad quod vel conseruandum vel amplificandum, contendunt, vnguibus, dentibusque. Refert Eneas Silu. Quod in Ciuitate Polopon. in peccunia, figura imprimebatur Testudinis, Quandoquidem hoc animal si manum mordet, ita illi dentibus figitur, vt non nisi per obtruncationem ab ea diuelli possit, & si caput obtruncatur, dentibus adhuc manui adheret; *Ita quidem peccunia apud istos se habet, vt separari ab eis nequaquam possit. Isti sunt qui etiam à Diogine, viri diuitiarum nuncupantur, nimirum à diuitijs possidentur*. Spinæ etiam à Domino diuitiæ dicuntur. Luc. 8. Vbi Greg. ho. 15. in Euang. ait. Quis mihi vnquam crederet, si spinas diuitias interpretari voluissem? Sed cur spinæ? configunt spinæ, & intimius secus eas transeuntibus adherent; (si attacano) Ita Auaro a'herent diuitiæ (s'attaccano all'auaro le richezze come fanno le spine &c.) Hinc ab Auaro semel possessa minimè restituuntur.

Audistis fratres de peccato *Iudæ* ab Hieremia (c. 17.) Peccatum *Iudæ* scriptum est in Vngue. Ehus dilectissimi, Cum Peccatum in Vngue scribitur, tot *Iudæ* sumus: Verùm quodnam est peccatum quod in ungue scribi dicitur? Cum aliena rapiuntur, tunc peccatum committitur, quod in ungue scribitur. Dato uerò peccato tali, quid mirum si tot *Iudæ* sint homines? Huiuscemodi profectò homines, ad hoc tandem deueniunt ut Christum Dominum tradant. Peccatum *Iudæ* scriptum est in ungue, Vnde unguibus tenent, & unguibus à Diabolo instar *Iudæ* tenentur. Deut. 21. Iubet Dominus populo suo, ut si quis Captiuam in bello uxorem ducat, eius ungues prius circuncidat. Ex populo Dei, ex electis Dei erit unquam Incircuncisus unguibus: Circuncide ungues. Aliena non retineas, & Dei eris. Leuit. xi. legitur quod pro immundo habet Deus Griphem. Cur? Hoc nanque Animal montes querit, in quibus prætiosi sunt lapilli, ut Carbumculi, Sardij &c. lapillos ipsos capit, ipsos in nido collocat suo, & licet nil ipsi gemmæ ipse prosint, firmiter tamen retinet ne à quoquam ex nido exportentur: Homines uerò unguibus suis crudeliter dilacerat.

cerat. Tale profectò animal Deo ingratum, Quandoquidem figura est rapaçis auari aliena, etiam sibi inutilia, retinentis. Deo execrabilis est hoc animal, Deo & hominibus iniucundum, unde ait omnip. (leuit. x i.) Hæc sunt quæ de Auib. comedere non debetis, Aquilam, & Griphem &c. (Non è cosa di gusto il rapace) stomachum faciunt Deo & nobis raptores, Inde sunt Inuisi, Abominabiles.&c. Putarim verò non tot iniustos possessores habitura tempora nostra, si id seruaretur quod Lycurgus lege statuerat. Inter alia nanq; suis omnem auri & argenti vsum abstulit, omnia, non peccunia, sed mercium compensatione emi & vendi iubens; sic n. compensando merces, quæ neccessaria sunt vtraque pars accipit, nec auri (vt aiunt) sacra augetur fames. Sed & longè efficacius Iniusti tollerentur possessores, si id inter nos modò seruaretur quod iam apud egyptios seruatū est, mos enim fuit apud egyptios vt popularis quisque semel in anno, Gubernatori viæ in qua habitabat notificaret quibus vel redditibus vel lucris sibi victum parabat, quod si non reperiebatur honesto lucro vitam ducere, morti tradebatur; Ehus quot hodie vt nobiles viuunt, & qua ratione ipsi viuāt, ignoratur, pænitus latet, an furentur, an iniustè possideant. Cæterum, animaduertite fratres, Maximè nocent temporalia cū à Diabolo veniunt, cælebrat D. Ambr. (lib. 6. in Luc. c. 9.) fabulam Midæ, qui omnia ex eius contactu in aurum verti à Dijs obtinuit, & ait, Quidquid tangebat aurum fiebat, cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta sed vulnera. Et sequitur. Talia sunt Idolorum benefitia, cum videntur prodesse, plus nocent. Dicas igitur quod Diuitiæ contra conscientiam obtentæ, & si bonæ videantur, nihilominus intus mordent; Instar cibi illius sunt, de quo Hierem. (Tren. 3.) ait, fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere: Diuitiæ cibi sunt vel panes, ex lapide & arena commixti, qui dentes ad numerum frangunt; Diuitiæ inquàm malè acquisitæ tales sunt, esto enim bonæ videantur, frangunt tamē dentes & stomachum inficiunt, Hoc est infamant exterius, Animamq; ad perditionem ducunt (Anton. Feus) Panes quidem lapidei huiuscemodi diuitiæ, stomacho contrariæ, contra conscientiam obtentæ dicuntur, Auidè enim vt esca panis concupiscuntur, & de locupletibus, ait Proph. Deuorant

rant plebem meam sicut escam panis. Lapideos verò panes Diuitias esse ostendit illud Prou. 10. Suauis est homini panis mendacij,& postea implebitur os eius calculo, ubi alij loco calculi, legunt, arena, & in hæbreo (iuxta peritos), legitur, Implebitur os eius lapillo. Sed dic quod panis hic iniustarum diuitiarum, panis sit fallax mentitusq; atq; commixtus ex lapide & arena, intus & extra homini contrarius.

Probum profectò est Salomonis consilium dicentis, Noli anxius esse in diuitijs iniustis, non n. proderunt tibi in die obductionis & uindictę (Eccl. 55.) Sed cur iniustas uocat sapiēs diuitias? Sanè loquitur Ipse de malè aquisitis diuitijs, Hæ enim aduersus suos, tāquam Iniusti Principes in subditos se habent; Porrò Iniustus tunc appellabitur Princeps, cū in beneficiorum distributione obsequiosis & benemeritis omnissis, Alienis benefitia confert; Ita prorsus, In domo Auari Diuitiæ se habent, Quippè dum diues tristitiā, ac molestiam in ampliandis opibus sibi comparat, omnes eius & filij & famuli, induunt, & comedunt, opibusq; ipsis magna perfruuntur voluptate; Solus autem infælix Diues patitur miseriam, vt alij exultantes delitijs fruantur; En Cur Iniustæ diuitiæ appelentur. Addit etiam Salomon rationem cur iniustas dicat diuitias, inquiens: Non proderunt tibi in die obductionis & Vindictæ: Si vir nobilis Principi seruit, Id saltim sperat, vt si in aliquo versetur periculo mortis ab alio principe inferendæ, Dominus ipse suus liberationem procuret, eumq; liberet; At non sic de diuitijs, Quæ, esto propitiæ tibi per multum temporis apparuerint, Nihilominis Mortis & Diuinæ Vltionis tempore, non te adiuuant, Non enim proderunt tibi in die obductionis & Vindictæ.

Mirabile verò est videre, quid homines pro temporalibus his bonis faciant. Explicans D. Hieron. verba illa Abac. 3. Pro iniquitate vidi tentoria ethiopiæ, Per iniquitatem intelligit Sanctus, id omne quod Mundani aquirunt, honorem scilicet, & diuitias, Ethiopiam verò cum ethiopis Cultoribus, homines in temporalibus acquirendis cæcos esse dicit, vultq; Doctor sacer vt Propheta dicat & doleat, Miserabile videri mundanos captiuos & Mancipia fieri, & hoc propter quid? Pro iniquitate Pro temporalibus; Sicq; infert D. Hieron. Vidi homines Maria transire, ante potentum excubare

cubare

cubare fores, pati omnia, quæ seruorum conditio vix patitur, vt diuitias congregent, aut aliquam accipiant dignitatem (D. Hieron. in. c. 3. Abac.) Hoc etiam est quod D. execratur Augus. dicens. Adeò hominib. mundus carus est, vt sibi ipsis viluerint. Ac si dicat Sanctus; fiunt mancipia homines pro caducis, Magis faciunt diuitias quàm se ipsos. Quinimò D. Chrisost. (hom. 39. in 1. corint.) dicit. Vides vt Aurum homines esse homines non sinat, sed in beluas. & dæmones mutet. Sibi sibi ipsis propter aurum viluerunt homines. Afferatis hominem longo senio grauatum, laborantem podagris, langore stomachi, mille oppressum morbis, capiatur autem desiderio copulandæ sibi vxoris: nulla erit tam putida anus, tam vilissima lotrix, quæ illi se cõmisceri uelit; Ast si aurum adest, si diuitiæ adsunt, Adolescentula, & quidem nobilissima ac formosissima coniugium tale exquiret: Nec secus efficiet aurum, Vbi fæmina, se coniungi uiro cupiat sit quantacunq; ætate confecta, sit gutturosa, sit edentula, scateant oculi continuo humore lachrimarum, Aurum tamen illi iuuenem utique forma & genere insignem, qui minimè eam dedignabitur, connubio iunget stabili, propriã que perpetuò more sociabit. En quam sibi uiluerit homo propter aurum socium feridissimæ malæq; olentis creature se fecit.

Sed & dicamus quod peculiare illud in Auaro euenit quod de eo D. Ambr. affirmat; dicens, Cui populi dulcis est gemitus, & uiduarum suauis est fletus. Non enim curat Auarus pauperum pupillorum uel uiduarum ploratus, nec sibi refert istorum lachrimas uidere; Quinimò illi, populi dulcis est gemitus, ac uiduarum suauis est planctus, Reperiri ne potest fera crudelior? Aliorum lætatur calamitate, quandoquidẽ cum flentem uidet populum ex penaria & fame, tunc tritici ab ipso augetur pretium, ut ipse in dies locuplex fiat.

Sanè gloriam, & honorẽ, & Imperium, Bonus, & Ignauus ęquè sibi exoptant (ut ait Salust.) Bonus autem uera uia nititur huic, sed ignauus, quia bonæ artes desunt dolis atque fallacijs contendit. Hinc etiam mala fide aliena sibi surripiet miserorum.

Animaduertendum autem quod in genere etiam loquendo diuitiæ animam maculant. Querit D. August. de multis quæ

ad

ad oculum uidentur, de quibus sufficiens ratio assignari minimè potest, ut de auro tam mundo, & de argento tam splendido & albo, quod lineas faciunt nigras, computantiumque maculant manus, de quo quidem sufficiens ratio afferri nequaquam potest. Atque Doctor Sanctus, signum est quod aurum & argentum animam maculant nostram. Animaduertendum etiam quod D. Gregorius affirmat dicens, ubi aurum placet, ibi & uitium, quasi dicat, etiam si bonus appareas Vir, Vbi aurum concupiscis Vitiosus eris. Cur? Diuitiæ rectè vulgo appellantur Robba. Sanè, Robba, dicuntur, quia furantur, sibique quod suum non est rapiunt; At quid rapiunt diuitiæ? quid Diuitiæ rapiant, In ipsomet earum Vulgari nomine (vt comuniter dicitur) declaratur. Robba. Ac si dicatur, Diuitiè .R. rapiunt .O. omnia .B. Bona .A Animæ. Opes ergo omnia animæ bona rapiunt. Hinc mirum non est quod opes ipsæ plusquàm vita propria diliguntur; Vnde Ptolomeus Cypr. Rex in mare se precipitauit, sciens quoniam ad instantiam Clodij Cato missus erat ad eius tollendum thesaurum.

Queri hoc loco posset, vnde malum omne & Vnde omnis Vniuersi perditio ortum habeat. Cui quidem quesito secundũ Polliticos ipsos (car. Pasc. in li. 1. an. Tac.) Qua in Repub. hæc tria simul conspiciuntur. Certamina potentium, Auaritia Magistratuum, Inualidum legum auxilium, hæc haud longè abest ab interitu. Sed & elegantius, sacer Hieremias (c. 1.) respondet quesito, dicens. Ab Aquilone pundetur omne malum. Ceterum quid est hoc? Contraria videtur Sancti Iob sententia, dicentis, Ab Aquilone Aurum venit; Si Aurum ab Aquilone venit, quo pacto dicendum, Ab Aquilone omne malum venire? Vtraq; hercle vera est sententia, Quinimò videns Hieremias Aurum ab Aquilone portari, totq; propter Aurum peccata committi, Omne malum ex auro adiudicauit (Tutto il male nasce dall'oro, da denari) Et hoc vt ipsum indebitè concupiscitur, Omnium n. malorum radix, vt dictum est, est cupiditas, De qua, Pet. Rauen. inquit, Omnium malorum radix est cupiditas, transgressionis mater, Magistra nocendi, primipilaria iniquitatis, Auriga malitiæ, siccaria virtutum, seditionis origo, fouea scandalorum.

Fœlices

Fælices quidem putandi primi illi parentes, quorum diuitiæ poma fuerunt,& nuces,quorum delitiæ fuerunt dulcia mella,quorum opes maximæ liquidi copia lactis erat. De illis nanq; Insignis Poeta Maph. Veg. Canit

Sub placida patulæ recubabant arboris vmbra;
Alta dabat facilem mollis & herba thorum.
Iuxta ibat Labens crepitanti murmure riuus,
Et saliens mota dulce sonabat aqua.
Mulcebat teneros ea tunc suauissima somnos,
Sedabatq; grauem purior vnda sitim.
Ampla videbantur tuguri sibi tecta pusilli,
Quæ nunc & minimum quemq; habitare pudet.
Tunc nundum cuncta superabant mænia turres,
Nec fuerant fossis oppida cincta suis.
Nundum sollicita scindebant æquora naues,
Nundum bellator fræna terrebat equus.
Tunc æs atq; aurum, pretiosaq; gemma latebat,
Quæ vellem æternos delituisse dies.
Nundum discordes congesta pecunia lites
Mouerat illa omnis causaq; , fonsq; mali est.


Attendite fratres illud Oseæ (c.4.) Audite Verbum Domini filij Israel quia Iuditium domino cum habitatoribus terræ. Non est enim Veritas,& non est Misericordia,& non est sciē tia Dei in terra, Maledictum, & Mendatium, & Homicidium,& Furtum, & Adulterium innundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Quid ais Propheta sacer, Iam finis est mundi? Iuditium domino cum habitatoribus terræ? Vnde hoc habes? ex eo, ait propheta,quia non est Veritas in mūdo,quilibet loqui videtur secundum quod sibi prodesse putat (parla ciascuno secondo i'propri Interessi) Non est Misericordia, Nullus egenti compatitur, quia proprius inualuit amor. Non est scientia Dei in terra. Quid plura,Non agnoscunt homines Deum nec Vt Deum colunt. Hinc maledictum & mendacium,& homicidium,& furtum, & Adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, Hinc maledictiones,Mendacia,Homicidia Furta, Adulteria. Hęc tantùm in mundo reperiuntur, Quin & hæc inundauerunt, Quid est quod inundauerunt? Proprium egressa sunt alueū (sono vscite queste cose dal proprio letto) Furta quæ apud

pauperes ignobiles prius tantùm erant, Ad Nobiles ingressa sunt & ad Principes, quorum plures aliena rapiunt: Adulteria, quæ regulariter non abscondebantur vt Vilia nisi in lectulo abiectarum mulicrcularum, Inundauerunt, lectumque Nobilissimarum intrauerunt; & quod peius, sanguis, sanguinem tetigit. Consanguinei (ehus quid referam?) simul commisceri turpiter non erubescunt (Dicas de reliquis vitijs) Cæterum audiamus dicta ab eodem propheta. Propter hoc, inquit, lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Dabit Dominus Vniuersalem Infirmitatem, In bestia agri, & in volucre cæli; Ab infimo scilicet, vsq; ad supremum infirmabuntur, eruntq; volucres vt bestia agri: Hoc est, pares scientia erunt Maiores & speculatiui, ac litterati, & pariter Agrestes infimi, nec maiora scient primi Magistri quàm deterimi, quandoquidem non est scientia Dei in terra nec Deo student primates; Hinc Dominus subdit. Corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum & inferius. Et erit sicut populus, sic sacerdos. Habebunt quidem populi ex voto Sacerdotes qui eos minimè redarguent. Concluditq; prophetia Oseæ. Comedent & non saturabantur. Nil scilicet eis satisfaciet, lupina erit eorum famis. Diuites erunt, Et nihilominus, diuitiarum maior erit apetitus, quid miserabilius?

Dictum est à Domino de Mundi fine. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. Super hoc Stephanus Cantuar. ait. Sol, Prælati: Luna, Principes. Hi sunt duo luminaria magna, quorum vnum præest Diei, Alterum nocti, sed cum Sol iste sæpè passus sit ecclipsim, per Vmbram terræ obnubilantem, & solis splendorem, & Lunę auferentem; Modo ad hoc deuenit res, quod quandoq; sol conuersus est in tenebras peccatorum, & Luna in sanguinem rapinæ;


Cęterum dictum est superius, bonam fidem in qualibet parte temporis quo prescribitur requiri, sic enim Sacri disponunt Canones; At cum aliter disponant aliæ humanæ leges, Asserunt plures Papam esto quo ad suum forum leges tollere possit, non tamen potest quoad omnes, Contra quos vide 10. Di. quest. de test. cum omnes. Plures profectò affirmant Papam indistinctè quo ad forum leges tollere posse. Probatur hoc. De Iudi. nouit, De prescript. c. vltimo De secun. nupt,

nupt. c. pe. De sen. excom. decernimus. Nam leges, sacros Canones imitari non dedignantur. Quod si Io. And. medium se ponens, dicat, Papam nō posse leges tollere quoad forum ciuilē, nisi in his in quibus vertitur periculum animæ, opus est vt fateatur potuisse quidem hanc regulam ponere, ac statuere, Necessariam esse bonam fidem in qualibet parte tēporis quo prescribitur, Cum etiam per ipsum, bona fides pro Conscientia sumatur, quæ quidem conscientia Animæ cooperatur salutem. Audi Bern. dicentem Bonum parat habitaculum Deo, cuius nec ratio decepta, nec Voluntas peruersa, nec memoria fuerit inquinata. Audi etiam D. Chrisost. sup. illud Matt. 22. Red. quæ sunt Ces. ces. &c. sic enim ait Doctor sanctus. Numisma cæsaris aurum est Numisma Dei Homo; In solidis Cæsar videtur, In hominibus autem Deus agnoscitur, Ideo Diuitias vestras Cæsari date, Deo autem conscientiæ vestræ solam memoriam reseruate. Intereaq; qui humanæ vitæ neccessaria queritis fratres, Ad Mariam Dei Matrem & Virginem properate, Ipsa nanque de se canit, Quasi palma exaltata sum, Vnde est quod Palma appellatur Dei Genitrix? legitur sanè in descriptione Regni Cong ani quod habent illis in partibus palmas, ex quibus admirabili naturę dote, oleum, vinum, acetum, & panem colligunt; Maria Palma appellatur, Ad eam accedamus, Ab ipsa omnia, Mater enim ea est Omnipotentis omnium datoris, obtinebimus, Mater est Misericordiæ. Ite in pace. In sequenti omelia, Papam leges mutare posse, & ad hoc spectantia docebimus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.



OMELIA VIII.

Sup. Præd. Reg. Possessor mal. fid.
De Sum. Pont. Facultate &c.


RATIAS Rex Dauid Altissimo, regno desuper obtento, peragebat, Atque quæ à subditis circa se fiebant referens, dicebat, Circundantes circundederunt me, & in nomine Domini, quia vltus sum in eos, Circundederunt me sicut Apes (ps. 117.) Quippè Egyptij, vt populos qui Principem perdiligunt significarent Apum Aluearium (vt refert Pier. lib. 26.) pingebant: Quare Dauid cùm à suis tanquam ab Apibus circundatum se testatur, suorum erga se Principem, Amorem, fateri voluit. Pulchrum certè est videre cum pabulum exeunt Apes, Audito enim sono bombi, quo bis vel ter, tanquam signo dato à Custode castrorum, excitantur; Si temperiem cæli vident, prouolant omnes ad opus procedentes, intenduntq; certatim labori: Inter laborandum, ludo se alacri, lætaque hinc inde giratione per riuos, & gramina, per amenos & suauè olentes hortos, summa cum oblectatione, curarumq; remissione exercentes. Nunc hæ flores pedibus, nunc illæ aquam, & guras ore comportantes, onustæ denique omnes rostro, cruribus, alis, totaque corporis lanugine redeuntes, depositaque sarcina, tum demum, vt à siti, caloreque refrigerentur, potum euntes. Nec desunt quæ domi expectantes præsto adsint, excipientesq; onustas, & fessas exonerent, Vera sunt hæc omnia & alia admirabiliora de Apibus dicta. At Cur Apes symbolum fidelium sunt subditorum? Apes profectò sub legum obseruantia viuunt, reuerenturque maiores natu, vti sapientiores Reipub. suæ Gubernatores, Regem habent, cui & primas, & eminentiores, magnificentioresque, vt Principe dignæ videantur, firmiores etiam & munitiores, vt magis sustententur, domos & sedes extruunt, de quib. si

forte

fortè ceciderit, erigunt ſtatim, eum reponentes in thronum regni ſui, Cui ſedulæ aſſiſtunt, fauent, parent, obſequuntur, quem ſumma complectuntur beneuolentia & fide: quem & quocunque ierit ſequuntur, conglobatim eum cingentes, protegentes, feſſumque ſubleuantes, & ſi volare nequiuerit, collo, humeriſque portantes, pro quo & periculum mortis ſubire minimè reformidant, cuius & ſi legibus ac mandatis aliqua fortaſſe non paruerit, interficit ſe ipſam aculeo ſuo, Vltrix ipſamet peccati ſui (Rex enim licet aculeum habeat, vtitur eo magis pro dignitate, quàm Vindicta) Mortuo Rege cum plures ad principatum aſpirant, ſeditione commota ciuili quaſi bello grauiter inter ſe pugnant donec vilioribus pulſis, nobilioreque ac mitiore palmam obtinente, reconciliatæ rurſum dulci inuicem amicitia & pace conquieſcunt. Eia dilectiſſimi in perſona Chriſti Dom. protulit S. Dauid, Circund. me ſic. Apes populi me tanquam Principem colunt, etiam illi apud quos inuiſus erā, Vices verò D in terris obtinuit Sup. Pontificum. Hunc igitur tanquam Apes argumentoſæ veneremur. Commune eſt Apum domicilium, cōmunis ſoboles, cōmunis labor & operatio, cōmuniſque ſimul laboris & operationis fructus. Vnà volant, Vnà cubant, Vnà capiunt cibos, delectantur aqua pura & munda; Delectantur cymbalis & plauſibus: quibus etiam ſi diſplicatæ fuerint, in vnum locum deducuntur, atq; ideò muſarum volucres dictæ ſunt. Hæ certè Catholicorū ſpetiem repreſentant: Si igitur illæ tantopere Superiori deferunt ſuo, Et nos noſtro, nempè Summo Pontifici Romano deferamus.

Diu. Volunt. Fid. Interp. quem ſpiritu intellig. repleuit Dom. & ipſæ tāq. imbr. ſap. ſ. miſit eloquia, Apud quem nulla prodiga verborum copia, nulla puſilla, ſuſpitioſa, ſuperuacua ſententia, qui ambigua diſtinguit, implicita ſoluit, obſcura illuſtrat, abdita recludit. Hic profectò, Vtrum ne Omnip. Deus in ſac. Decalogi præceptis, cum lex ſit ab ipſomet lata, in illis inquam diſpenſare poſſit, Ita vt ad alicuius mandati obſeruantiam homo quandoq; non teneatur, altiſſ mè querit: Egregiè autem Iſdem S. D. queſito reſpondet; In precept. quidem prim tab. Decalog. non poſſe Deum diſpenſare. At in precep. 2. tab. ſolùm ipſum Deum diſpenſare remo

uendo

ruendo vtique ab actu, indebiti rationem, non autem ea remanente (1. 2. q. 100. 8. 3.) Sic Abrahæ iussit Altiss. filium perimere, cum tamen in Decalogo, Nō occid. sit iussum. Hoc profectò verum atque indubitatum. Cæterum queren dum nobis, An Papa, ipsiusmet Dei Vic. in terris Pro Deus cui cæl. clau. sūt traditæ, is inquā, si circa ea, quæ sunt Iur. Diu. vel Iur. natur. dispensare valeat. Sanè, huic quesito pręs. S. Mag. respondet dicens quod P P. in Iure Diu. quoad statuta Apost. dispensare potest, non autem quoad alia, nec quoad ea quæ sunt de Iure nat. vel de necessit. Sacrament. vel de necessit. fidei (4. D. 27. q. 3. 3. 2. Et quol. 4. 13. o) Aliam ad hoc adde quæstionem, An vz. leges hum. possit Pont. Sum. mutare, & eas tollere? Sanè nonnulli affirmare ausi sunt non posse Papam indistinctè quascunque humanas tollere leges, ac Ideò non acceptandam fore supradictam regulam (Possess. mal. fid. nul. temp. presc.) absolutè existimant, vt sacri acceptant Canonistæ. Duo igitur in presentiarum discutiamus. Primò absolutè leges humanas mutari posse. Secundò facultatem huiuscemodi leges mutandi, necnon tollendi in Pont. Sum. reperiri, Ipsumque in temporali Dominum &c.

Quamuis igitur Philos. ij. Politic. dicat, Cum leges habeant maximam virtutem ex consuetudine, ideò non sunt de facili mutandæ, Nihilominus ex rationabili causa tolli & mutari vtique debent leges. Ita D. August. in 1. de lib. arbitr. asserit, Lex temporalis, quamuis iusta sit, mutari tamen per tempora iustè potest, In cuius elucidationem. D. Th. (1. 2. q. 97. ar. 1.) Lex, inquit, humana est quoddam dictum rationis quo diriguntur actus humani, & secundum hoc, duplex potest esse causa quod lex humana iustè mutetur, vna quidem ex parte rationis, alia verò ex parte hominum, quorum actus lege regulantur: Et ex parte quidem rationis, quia humanæ rationi naturale esse videtur, vt gradatim ab imperfecto ad perfectum veniat, vnde videmus in scientijs speculatiuis, quod qui primo philosophati sunt, quædam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores magis sunt perfecta; Ita etiam est in operabilibus, nam primi qui intenderunt inuenire aliquid vtile communitati hominum non valentes omnia ex se ipsis considerare,
insti-

instituerunt quædam imperfecta in multis deficientia, quæ posteriores mutauerunt, instituentes aliqua, quæ in paucioribus deficere possent à communi vtilitate.

Ex parte verò hominum, quorum actus lege regulantur, lex rectè mutari potest per mutationem conditionis hominum, quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersa expediunt. Sicut August. ponit exemplum, in 1. lib. de lib. arbit. quod si populus sit moderatus, & grauis, communisq; vtilitatis diligentissimus custos, rectè lex fertur, qua sibi liceat magistratus creare, per quos Respublica administretur, Porrò si paulatim populus deprauatus habeat venale suffragium, & regimen flagitiosis, sceleratisque committatur, rectè adimitur potestas tali populo dandi honoris, & ad paucorum bonorum redit arbitrium, Vnde dicitur à Iurisperito. ff de consti. l. ij. Quod in rebus nouis constituendis, euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure quod diù æquum visum est.

Et quamuis lex humana à lege naturali qui immutabilis est deriuetur, non sequitur tamen, quod etiam ipsa lex humana sit immutabilis, Nam ratio immutabilitatis legis naturalis, est, quia lex naturalis est quædam participatio legis eternæ, ex hoc enim immobilis perseuerat, quod habet ex immobilitate Diuinæ rationis instituentis naturam, Sed ratio humana mutabilis est, & imperfecta. & ideo lex humana, à ratione humana mutabili procedens mutabilis est. Vlterius etiam, non est par ratio de lege naturali, & humana, quia naturalis lex, quædam Vniuersalia precepta, quæ semper manent continet, lex autem ab homine posita, quædam præcepta particularia habet, secundum diuersos casus qui emergunt.

Dicẽdum insuper quod sicut Iura Ciuilia siue Cõmunia siue municipalia, mutata sunt diuersis temporibus, ita & Iura Canonica, quod Gratianus ostendit per exemplum circa Pontificum electionem, dicit n. (di 63. §. post. c Vota) Principibus & Imperatoribus electiones Summorum Pontificum, atque aliorum Episcoporum, vt Greg. & Ambr. referendas, vsus & constitutio tradit pro scismaticorum, & hæreticorum dissensionibus quibus Ecclesia Dei non nunquam concussa periclitabatur, contra quos, legibus fidelissimorum Imperatorum

torum

torum frequenter ecclesia munita legitur, repreſentabatur ergo clericorum electio principib. vt eorum authoritate roborata, nullus hæreticorum vel ſciſmaticorum auderet contraire, &c. & in ſeq. c. §. verum. Verum (ſubdit) quia Imperatores aliquando modum ſuum ignorantes, non in numero conſentientium, ſed primi diſtribuentium, imò exterminantium eſſe voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapſi, Catolic. matris Eccleſiæ vnitatem impugnare conati ſunt, Ideò Sanctorum Patrum inſtituta Contra eos prodierunt, vt ſe electioni nõ ingererent, & quisquis eorum Suffragio eccleſiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur.

Ita etiam Diuinæ littere tradunt quod poſtquam ezechias diſſipauit excelſa, vbi ſcilicet Idola colebantur, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregit etiam ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes, quia illum ſerpentem Deus fieri iuſſerat, ne ſerpentiua morte populus interiret; Ille autem Populus eum venerari & colere ceperat, Idcirco deſtruxit iſte quod Deo iubente fecerat ille, Ac per hoc auttoritas iſta habenda eſt in eccleſia, vt ſi nonnulli ex prædeceſſoribus fecerunt aliqua ſtatuta ſcilicet, quæ pro illo tempore fuerunt ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem & ſuperſtitionem, ſine aliqua tarditate, & cum magna authoritate deſtruenda ſunt. hæc Gratian.

Et ecce ad ſecundum deuenimus principaliter intentum poſſe videlicet Papam indiſtinctè, ſi iuſtum illi videbitur, humanas quaſcunq; tollere leges & immutare; Plures verò ſunt rationes hanc demonſtrantes veritatem, ſed tantummodo breuitatis cauſa, dicamus Quis negabit Pontificem, leges condere poſſe? Certè Nullus rationis compos hoc negare audebit Cum Princeps ſit Pontifex ſuper omnes conſtitutus, Illiq;, Cui dictum eſt, ecce conſtituite ſuper gentes, & regna vt euellas & deſtruas, & ædifices & plantes ſucceſſit. Rectè ſiquidem dictum nedum vt ædificet & plãtet, ſed vt euellat & deſtruat, Etenim priuſquam ædificet & plantet quiſquam, opus vtrique eſt, vt contraria euellat, aduerſantia deſtruat, aliter n. nec ædificaret, nec plantaret noua, nec vino amphoram imples, ſi antea, aqua, qua plena eſt non euacuetur nimirum intus exiſtens prohibet extraneum.

Huc

Huc facit quod Sueton. in August. cap. 98. scribit, scribit namque quod paulò ante Domini natalem diem, signum quo proxima magni Regis natiuitas declarabatur, apparuit; Declarat autem quale hoc signum fuerit Dio in Rom. Hist. lib. 37. dicens quod tunc in Campidolio, è cælo emissis fulgoribus contracta simulachra quamplura fuere. precipuè Iouis simulachrum, Romuli, & Remi, & quod litteræ, quibus ipsorum leges in columnis descriptæ erant, ita confusæ manserunt vt vnquam in posterum perlegi potuerint. Futurum esse hoc ostendēs venturum Dominum qui Romę sedens, nouas leges orbi, cui toto Roma presidebat, daturus cæteras ablaturus, erat.

Dissonum verò rationi, ac Discursui apparet asserere Papam posse leges quidem condere, Sed cum limitatione; Quis enim Pontificis Supremi limitare poterit ex hominibus facultatem? Certè non nisi Pontifice ipso Supperior, Sed vbinam iste Supremo supperior in terris reperiri vnquam poterit, non vtiq. aliquid superlatiuo superior iuxta rectè Philosophantes datur. Pont. oĩa Sub ped. sub. D. Sic ezech. 1. ostensus est sup. capitib. quat. animal (quat. imperia Significantiũ) Thron. Saphir. In terris Papæ subiectis, dicit Io. And. posse PP. leges tollere, & suã exercere tẽpor. facult. Contra, Nam, t pe D. Petri Apost Nulla s actu possidebat Ecclesia terras, ac Nihilomin. D. Petrus S. P. in Anan. & Saphiram mortis Sententiam protulit vt Actor 4. clare habetur. Quid ad hoc? Sed philosophiæ incumbere etiam deberet qui huiusmodi veritatem speculari contendit, sic .n. cerneret, quod sicut est de Corpore phisico, ita est de corpore mystico à simili, sic .n. probat D. Pau. (1. cor. 12.) Quemadmodum autem in Corpore vno phisico (si naturæ peccatum non datur) non duo Capita, sed tantummodo Vnicum caput solum, Ita etiam in mistico corpore, à quo omnia pendeant vnum dumtaxat caput concedendum.

Maximum verò, si ad vnum non spectaret totius regimen, sequeretur absurdum, Pax etenim, quam tantopere comendauit, qui fecit vtraque vnum, in Christiana hac Repub. destrueretur; Nimirum si plura haberentur Capita, ac diuersa præciperent, & contraria, nec pax nec Iustitia daretur, quandoquidem si quis offendit vnum, ad alterum confugit,

fugit, ex quo Iustitia & pax valdè impeditur, Ita mundo pacem nō attulisset Dominus, nec iustum dedisset regimen, Propterea, 12. metaph. dicitur, Nec pluralitas principatuum bona est, Vnus ergo princeps.

Dio phs.or. 3. de reg. ait, Tres existimantur species Rerumpub. manifestissimæ quæ factæ sunt iuxta legē & Ius assistente bono genio, & simili fortuna. Vna quidem & prima & quæ maximè contingere potest, ea est quando viri vnius boni consilio & virtute Ciuitas, aut plurimæ gentes, aut vniuersi homines reguntur, (& est Monarchia) Altera autem, Aristocratia dicitur, in qua, non vnus, neque multi aliqui, sed pauci optimi præsunt, multum iam à priore distans quoad potentiam, vtilitatemque attinet. Tertia autem, omnium infirmissima propemodum est, & moderatione, & virtute, quæ populo intendit inuenire tandem conditionem æquam atque viuendi legem; ea appellatur Democratia. Tribus autem his Rerumpub. speciebus, tres existunt contrariæ & iniquæ corruptiones & prima quidem & potentissima, Tirannis est, in qua vnius pessimi iniuria & violentia alij pereunt; Altera dicitur oligarchia, quæ est diuitum quorumdam & prauorum, cupiditate aduersus plebeios & inopes conspiratio, Reliqua deinceps, varius & omnigenus multitudinis impetus nihil scientis simpliciter, sed tumultuantis semper atque ferocientis immodestorum opera oratorum, vt fluctus ferus & difficilis à ventis duris huc illuc impulsus.

Optimum profectò est vnius dumtaxat principis regimen; Hinc D. Plato, vt in vniuerso daretur, tantum Rex vnus sicut in cælo non est nisi Deus vnus, optabat, & hoc, vt humanum regimen Diuino persimile foret. Hinc Zeno stoicorum princeps, vt non esset in mundo nisi genus vnum viuendi inter homines, quemadmodum non datur nisi mundus vnus, cupiebat, cupiebatque, vt omnes simul essent, veluti vnus grex sub pastore vno, eisdem viuens pascuis. Hinc Mag. Alexander, cum ei à Persarum Rege, pro redemptione matris, vxoris, & filiarum vna pars regni oblata esset, totum ipse regnum querens, respondit, Quemadmodum orbis à solibus duobus illuminari vel regi non potest, Ita habitabili terra integra manente, Duo suprema imperia esse nequeunt.

Obedientiam vero quæ singularibus præstatur principibus, in

Sacro-

Sacrosanctæ, Ecclesiæ augmentum & decus Pontifici dicandam esse ostenditur Iudic. 8. Vbi legitur quod à filijs Israel rogatus Gedeon vt ipsis principaretur, Ipse respondit, Date mihi inaures ex præda vestra. At cur Gedeon alia ex hostium præda non petis, plura etenim Iudæi ex hostibus sibi abstulerunt, ornamenta scilicet aurea, torques, monilia purpureas vestes, & his similia, Cur igitur Inaures tantum queris? Nouit profectò Gedeon quid maximè opus sit in subditorum regimine, quod siquidem illud est, vt aures ad obediendum præbeant; Per inaures autem, quibus aures ornantur, obedientia, de qua ps. 17. In auditu auris obediuit m. adumbratur. At nec quascunque inaures Gedeon petit, sed quas ab hostib. fideles abstulerant; Cur? Vt inquã significaretur, nos eandem Deo, & Principi eius Vicario præstare debere obedientiam, quam mundanis principibus, quin & Diabolis hostib. nostris quandoque præstare nõ erubescimus: Hoc est hostium inaures velle; Quod, vt manifestius ostenderetur, en quid ex ipsis oblatis inaurib. Gedeon fecerit; Fecit nanque Ephod, hoc est superhumerale quo Sacerdos ornabatur (exod. 10.) Non anulos conflauit aureos, non armillas, aut alia id genus, quib. homines ad culmen principatus euecti, ad ostendendam maiestatem suam seipsos ornare solent, sed superhumer. fecit Sacerdotis; In quo Gedeon principes viros docuit, Obedientiam, quam illis subditi præstant, in Ecclesiæ, & Sum. Sac. decus offerre debere, docet quoque Obedientiam hanc longè melius Pontif. Sacerdotum Princ. præstandam, Vnde & Pontifex super humeros obedientes & orbem Vniuersum gestare meritò dicitur, Adde quod erga Gedeonem circa temporalia Iudæorum erat obedientia, quare ita etiam Pontifice obtemperandum. Etiam in Cal cut Pontifex generis illius, Rex est, cæterisq; Indorum Regib. perfertur, & illi obedientiam præstant.

Deplorandum tamen plures esse qui Iudeorum cecitate ducuntur ex illis scilicet qui Sancto reiecto Samuele laicalis hominis regimen exoptant & querunt, Vnde quia dictum est Samueli, Non te abyecerunt sed me, dicendum est ab istis longè Deum esse, Hi verò voces ignorant Angelorum dicentium, (cant. 8.) de Ecclesiã sponsa, quæ est ista quæ

ascendit de deserto delitijs affluens innixa super dilectum suum, Commodè incedit hodie delitijs affluens Ecclesia Christi Domini sponsa innixa super dilectum, ex Christi videlicet innumeris & infinitis meritis, Ascenditque de deserto, quæ scilicet paupercula deserta & misera prius apparebat, ex meritis nanque Domini conualidata & fortis in dies euasit; quippè dictum est Isa. 60. Suges lac gentium & mamilla regum lactaberis, quod illud indicat, Pontificem quod pretiosum est apud reges, etiam decoctum sanguinem, vt est lac in sui liberam potestatem ad sui incrementum, & Ecclesiæ, quæ prius paruula erat, sugere debere.

Propterea eodem cap. 8. cant. dicitur soror nostra paruula est, & vbera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est, si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea, si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis, Respondetq; sponsa, ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens, Paruula in Apostolis ac in martiribus Ecclesia, quæ Vbera ad lac per corporales consolationes propinandum nō habebat, quinimò flagelllis cædebatur & contūdebatur, quæ parùm supra terram apparens murum haud habuisse dicitur, ad quam persequendam Tyranni intrabant; tantūmodo fundamentales lapides, Apostolos scilicet, ac tortos Sanctos habebat, At Altus facta est murus ex quo facta est quasi pacem reperiens, nec amplius dominantur Tyrāni, sed principes pijssimi, Grandis effecta Ecclesia, vbera ipsius intumuerunt, & lac consolationum & diuitiarum maximè creuit, & Vbera illius sunt sicut turris, In ea etenim dum diuitijs abundat speculatores esse debent, legis doctores, Iudicantes Iudices, cæterisq; omnibus eam eminere conuenit, speculatorem dedi te. &c. super ea etiam propugnacula argentea dicuntur fienda, quandoquidem per argentum sapientia & eloquentia intelligitur, his verò se protegit Ecclesia; quæ etiam Propugnacula argentea habet, dum se suis tuetur peccunijs & diuitijs, cum sponsa illius existat de quo dictum fuit, manus eius tornatiles aureæ plenæ hiacinthis.

Summā hanc Pontificis & Ecclesiæ excelentiam, in sacris pro-

spicimus litteris, precipuè cum legimus à veste Sum. Sacerd. Malapunica in extrema pendere parte, Quid enim Malagranata ad pedes Pontificis magis quàm alia poma pendere designat? Symbolica hac thæologia patefacere voluit Deus, quod sicut in Malagranato Regia Corona, quæ in cæteris arborum malis non sic cernitur, refulget; Ita Plures Coronæ ad pedes Sum. Pont. ac Reges, prouoluuntur; & cum etiam Campanulæ in eadem veste pendeant, Ideò Coronati & Principes Vniuersi ad ipsius Pontificis obedientiam aduocantur.

Quod docemus, in humanis etiam litteris, si ab his summa discere contendimus, ostensum apparet, Cum scilicet Gentiles Diuitiarum Deę Iunoni, Sacerdotem, non laicum, præponebant, simulachrumque Sacerdotis faciebant, in cuius manu malumgranatum erat; In hoc quidem, duo habentur, & quod Corona, in Malogranato significata, à Põtifice est obtinenda, & rursum, quod Diuitiarum Præses & Præfectus Pontifex est Sum. Sac., cum ipse Iunoni Diuitiarum Deæ pro Custode ac Rectore, prefæratur, nõ Laicus vel sæcularis, sed Sacerdos, ad temporalia etiam bona deputatus. Has verò diuitias temporaliaque bona ab ipso Sacerdote summo vllo vnquam tempore relinquenda ipsimet significarunt Gẽtiles, cum Sacerdotis præfati Iunonis pedes obligarunt cõ pedibus, prout in simulachro representabant, en, quomodo ab humanis Christianorum permulta eliciuntur documenta.

Habes preterea Zach. 6. duas Coronas in templo collocandas Dominum precepisse, Cur duas? In auro pretiosiori & pallidiori, spirituale Dominum exprimitur, In argento personante & claro, temporale regnum adumbratur.

Obijciunt deinceps aduersarij in contrarium dicentes Christũ temporaliter iudiciariam nõ exercuisse potestatem: Contra quos dicendum, quod Christus Dominus iudicauit in causis criminalibus, cum ait (*Io. 8.*) qui sine peccato est vestrum primus in eam lapidem mittat; Iudicauit in causis ciuilibus ac tributorum controuersijs (Luc. 20.) Reddite quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo; Iudicauit circa præcedentiam (Matt. 10.) qui voluerit maior esse inter vos, erit minister uester: Iudicauit circa religionem (Mat. 23.)

Hæc

Hæc oportuit facere, & illa non ommittere: Iudicauit circa morum honeſtatem (Matt. 15.) Non quod intrat in os coinquinat hominem: Iudicauit etiam in priuatis cauſis circa duas ſorores (Luc. 9.) Maria optimam partem elegit: En ergo quod temporaliter iudicauit Chriſtus Dominus. Quis verò Iudiciariam & temporalem Domini Ieſu Chriſti poteſtatem negabit, cum ipſum authoritatiuè ad ſe homines trahere videt, vniuerſiſque leges tradere, & regia quadam authoritate dicere, Audiſtis quia dictum eſt antiquis &c. Ego autem dico Vobis, &c. (Matt. 5.) Nunquid non clarè dicentem audiuimus (Io. 8.) Multa habeo de Vobis loqui,& iudicare? Quod ſi quis opponat, Dominus prædicta tanquàm Conſultor tantùm dixit; Contra,ait Mat. 7. Tanquam poteſtatem habens,& non ſicut ſcribæ & phariſei. Ac ſi dicat Euangeliſta ſacer, præcipiebat Dominus prædicta tanquam legislator non tanquam Conſultor,vel expoſitor. Cum etiam Arborem areſcere fecit, Cum iterum porcos in aquam perdidit, Nunquid non Dominum temporalem ſe oſtendidit? præcipuè verò cum nullus ſit auſus Dicere, cur mea perdis?

Quod ſi inſurgat alter dicens, quomodo Chriſtum regem dicimus ſine propugnatoribus,ſine Magiſtratu.&c. Reſpondet Iſaias propheta cap. 9. factus eſt principatus ſuper humerum eius,quem locum Nicetas in Nazianzenum,in orat. de Natiuit.iuxta interpretationem antiquorum Patrum explicans, Per humeros Chriſti,vires eius intelligens ait, omnes alij reges non in proprijs viribus imperium ſuum & regnum habent conſtitutum, ſed in alijs, puta in militibus,& ſatellitibus,& propugnatoribus.Chriſtus autem ſolus, principatum ſuum ſuper humerum habuit. Cæterum animaduertas frater illud D. Auguſt. lib. de ſpiritu & lit. quod Imperatorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Adde quod pergrata ſunt in vulgus ea quæ princeps de faſtigio illo dignitatis aliquando detrahit,cuiuſmodi eſt ſi ſine milite incedit, ita etiam docet Carol. Paſc. in lib. 2. Cor. Taciti.

Vnde verò eſt quod ita temporibus his ſic deſtitui videtur Orbis à Deo,vnde multi Principes inobedientes Summo Pontifici Frontosè eum impugnant? Ezech. 8. Cauſa narratur

potiſſima

potiſſima ruinæ Hieruſalem, Narratque propheta ſe à Domino raptum & conſtitutum in Hieruſalem ante fores templi, viditque propheta In Introitu ante fores quidem templi, Idolum Zeli, ingreſſum impediens, quid hoc eſt? Hic amor eſt proprius (la ragion di ſtato) qui tot annos fores Eccleſiæ occupauit ne virtus & Dei cultus locum haberet in ſanctuario, quamprimum per Dei gratiam ſublatum eſt Idolum, & amor carnis ceſſit amori Dei, en Virtus ingreſſa, en diſciplina reſtituta, en obſeruatio Canonum, Epiſcopi ſunt Doctores, & reſident in Eccleſijs, Benefitia dantur per examina Virtutum non ſanguinum. Sed peiores adhuc videbis abhominationes Vidit templum propheta vndique obſeratum, Iubet Vox, fode parietem, & introſpice, fodit, & vidit intra Sanctuarium Imagines belluarum multarum pictas in pariete & ſeptuaginta ex ſenioribus qui in tenebris dabant thura & quiſque colebat, belluam ſuam. ſic quiſque domi habet in tenebris ſuis belluam ſuam & colit vtcumq; in conſpectu hominum ſit ſpecioſus, colit ignauus Aſinū, Iracundus Leonem, Guloſus lupum, Inuidus canem, Luxurioſus porcum, elatus pauonem, hypocrita vulpem, & hęc ſunt ſcelera oculta quæ Dei gratiam extinguunt in Eccleſia, Habebat vnuſquiſque ex illis ſeniorib. Thuribulum (Hugo Card.) quo Alter alteri thura dabat, alter alterum igitur colebat, (oh deteſtabilis abhominatio,) & Hoc tunc eſt cum in Repub. Alter alteri defert, cum ſcilicet diſſimulat ex primoribus alterius delictum, (per ragion di ſtato) vt ſi eueniat poſtea oportunitas etiam ſibi deliquenti ſimili diſſimulatione parcatur. Vidit præterea Ezechiel Mulieres in templo flentes Adonidem ſuum inconſolabilib. lachrimis Hi quidem ſunt in Eccleſia Animi illi muliebres & effeminati, qui olim fruebantur Adonide, ideſt commodis, pompis, luxu, beneficiorum pluralitate, otio, fœliciſſimi omnium, & ſpecioſiſſimi. Nunc reformatio concilium, abſtulit incompatibilia, iuſſit curari animas, prædicare Verbum, viſitari eccleſias, inſtaurari pietatem: eheu quàm amarè delicati & morbidi plorant, dicuntque quàm iucundum erat ante Tridentinam ſynodum viuere. Vbi verò ingreſſus eſt Propheta Ezechiel ſancta Sanctorum, vah, quid vidit, Inter veſtibulum & Altare uiginti quinque uiros ampliſſimos & grauiſ-

ſimos,

ſimos,qui vertentes dorſa, & terga Altari aborabant orientem,ſolem,& hoc prope Altare Domini. quid turpius ? Hi ſunt maximi illi conſultores,& mundi columnę (Franc.Ferrar.) qui Eccleſiam ſuſtinere debent, & ecce Terga vertunt Altari, Nonnulli, nil minus curant quàm dignitatem Eccleſiæ, Adorant autem ſoles ſuos, à quibus humana, titulos,penſiones accipiunt, Alij ſolem Imperij, Alij Gallum, Alij &c. Obſequi Regibus non eſt malum, Vbi terga non vertuntur Altari, quia vtile eſt Eccleſiæ fauoribus Regum protegi, ſed adorare Reges, Deumq; contemnete, impium & omninò execrabile, Hæc ſunt quæ templum uaſtant, quæ uniuerſum deſtruunt, Ira enim Domini nimis per hęc prouocatur, Quare addit Propheta ex perſona Dei ſic Irati. Ergo & ego faciam in furore meo, non parcet oculus meus, nec miſerebor.

Paueant uerò aduerſantes illud Hilarij (de Trinit. lib.4.) ubi dicit, Hoc Eccleſiæ proprium eſt, ut tunc uincat cum læditur,tunc intelligat cum arguitur, tunc obtineat cum deſeritur,dum perſequitur floret, dum opprimitur creſcit, dum contemnitur proficit,tunc ſtat cum ſuperari uidetur. Quare & Auguſt.ſup. Matt. ait, Adhuc habet Eccleſia quod creſcat donec illud impleatur dominabitur à mari vſque ad mare. Et Caſſiodor. ſup. pſ.30. Eccleſia magis incipit eſſe vberima cum ad finem ſæculi erit perducta & rurſum Aug. de fid. ad Petr. Eccleſia eſt quædam forma iuſtitiæ, ideſt commune ius omnium. Hinc in veſte poderis ſummi Sacerdotis,vt docet ſapiens, totus erat orbis terrarum, Non in veſte aliorum principum orbis erat totus, totus Pontifici cōmendatus eſt orbis, & ſupra pectus quoad conſcientiam in ſpiritualibus,& ſuper humeros quoad temporalia.

Reminiſçamini fratres ſupremum eſſe in mundo Virum cui obtemperandum,quia (vt ait D.Pet. Griſolog. ſer. 173.) Nec ouis ad caulas peruenit, ſi pro ſuo libito peruagetur, nęc ſcientiam Diſcipulus poterit obtinere ſi doceri pro ſua voluntate contenderit, ægrotus quoque nunquam poterit recipere ſanitatem ſi pro ſuo fuerit curatus arbitrio. Reminiſcamini illud Pet. rauen. Quod ſtipiti rami, quod capiti membra,quod ſoli radij,quod fonti riuuli,hoc Apoſtolicæ Sedis eminentiæ debent omnes Eccleſiæ quas vbique terrarum

rum religio Christiana fundauit. Animaduertamus quod si Reges in orbe præsident, Pontifice benedicente, temporaliter vtiq; regnorum suorum Domini existunt, sed in hoc temporale summi Pont. Dominium etiam in eorum statu tributum dicimus, cum, si contingat ab orthodoxa Ecclesia Principes auertere, Christi Domini supremus Vicarius, temporali regno eos valida dextra exuere potest. Quod si Potentissimi, ac Catholici Reges, Sanctæ Matris Ecclesiæ fidem acriter tuentur, infidelesque propulsent, nedum temporaliter, sed in æternum Dominentur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

OMELIA IX.

Sine possessione, prescriptio non procedit.

FONS Margaritarum, ex cuius ore tot Margaritæ quot verba erumpebāt, D. ille Bernardus, qui contemplationi sic addictus erat, vt vix sensib. nisi ad offitia pietatis vteretur, sic ipse ait, vidi aliquando quinq; viros, & quid nisi freneticos arbitrarer. Primus siquidem buccis tumentibus marinā masticabat arenā. Secundus sulphureo astans lacui exaltantem teterrimum & fœtidissimum gestiebat haurire vaporē. Tertius fornaci imcumbens vehementer accensæ, micantes scintillas hiantibus accipere faucibus lętabatur. Quartus supra pinnaculum tēpli residens, leuioris auræ spiritū aperto ore retrahebat, & si quo minus influere videretur flabello sibi ventū traijciebat, ac si totum speraret aerem deglutire. Qintus seorsum positus ridebat cæteros, ipse quoq; ridendus, & maximè quia proprias carnes incredibili studio sugere laborabat, nunc manum, nunc brachium ori imponens;

Miſeratus homines, cauſamq; miſeriæ ſiſcitatus à ſingulis, vnam omnibus eſſe reperio, validiſſimam vtiq; famem. Tunc macilentiſſimas eorum facies contemplatus, recordabar Prophetæ gementis & dicentis, Aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum, quid proſunt hæc vobis, inquio, non ſunt naturales cibi, famem magis prouocant hæc quàm extinguant, Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari poteſt, repleri omninò non poteſt, Capacem Dei, quicquid Deo minus eſt non implebit. Sed non eſt concupiſcentiæ modum ponere, neq; amator diuitiarum dicet aliquando ſufficit, Emūt Nonnulli etiam à non Domino bona fide vt diuitias diuitijs copulent, tamen adhuc poſſeſſionem non ſunt adepti, Eia frater animaduerte quod non preſcribis, ſine poſſeſſione, ait regula, preſcriptio non procedit.

Non procedit, ideſt non inchoatur, ait Dyn. Nota quod qui preſcriptionem probat, ſecundum gloſam communiter probatam in capit. Volumus. 16. queſt. 4. non tenetur probare ſe continuè poſſediſſe, cum impoſſibile ſit, ſed probare ſufficit quod à principio poſſedit, & in fine, & quandoque in medio. Quinimò ſecundum Bart. in l. celſus, ff. de vſucap. ſufficit probare initium poſſeſſionis, & allegare nunc poſſeſſionem de preſenti.

Adde ſi profundius ſpeculemur, minimè neceſſarium fore probare poſſeſſionem in medio, Cum probat quis à principio poſſediſſe, & in fine, Nimirùm quemadmodum, vt ex conceſſis à prefata Gloſa impoſſibile eſt probare ſe continuè poſſediſſe, & ideò non eſſe neceſſe probare continuè poſſediſſe, ita etiam cum impoſſibile ſit probare in medio poſſediſſe, hoc non erit neceſſe probare, quod verò impoſſibile ſit probare in medio poſſediſſe, ex eo ſpeculari poteſt, quia penè infinita mediant inſtantia temporis; quis verò cõputare poterit iuſto numero inſtans medium? *Igitur*, &c. Adde etiam, quod *Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius*, de reg. *Iur.* lib. 6. Inſpicimus. At veriſimilius eſt eum qui habuit in principio poſſeſſionem & in preſenti habet, habuiſſe etiam in medio quàm aliter, quis n. interrupit illum qui poſſidens iam, & modo poſſidet? *Igitur*, &c.

De poſſeſſione verò dicta intelligas etiam de quaſi poſſeſſione,

ne, quia Incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur. ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. Et est differentia in prescribendo vrbanam & rusticanam seruitutem, quia rustica perditur per non vsum, vrbana autem non, nisi simul alius vsu capiat libertatem, Puta habeo fenestras, quas licet obstruam, non perdo Ius, sed si alius per idem tempus, altius eleuauit murum suum sic amitto.

Quamuis verò regula sit quod sine possessione prescriptio non procedit, Non est tamen regula quod omnis qui possidet, etiam longissimo tempore prescribat. Non n. prescribuntur à Laico Ecclesia, loca religiosa, Ius decimarum, primitiarum, oblationum aut alia spiritualia Iura, vel annexa spiritualibus, vt Iuspatronatus quia ea & si possederint, tamen possidere non possunt, etiam si mille anni transierint. Secundum Io. And. in c. ij. de preben. lib. 6 & secundum communem. Plura alia quæ prescribi non possunt vide in Sum, Siluestr. V. Prescript. ij.

Possessione etiam non interrupta sepè non currit prescriptio. Et dicit Panorm. quod nouem sunt Casus in quibus, stante possessione non currit præscriptio. Primò Vbi Ius non redditur. extenditur etiam si Ius reddatur sed periculum mortis adest, & vt dicit Bart. in l. de ætate. ff. ad trebel. Citatus tempore pestis habet iustam causam non comparendi & idẽ generaliter dic de omni alia causa impediente, ne quis rem suam petat. Secundò, Quando est Defectus Prælati, hoc est quando Ecclesia non habet Prælatum, vel Inutilem habet ad agendum, puta quia est excommunicatus, suspensus, vel captiuus, aut est dilapidator, vel malè alienans, quia toto tempore Prælati malè alienantis non currit. Tertiò, quando quis de Iure impeditur agere, sicut filius fam. & vxor viuente marito, & Pupillus durante ætate pupillari. Quartò, Quando est Schisma quoad Ecclesiam Romanam. Quintò, tempore conditionis quia res sub conditione non prescribuntur. Sextò, tẽpore feriarum repentinarum, quia precaueri non possunt. Septimò, quando quis abest reipublicæ causa. Octauò tempore furiæ vel prodigalitatis. Nonò tempore iacentis hæreditatis si non stat per heredem quin eam capiat.

Sine possessione prescriptio non procedit dicit regula. Peccata

quæ possideri non dicuntur, quinimò cum in illis inueteratur homo ipsa cum possident, vt ostendit Io. apoc. cum vidit cornua animalis coronis redimita in Dominij euidens signũ Peccara itaq; possunt ne prescribi? Respondet. Siluest. in sum. In foro animæ vllo tempore peccata præscribi non possunt, imo ea diuturnitas auget. De Iure autẽ ciuili si peccatũ est momentaneũ lapsus temporis pęnam alleuiat. l. si diutino tempore ff. de pen. Et quandoq; tollit ex toto. Et idem est de Iure Canonico, quantũ ad pænam fori contentiosi, Vnde dicunt cõmuniter Doctores, & sequitur Panorm. in cap. cũ haberet. Quod aduersus quodlibet crimen regulariter procedit præscriptio decem annorum, vt post lapsum quis nequeat accusari. Et in l Adulter. C. de adulter. dicitur quod Adulterium post quinquennium quis accusare non potest, nisi in duobus casibus, Vide glo. ibi.

Contra votum verò prescribitur ne cum per consuetudinem aliter sit inductum quàm religio statuit? Consuetudo enim est ius quoddam moribus constitutum quod pro lege suscipitur & tenetur cum ea deficit, ita Isidor. lib. 2. ethimolog. & Isdem lib. 1. solilog. inquit, Difficile est peccati consuetudinem vincere, prauus vsus vix aboletur, assidua consuetudo vitium in naturam conuertit, Animus scelerib. adstrictus vix ab eis diuelli potest, Quid ergo prescribitur contra Votum? Respõdeo non fieri prescriptionem contra Votum quin teneatur quis ad finem seruare, Nec contra Votum religionis consuetudo prodest. De elect. Cum causam. De preben. Cum iam dudum. Et consequenter prescribi non potest contra Ieiunia, & Vigilias & tentionem peccuniarum, quin obseruandæ sint constitutiones, si à prælatis mandentur quia hoc pertinet ad Votum professionis. Aug. in epist. ad Armentar. & Paulin. Quia iam vouisti, inquit, iam te astrinxisti, aliud tibi facere non licet, Non te vouisse peniteat, Imò gaude, iam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. fælix neccessitas quæ in meliora compellit. Hæc August. Et de quibusdam qui malè dispensationem querunt, ait D. Bern. de precep. & dispens. Absque neccessitate remissio Voti, non dispensatio sed preuaricatio est. & alibi idem Bern. Iustè exigitur ad soluendum qui non cogitur ad Vouendum.

Vide;

Videtur profectò hæc regula Religiosorum documentum dicens sine possessione prescriptio non procedit, ò Vos Religiosi qui nihil ab initio in ingressu religion. possidere profitemini, Cur uobis prescribere nihilominus temporalia contenditis? sine possessione non procedit præscriptio. Bern. hom. 4, sup. miss. est, Video quoddam, ait quod sine dolore uideri non debet, post aggressam Christi militiam, rursus implicari sæcularibus, rursus terrenis cupiditatib. immergi; Cũ magna Cura erigere muros, & negligere mores; sub pretextu quoque communis utilitatis, uerba uendere diuitib. & matronis salutationes; sed & contra sui Imperatoris editum, concupiscere aliena, & sua cum lite repetere, ita nec se mundo, nec sibi mundum crucifixerunt, ut qui ante uix in suo uico uel oppido cogniti fuerunt, modo circumuenientes prouincias, & Curias frequentantes, Regum notitias, Principũ familiaritates assecuti sunt. Hæc Bern. meritò Mapheus Veg. Aurum loquentem inducit, ac dicentem, Ne contemnat aliquis spoliatum me omni motu prorsus & sensu cum nihil sit sub orbe quod non vigorem meum sentiat; quod nõ immotus ego moueam, & quo velim traham, hoc vno, si dicere fas est, Deo magno persimilis qui cum nũquam moueatur, moueri tamen omnia nutu suo facit. En & religiosi propter aurum mouentur.

Dicere verò potest talis religiosus illud D. Gregor. in prologo mor. Cuncta sollicitè fugiens portum monasterij petij & relictis quæ mundi sunt, vt frustra tunc credidi, ac ex huius vitæ naufragio nudus euasi, quia enim plerumq; Nauem in cautè religatam etiam de sinu tuti littoris vnda excutit, cum tempestas excrescit repentè me sub pretextu Ecclesiastici ordinis in causarum sæcularium pelago repperi, & quietem monasterij, qui habendo fortiter tenui quam strictè tenenda fuerit perdendo cognoui.

Horum vita à D. Hyeronimo describitur in epist. ad Nepotian. Nummũ addũt nummo, & marsupiũ suffocantes matronarũ opes venantur obsequijs, Modica Escha in hamo ponitur, vt matronarũ in eo sacculi protrahantur. Sic bestiæ, sic aues, sic capiuntur & pisces, parum tribuunt, vt amplius accipiant, quæ magis venatio est appellanda, quàm Donatio.

Hæc

Hæc Hieron. similes verò sunt fallaces illi religiosi Racheli quæ sub stramine cameli abscondit Idola Laban, patris sui. gen. 31. stramenta Cameli, & asper religionis habitus, bona hippocritarum Verba sunt, recta lanę mentis demonstratio, qua solliciti ostenduntur de animarum proximorum salute, sed sub his Idola iacent, Cupiditas, Ambitio, Auaritia quibus aguntur.

Initio quidem multi nil possidere fingunt, At progressu temporis, nedum possidere sed & sibi omnia prescribere conantur. Vt Falco accipitrum velocissimus arripere cupiens ardeam auem altè volantem, De qua latinus ait Poeta, Atq; alta superuolat ardea nubem, Non statim cum primùm eam videt, ad eam recto tendit volatu, sed potius primo cursu, & anfractu, videtur eam relinquere, & contemnere, & ab ea fugere ac separari, At secundo volatu aut tertio, ad eam admirab. redit impetu, & incredibili velocitate, vt illā vnguib. rapiat in aeris altitudine. Ita quidam Hypocritæ & Pollitici, primò anfractu videntur aliquando mundi opes, dignitates, & temporalia queque aspernari; Sed hoc fingunt, vt ea altiora aucupentur, cum illustriore nominis amplitudine; Secundo enim aut tertio volatu, mira celeritate & industria eas arripere conantur, Nihil est magis illis cordi, nihil magis in optatis quàm ea consequi quæ despicere videntur, Id quod in non nullis conspeximus qui ad ea quæ contemnere & pro nihilo putare fingebant, cupiditate incitati rapiebantur, Hi sunt qui maledicuntur Eccl. 2. Væ duplici corde & labijs scelestis, & manib. malefacientib. & peccatori terram ingredienti duab. vijs, Duabus n. Vijs terram ingreditur Hippocrita, cum aliud in animo recondit aliud factis ostendit, aliud eloquitur, aliud agit. De his Deut. 22. dicitur, Non indueris vestimento quod ex lana, linoque contextum est, quod scilicet subtilitatem malitiæ lino designatæ cooperit, & simplicitatem Innocentiæ lana significatæ exterius fingit, Hoc detestare. Idoneus esse nequit talis Religiosus, Deuita polliticum hunc maledictum. Audi D. Bernar. Preocupatum sæcularib. desiderijs animum delectatio sancta declinat, nec misceri poterunt vana veris, ęterna caducis, spiritualia corporalib. summa Imis, vt pariter sapiat quæ sursum sunt, & quæ sup. terram.

D. verò

D. verò Chrisost. sup epist. ad heb serm. 25. modum docet quo omnes diuites fiant, & ait, Contemne diuitias, & eris locuplex, Sed quo pacto locuplex fit qui possidere negligit con temnitq; diuitias? D. Th. 4. d. 48. q. 5. a. 1. Animaduertit quod post vniuersale Iudicium, mundus hic innouabitur cum his corporalib. & hoc profectò non quia amplius homo indigebit corporalibus ad vitæ corporalis sustentationem, quia eius corpus omninò incorruptibile virtute Diuina erit, id faciente per animam quam immediatè glorificat, neq; etiam quia homo indigebit ministerio corporalium ad profectum Diuinæ cognitionis, loquendo de cognitione intellectiua, quia tali cognitione. Deum sancti immediatè per essentiam videbunt; sed innouabuntur corporalia hæc quoniã seruient homini in hoc quia ad diuinam illam visionem essentiæ, oculus carnis attingere non poterit, & Ideò vt eius etiam solatium congruens sibi de visione Diuinitatis prebeatur, inspiciet Diuinitatem in suis effectib. corporalib. In quibus manifesta Iudicia Diuinæ maiestatis apparebunt, & precipuè in Carne Christi, & post hoc in corporib. beatorum & deinceps in omnib. alijs corporib. & ideo oportebit vt etiam alia corpora maiorem influentiam à Diuina bonitate suscipiant, licet nõ speciem Variantem, sed adentem cuiusdam gloriæ perfectionem: cæterum Hæc bona, has Diuitias quisnam possidebit? Beati pauperes spiritu ait Veritas ipsa, Illi possidebunt qui contemnunt, Rectè ergo ait Chrisostomus; Contemne Diuitias & eris locuplex.

Casus. Qui Diuitias amat, potest ne fælix esse? Dimissis Christianæ Scholæ responsis, vt & mundani ipsi citius credant, Respondeat Seneca, Porrò ait Moralis Seneca, lib. de morib. Mihi crede, non potes esse Diues & fælix. Respondeat Tullius, Hic .n. lib. 1. offi. Pecuniæ, inquit, fugienda est cupiditas, Nihil est .n. tam angusti, tamq; parui animi quàm amare Diuitias, Nihil est honestius atq; magnificentius quàm peccuniam contemnere. Ille. Ex hoc Philosophi ipsas spreuere Diuitias. Vt ponit Valer. Anassagoras enim cum omnia sua dissipata cerneret, ait, Non essem ego saluus, nisi illa perijssent, Propterea etiam Crathes Thebanus, Athenas ad Philosophandum pergens, bonis suis venditis, & in aurum commutatis pretium illud mari

tradidit, dicens, Ite aurum & Diuitiæ, potius vos mergam, quàm mergara à Vobis. Ecce igitur. &c.

Sine possessione &c. Spe fallaci nutriuntur mundani, vnde tandem nil obtinent, quinimò penitus ruunt. Spem falacem quidam eleganter pingebat, Cum spem ipsam nudis mammis ostendebat premanib. nubem tenentem, ac in fronte, vno tantum oculo prestantem, Nuda nanque habet vbera spes vana, cum ipsa libenter quemq; nutriat, nubem prefert cum ipsamet quasi nubes à vento pulsa! paruo interposito tempore euanescit, vnico etiam videt oculo spes falax quãdoquidem qui veræ fiduciæ lumine caret, de facili desperans fidei lumen omninò ammittit. Singuli precipuè principes aurea Tiberij Cesaris verba memoriæ mandent. Cuncta mortalium incerta, quantoque quis plus adeptus est, tanto se magis in lubrico Dictans. Nunqnam etiam cuiquam fortuna Vbiq; est bona, cui n. illa in rebus publicis est valida, domi plerunque est improspera, Homo nanq; non semper in eodem statu permanet.

Qui minus habet plus possidet, vnde & fælicior. Huc tendit Hesiodi dictum. Dimidium plus toto. Sed quomodo hoc verificatur, vt scilicet dimidium plus sit Suo toto? Auaritiæ damna perpendit Hesiodus, Quis.n. vnquam aut Rex aut populus conatus iustam mensuram transgredi & plura appetere, non omnem presentem fælicitatem perdidit, magnisq, & difficilib afflictus est calamitatibus? Aut quis fuit paucioribus volens esse contentus qui non copiosiora quàm alij possederit tutissimeq; vsus sit bonis datis? Sanè non efficit diuitem maior abundantia vel copia rerum sed minor cupiditas, qui.n. paruo contentus, id tantum cupit, quod neccessitati vitæ sufficiat, is abundè est locuplex propter honestum, quod facilius implere potest, desideriũ. Quod cum impleuerit liberatus est etiam ab omni, qua alij rapiuntur. habendi anxietate. Qui verò quantumlibet diues plura concupiscit, plurib. indiget, quia perseuerante acquirende insatietate, efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas, Neq; finem vnquam habet vorago illa cupiditatis.

Cæcam Aristophines (in Pluto) pingebat Diuitiarum Abundantiam

dantiam tum ex eo quia opum copia, vt plurimum Immeritorum hominum domum intrat, quæ si occulis prædita esset, ad benemeritos solum intraret, tum etiam, quia Abundantia ipsa rerum cæcos possidentes reddit. Quis verò cecum fælicem dicet? Quale gaudium michi qui in ten. sed. & lum. cæli non video?


Eia fratres, Non ad hoc nos de paradiso volupt. animaduersio Diuina eiecisse uidetur, ut alterum hic paradisum sibi adiuentio humana pararet, Homo ad laborem natus, si ipse laborē refugit non facit ad quod natus est, ad quod venit in mundū. Quid rspondebit ei qui misit eū, qui instituit eum, vt laboret? Quid miseri tantopere flagellum declinatis? mutatis, non effugitis pænitentiam, Nam malum impunitum esse non potest.

Memores estote fratres quod minatur Dominus (Esa. 14.) dicens, Ponam eam in possessionem Hericij. Quid? Hortum intrat Hericius, poma comedit, oneratur pomis, fælix sibi videtur; sed cum ab Horto egredi contendit, cum foramen angustum nimis existat, exire minimè valet, nisi depositio prius ac derelicto pomorum onere, spinis sic suis tantummodo circundatus; Ita certè Diues Diuitiarum malis in hoc Sæculo onustus, è mundo egressurus diuitias deponere opus admodum erit, spinisq; ipse dumtaxat extra Mundum hunc Vndequaq; Vallabitur.

Quid ergo agimus? Agite fratres, tandem, date, date pauperibus. Quod si forsitan queratis Melius ne sit rebus proprijs vti, ac sic paulatim possessionum fructus pauperib. erogare quàm semel, & simul vendere omnia & dare pauperibus, Respondet D. Hier. in Reg. ad monac. c. 19. dicens, Quod autem asseris eos melius facere qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt, quàm illi qui possessionib. venditis, semel omnia largiuntur, Non à me sed à Domino respondeatur. Si vis perfectus esse, Vade & vende omnia & da pauperib. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

OMELIA X.

Omnis res per quascunq; causas nascitur, per eas dissoluitur.


Dmirabilis Fons ille de quo Vita & Mors simul emanant, de quo affirmant plures, Si contingat in eum mortuũ immitti Animal, quod viuum extrahitur, & contra si viuum mergitur, vtiq; vita exuitur; Quare ex eodem prorsus fonte, dulce & amarum, sapidum & insulsum, Iucundum & tetrum, pariter fluunt. Quid fonti huic simile adinueniri vnquam potest? An Deus? Certè Mors, & Vita in manu Dom. At in ipso, vitam habent omnia; An Lingua fons est à quo contraria erumpunt? Ita prorsus, Ipsa n. & benedicit, & maledicit, & suadet & dissuadet, Hinc Anacharsis rogatus, quidnam in hominib. bonum, ac malum simul, linguam esse affirmauit, sed melius Sapiens, Mors, & Vita, inquit, in manu linguæ, Verum generalis est Regula. Omnis res per quascunq; causas nascitur, per eas & dissoluitur. A'quo principium & esse, ab illo finis & non esse.

Regula ex aureo D. *Io.* Chrisost. ore est desumpta. Omnis res per quasc. cau. nasc. per eas dissolu. Idq; ex philosophiæ principijs Desumptum; Quippè & creare habet, & ad nihilum redigere eadem causa. Sanè effectus in causa dupliciter, hoc est & secundum Dominium, & secundum similitudinem existere, præcipuè ab Ang. Doc. dicitur (ver. q. 27. 7. c.) quinimò Peccatum primum per fæminam, vt initialem causam, per virum verò vt per completiuam, dicimus. Et ipsum quoque peccatum, per fæminam, nempè per *Imac. V.* Mar. initiatiuè quidem, ac per filium ipsius D. *I.* Chr. completiuè dissolutum fuit (12. q. ij. Cum Redemptor) Quare August. cont. Faustum. de filij D. Incarnatione loquens ait formam viri assumendo, & de fæmina nascendo vtrum-

que

que sexum hoc modo honorandum indicauit.

Ita pariter; Peccatum per sensualia introductum, in cibi vetiti comestione, fuit; Ipsum verò etiam per sacramenta, quæ in sensibilibus consistunt, humiliter per ipsa querendo salutem, dissoluuntur (1.q.1.Multi. ibi Sacramentum est) Peccatum actuale, corde, per cogitationem committitur; per locutionem ore; opere per sensuum abusionem: & ipsum per contritionem cordis, per oris confessionem, per operis satisfactionem, quæ semper, saltim in proposito, requiruntur, remittitur (De pen.d.3.penit.cogit) & secundum Pet. de Tarant. Sicut sufficienter Mortale peccatum sola voluntatis conplacentia committitur (15.q.1.non est) Ita & sufficienter, dissolui potest per detestationem solam voluntatis, quæ dicitur dolor Intellectualis, absq; sensuali dolore. D. Anton. p. p. tit. 20. de reg. Iur. Similiter excomunicatio solo verbo fieri potest, ergo & absolutio ab ea, vt Io. And. arguit.

Fallit verò hæc regule in Matrimonio, quod, solo consensu contrahitur (27.q.ij.sufficit) sed solo dissensu non dissoluitur (32.q.7.licitè) Item in ordine, & Baptismo, quia Sacramenta semel habita nunquam ammittuntur (1.q.1. quod quidam)

Regula sic intelligenda, secundum Archiep. flor. hoc in loco: Si dissolubilia sunt aliqua, vtiq; ab illis causis à quib. ortæ sunt dissoluentur, dum modo Causæ liberæ sint; Si verò causæ non sint liberæ, regula fallit.

Hanc Archiep. declarationem claram conspicimus in eo, quod potest siquidem à se ipso Homo peccatum perpetrare, sed illud à semetipso detestari minimè valet, Quemadmodum sanè quis à seipso in foueam ruere queit, sed sine alterius adiutorio exire nequit. licet & melius dicamus quod peccare deficere est, & omnis creatura à bono secundum se ipsam nisi à Deo seruetur deficere potest (D.Th 1.2.q.109. 2. 2.) sed peccatum detestari ex Dei illuminatione est, quæ profectò illuminatio, in Dei solius potestate, non in hominum voluntate, est constituta.

Occasionem tribuit regula presens, discutiendi quo pacto conuertatur, ac iustificetur iam lapsus peccator; Ne ergo per hãc regulã valdè decipiamur, Aliqualiter veritatẽ han. ape

 riamus.

riamus. Multæ sanè sunt Authoritates, quæ sibi circa materiam gratiæ & lib. arbit. contrariæ videntur; vt illud. Si volueritis,& audieritis, bona terræ comedetis, sed quasi è contra; Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, Item illud Euangelij, Reddet vnicuique secundũ opera sua; Et quasi è contra, Apostolus. Qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona voluntate. Item illud, Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Et quasi è contrà, Nemo venit ad me, nisi qui misit me traxerit eum. Item illud prou. Rectos fac gressus pedib. tuis & vias tuas dirige,& quasi è contrà, orat propheta, Dirige in conspectu tuo viam meam; Item, facite vobis cor nouum,& spiritum nouum,& quasi è contrà Dabo vobis, (ait Dominus) cor nouum,& spiritum nouum. In omnib. verò his,& Gratia Dei,& libertas nostri declaratur arbitrij, & quia interdũ (vt ait D. Anton.) suis etiam motibus homo ad Virtutum appetitum possit extendi, semper verò à Domino indiget adiuuari, Nec n. cum quis voluerit, sanitate perfruitur.

D. verò Fulgentius ad Theodorũ Senatorem, sic scribit, Quia viam mandatorum currere delectaris, non hoc tibi dat natura, sed Gratia, Nam & Oculus sic factus est, vt videre lumen possit, sed videre non potest nisi se illi lumen infuderit, quod ergo videt oculus, benefitium est luminis, quo si caruerit, cæcus manebit in tenebris, Nihil itaque tibi boni, tanquàm tuum assignes, ne non accipias quod accipere poteras & quod acceperas perdas. hæc Fulg.

D. Anton. (2. p. hist. tit. 15. c. 2. §. 13. ex Io. Cassiano collat. 13. Cheremonis) de protectione Dei,& gratia, ait. Aliqui Philosophi gentiles, qui Dei gratia carebant visi sunt tenere perfectam castitatem, sed addit, credendum est (inquit Cheremon) philosophos nequaquam talem Castitatem animi, qualis à nobis exigitur assecutos, scilicet, etiam cogitationum, & affectuum turpium exclusionem, sed tantùm abstinentiam ab actibus carnalib. ut de Socrate. Post longam verò digressioně de gratia & lib. arbit. ex eodem Io. Cassiano ibidem D. Ant. concludit. Tria tenenda sunt, Primum est, vt attendat unusquisque ad desiderandũ omne quod bonum est, sed ita, ut non in alterutram partem plenum sit liberæ voluntatis arbitrium: secundum uerò, Diuinæ

esse

esse gratiæ, ut efficere ualeat exercitia uirtutum, sed ita, ut possibilitas non extinguatur arbitrij. Tertium quoque ad Dei munera pertinere ut acquisitę uirtutes perseuerantia teneantur; ita tamen, quod captiuitatem libertas ad dicta non sentiat. Sic.n. Vniuersitatis Deus omnia in omnibus credendus est operari, ut incitet, protegat, atque confirmet, non Vt ipse auferat quam semel concessit arbitrij libertatem. hæc ex Io. Cassiano apud D. Anton.

Gratiam uerò à Deo nobis dari secundum merita præcedentia, à ueritate alienum apparet. D. nanque Paulus ad Rom. c. 9. de Iacob & Esau, ait, Cum nundum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior, seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Vbi exponens D. Tho. hunc locum, ait, Per hoc excludit Apostolus Manicheorum errorem, qui diuersitatem eorum quæ hominib. accidunt natiuitati adscribunt, vt scilicet vniuscuiusq; vita & mors dispensatur secundum constelationem sub qua natus est, contra quod dicitur Hierem. 10. A signis cæli nolite metuere, quæ gentes timent. Cum autem dicit D. Pa: Aut aliquid egissent boni, aut mali, excludit errorem Pelagianorum, qui dicunt secundum Merita præcedentia gratiam dari, cũ tamen scriptum sit. Tit. 3. Non ex operib. iustitiæ q; fecimus nos, sed sm̃ suã misericordiã nos saluos fecit, vtrũq; autẽ horum ostẽditur falsum, per hoc quod ante natiuitatẽ, & ante opera unus filiorũ Rebeccæ, alteri est Prælatus. Per idẽ etiam dictũ D. Pauli, inquit D. Th. excluditur error Origenis, qui posuit animas hominũ simul cum Angelis creatas esse, & q pro meritis eorũ q; egerunt benè vel malè, diuersitatẽ vitę sortiuntur, secundũ quẽ non posset esse verum quod dicitur à D. Paulo, Cũ nundũ aliquid mali vel boni egissent. Non ergo ex meritis nostris, dat nobis Deus gratiam, Non ex operib. iustitiæ quæ fecimus nos saluos fecit, ait Apostolus, quod explicatum à Propheta regio videtur, dicente, Cor mundum crea in me Deus, verbo, crea, vtitur, ostendens quod quemadmodum in creatione nil ex parte rei supponitur, ita etiam in gratię infusione nil meriti ex parte hominis, supponitur, propterea Idem Apostolus, alibi de

 saluan-

saluandis, dicit, Creati in operibus bonis, & alibi ipsemet, ait, Sorte vocati sumus, quandoquidem sicut in sorte, nil humana valet industria, ita in diuinæ gratiæ infusione, merita non operantur; inquit n. propheta Deum alloquens, In manib. tuis sortes meæ, Ac si apertius diceret, A'me ipso ex praua mea voluntate cecidi, humana mea industria, quid ad ressurgendum valet? In manibus tuis domine sortes meæ.

Cum verò dicimus, facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam, profectò, secundum communem Catholicorum doctrinam addendum, facienti quod in se est, ex uiribus gratiæ prçuenientis, Deus non denegat gratiam concomitantem, ita, Dauid (ps. 22.) Dominus regit me, & nihil mihi deerit, Quam iterum doctrinam conformem Doctrinæ D. Pauli dicamus, cum docet, ex nobis, nihil boni cogitare posse (Rom. 7.) & animalem hominem nihil percipere eorum quæ sunt spiritus Dei. (1. cor. 2.) Sciuntque Pollitici (secundum Car. pasc. in li. 1. an. Tac.) quod in rebus memorabilibus princeps sua manu primum opus incipere debet.

Exemplum iustificationis quo videat quisque quo pacto ad Deum peccator conuertatur, & iustificetur, ante omnium oculos proponamus. Ad piscinam Dominus accessit, & inter omnes selegit paralyticum, quem sanandum curauit. In illo facto reuerà iustificationis datur ordo, & modus, (Frāciscus Ferrar. or. min.) Prius ergo, ut refert Io: Vidit Dominus paraliticum, oculo illo scilicet, quo meliora probat, Tum dulciter compellat, Vis sanus fieri? quo Verbo, tria facit; primò Voluntatem eius requirit, volentem trahit, Non iustificabit te sine te, Neque ipsos infantes baptizamus, nisi ore saltim patrum dicant uolo. Secundò in spem, ut ait Cyrillus, excitat sanitatis, quando homine indiget. & ecce ab homine compellatur, fortè hic misertus eius iuuabit ad descensum aquæ; Tertiò nostros monet Confessores, & Curatos, ut sic suos ægros, post multos annos quibus in eadem iniquitate manserunt, semper in eodem statu redeūtes, cōpellent sic; Vis sanus fieri? sine hac uoluntate, & proposito actuali, nulla remissio fili mi. Quid facis? Deū derides? nihil queris è Sacramento hoc nisi Cerimoniam sine fructu?

Obserua

Obserua autem quod gratia hæc præueniens sic compellans, non est forma, aut qualitas infusa, sed motus tantum Diuinę manus sic attrahentis, Ego sto ad ostium & pulso; uox illa clamans, Venite ad nuptias, Paralyticus autem sic compellatus, & excitatus ex libertate sua potest vocanti benè, & malè respondere, Non cogitur, sed uocatur, trahitur, sed uolens, Ab eo uerò trahitur qui atting. a fine usque ad finem fortit. & disponit omnia suauiter Tertul li. primo cont. Marcionem. agnoscit in hac hominis libertate, maximam partem imaginis Dei; Ita D. August. de spir. & lit. c. 34 consentire, & dissentire, humanæ uoluntatis est, & super Io. Cætera potest homo nolens, credere, nō nisi uolens. Ante Aug. Paulus. Act. 13. Vobis missū est uerbū salutis huius, sed quia repellitis &c. Ante Paulū. Steph. Vos semper restitistis spiritui sācto. Act. 7. Ante Stephanū Christus Dominus, quoties volui congregare vos, & noluisti? Mat. 23. Ante Christum, Salomon, vocaui & renuistis. Prou. 1. Renuentem tamen Adhuc vocat certis horis gratia Dei vsq; ad vndecimam, Tandem destituit, indurat, obscurat, aufert maceriam. sic derelictus homo in periculoso & difficili statu, De quo Io. 8. Non poterant credere. Sola tamen finalis impenitentia est, simpliciter irremissibilis, quare & ab ea destitutione reuocatus est Nabuc, & Manasse, & de Iudæis Pau. ait Rom. 11. potens est Deus iterum inserere illos.

Annuentem verò & consentientem, Dei gratia curandum suscipit, sicq; in eo turbat piscinam, dat & auget motus attritionis, quib. peccator agnoscit & fatetur suam miseriam, Hominem non habeo, agnoscit neccessitatem gratiæ, optat, obsecrat, sicq, ad iustitiam disponitur, virtutes verò acquisitæ sunt immediata præparatio, Hæc autem dispositio, pænitentem à peccatore distinguit, promouet gratia præueniens opus attritionis, ad statum contritionis, ad amorem ex timore, vt tandem dicat, Tibi soli peccaui, Pater peccaui in cælum & coram te, Multi vocati, pauci verò electi, qui? Illi (inquit August. ad simp.) qui vocantem non contempserunt, sed credendo sequuti sunt.

Paraliticum sic excitatum, preparatum, Christus Sanat, dicens, surge; Vox operatoria est, verbum practicum, quale est Sacramentorum nostrorum, Iubet quod vult, & dat quod iubet,

iubet, vt surgat iubet, & simul ad surgendum dat vires. Sic sanat Christus, tollit paralysim, dat robur. tollit culpam, infundit gratiam, & sic iustificat formaliter, hæc n. Gratia Sanatiua, non tantum est motus Dei, sed forma, & qualitas à Deo creata, & infusa homini, qua sanatur & Iustus fit, Vestis illa nuptialis. Charitas diffusa in cordibus. Quare principium iustitiæ fuit à Gratia præueniente, finis est à gratia iustificante.

Postremò verò ad ostendendam, probandam, exercendam atq; augendam Sanitatem, Sanato precipit Christus, Tolle grabatum & ambula, obedientia hæc est primò satisfactoria pro præteritis 2. meritoria gratiæ & gloriæ 3. testificatoria virtutis. Hoc autem facto, primum illustrat gratiam suam quando apparet hunc alias impotentissimum, robustum iam & bene valentem effectum esse Ita quod prius, lectus ferebat hominem, & quocunq; volebat decumbentem ferebat, Nunc, eius homo lectum defert. Sic sic probatur veritas ac vigor Diuinæ gratiæ, si uerè recipimus, si domini sumus Cupiditatum. Hoc deinde auget gratiam acceptam. hæc n. obedientia duplex habet meritum gratiæ & gloriæ, quare & confirmat, & auget hoc exercitio robur. ex longo hoc discursu omnia à Dei gratia pendere uidistis.

Sic n. nunciauit Paraliticus incredulis diuinæ gratiæ efficaciam; *Iesus est qui me sanum fecit*, quid autem dicere potest peccator iustificatus, nisi, Iesus est qui me sanum fecit? Apoc. 3. ait Io. qui uicerit faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ hierus. Reuerà qui uincit in spirituali bello (militia etenim è uita hominis) nil aliud dicitur esse preterquam columna in templo, ait Ioannes, Columna quippè in templo deseruit, non tamen ex se ipsa ad templum uenit ad illud sustinendum, Artifici gratiæ agendæ, qui modum tenuit ut eam ad templum traheret; Sic etiam de fideli dicendum indicat Ioannes, cum ait, qui uicerit faciam illum columnam, & Dominus, In funiculis Adam traham eos, Et scribam super eum nomen Dei mei; statuarij celeberimiq; Pictores dum aliquod preclarum fecerint Opus, proprium nomen super illud inscribunt dicentes. Talis facie-

bat,

bat, vt si qua excelentia in opere illo repetitur, opifici adscribatur. Hoc pacto videtur mihi Dominum in iustificatione hominis egisse. Qui vicerit faciam eum columnam in templo & scribam super eum nomen Dei mei, Deus fecit, Iesus est qui me sanum fecit, scribêdum verò etiam, subdit, nomen Ciuitatis, Vt conspiciatur non è terra hoc esse sed è cælo, non humanum sed Diuinum & Sanctorum Intercessione sepè peractum.

Audi audi. Iesus est qui me sanum fecit, multa siquidem concurrunt, sed tamen omnia à Iesu manant, Gratia Dei sum id quod sum, Est causa efficiens creans gratiam remittens culpam, Iesus est qui me &c. Est causa meritoria, Iesus est, cuius liuore sanati sumus; Est causa ministerialis sacerdos, Iesus est qui instituit: Est causa instrumentalis Sacramentũ, Iesus est qui dat efficaciam; Est Causa formalis gratia, Iesus ē qui infundit; Est causa dispositiua Voluntas hominis, Iesus ē qui mouet; Est causa finalis gloria, Iesus est pro cuius gloria omnia fiunt.

Iesus ē qui &c. Omnia ponit Dominus in Iustificatione nostra, sufficit verò vt nos tñ iustificari velimus, Nimirùm cũ Dom. Surdũ ac mutũ, de quo fit mentio Marc. 7. sanauit, Vna ex circumstantijs, quã ipse Redēp. in tali habuit cura, fuit quod Ingemuit, vt ibi dicitur. Peto autem, Cur Domine homini indigenti benefaciens ploras? An contra voluntatem tuã donas? quod si beneficium rectè in homine locatur, cur doles? si verò malè locatum illud est, cur concedis? Plura circa hoc dici possent. At modò cum Egr. Viro Ant. Feo, Fleuisse dicamus tunc Dom. in restitutione linguę & sermonis, Cum hæc tantopere periculosa existant, per sermoneq; hominum millia pereant: hocq; gemitu ostendit Redemp. petendam à Deo gratiam, vt benè mutus lingua vtatur: Adde simile de auditu dicendum, Fleuisse vz. Dom. condolens surdo, qui prius mundi absurda non audierat, Apertis deinde auribus, tot dissona, quæ hominum confodiunt corda audire debebat. Postremò verò dicendum, gemitus Christi in huiusmodi benefitij collatione causam fuisse, Vt sciremus quod infirmum Dominus proprijs sanabat expensis, quodq; omnia Saluator in talis largitione benefitij ipse ponebat, etiam lachrimas, nilq; è domo sua Surdus & mutus ferebat,

præter salutis desiderium; vt tandem videamus, Ita Dominum erga nos se habere quod, Vt nostri tollatur excusatio, si velimus tantùm Ipse saluat, Nec nos quicquam expendimus (Nō ci costa niente questa salute) præter velle, vel assentire, quemadmodum clarè in paralitico constat, quem interogauit Dominus. Vis sanus fieri, habito verò assensu sanatus est. Quare Tertul. de Pænit. c. 4. ait, hæc te peccatorū fluctib mersum perleuabit, & in portum Diu clementię protelabit. Vbi Verbum illud, Protelare, in phrasi Tertuliani, iuxta comentum Pamelij, significat gratis aliquem ferre sine præmio, quinimò ei alimenta administrare, & incolumē seruare (franco da ogni cosa) quemadmodum si Nauclerus, ex Neapoli nauigio me susciperet, nedum non soluto Viatico, sed victum etiam præstando, Romam me veheret &c. Ita fecisse Dominum iam cum hæbreis affirmat Isdem Tertul. 4. cont. Marc. cap. 21. dicens, Qui non vno die sed annis quadraginta: nec de inferioribus materijs, panes, & pisces, sed de manna cælesti: nec quinque circiter, sed sexcenta millia hominum protelauit. Hæc Tertul. ibi. Vbi per, protelauit. intelligit dare omnnò gratis nostris nullis adhibitis expensis, Hoc est quod inuit Esa. 52. absq; argento redimemini.

Pulcrum in hoc proposito est quod subijciam exemplum. S. Paulinus Epist. 34. ad Machar. Narrat quendam Virum Cathecumenum iter quoddā sūpsisse, qq; Ascendit nauim iste sed postea maxima orta tēpestate in mari, nautæ ipsi è naui in mare se proijecerunt vt vel natantes saluarentur, relictoq; solo Cathecumeno in naui ecce apparuit sibi Christus, cūq; vigintitribus diebus à fluctibus & flatu Nauis quateretur, Christus ipse Dominus Naucleri officio fungens, modò ad clauum, modò ad Velum, modò hùc, modò illùc cucurrebat, sed singulare hoc à Cathecumeno expostulabat, Vt nimirùm cum ipse Dominus manum admouebat ad aliqua, siue ad clauum, siue ad velum, siue ad aliud, singula ipsa Cathecumenus saltim manu etiam sua tangeret tantùm, quamuis nullo adhibito impulsu vel labore; Et asserit D. Paulinus quod Ipse Cathecumenus stupebat, laborem sine labore pręcipi. Hæc nempè suauitas est Dei dum sua nobis confert beneficia quod si nostram in hoc expostulat actionem, hæc tā

facilis

facilis est vt solum sit velle facere &c. In litteris quæ Romæ admittũtur, Sum. Pont. hoc ponit, Fiat, sed nos soluimus pro contingentibus &c. In his quæ à Deo obtinentur. nos ponimus fiat, & quod maius est à Deo ponitur. Cui gloria in secula. Amen.

OMELIA XI.

Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.



Ptimè Tullius in sua Rettorica Philosophatur, inquiens, Quis dicat vtile hominem incommodo alterius, suum commodum augere, & alterũ altero aliquid detrahere? hoc est magis contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quam dolor, Nam in principio coniuctum hominum collit; si .n. hæc affectio nobis insit, Vt quis propter suum emolumentũ spoliet, aut Violet alterum, neccesse est dirumpi societatem humani generis, quæ est secundum naturam, Vt si Vnum quodque membrum putaret se plus valerè si proximi membri ad se Valetudinem transduxisset, debilitari & interire totum Corpus neccesse esset; Ita etiam in humana societate, nam sicut concessum est vt quisq; malit sibi acquirere quod ad Vsum Vitæ pertineat quàm alteri, & hoc natura non repugnante, Ita non patitur natura vt aliorum spolijs nostras facultates augeamus, Hæc Tullius. Maximum igitur peccatum aliena sibi surripere, Ecce Animaduertit regula, Peccatorum remissionem nequaquam obtineri posse nisi restituatur ablatum.

Desumpta est hæc regula à D. Aug. in epist. ad Maced. qui ait. Si res aliena propter quã peccatũ est, cũ reddi possit nõ redditur, non agitur pænitentia, sed fingitur. si autem veraci-

ter agitur, non remittetur peccatum nisi restituatur ablatũ, sed vt dixi, cum restitui potest, hæc Aug. Multa verò à Doctoribus discutiuntur in materia hac amplissima quæ tamen superfluum esset omnia recẽsére, cum summatim legi possint in Sum. Siluestr. fundatissimè dilucidata tum secundum Iura, tùm secundum verissimam Theologorum approbationem. Breuiterque dicas, ad restitutionem obligari omnis participans in furto, vel rapina, aut re aliena per emptionẽ.

Ratio verò huius regulę cur non dimittat Deus peccatum nisi restituatur ablatum, quænam est? Scias quod peccator non solùm delinquit in Deum, sed etiam sæpè sæpius in proximum, Per Contritionem autem & confessionem, deleri videtur peccatum quoad Deum, Per restitutionem verò deletur quoad proximum. Expende quod mirabilis est Deus in arcendo nos à proximi iniuria, Cum n. Adam Deũ tàm grauiter offendit, vt habetur Gen. 3. ad illum dicit Deus, Maledicta terra propter te, Cum peccauit verò Cayn contra fratrem, (vt ibi. legitur. c. 4.) audit ille à Domino, non Maledicta terra, sed, Maledictus eris tu ipse super terram. Tanta enim est proximi iniuriæ Vis, Vt terra talem nolit super se sustinere, Peccat insuper Dæmon contra Deum, & nihil illi dicitur, & non illi Maledictionem inferri dicitur, sed cum peccat contra hominem, ipsum scilicet ad peccatum inducendo, à Domino ipse audit, Maledictus eris, Ecce quod conspicitur Dominus plus in iniuriam contra proximum animaduertere quàm in illam quæ contra ipsum infertur, quandoquidem, & si Deum offendas, nec etiam eius vestimenti pillum tangis, qui verò proximum lædit tangit pupillam occuli Domini.

Constat etiam quod Ipse Dom. Deus, peccatum sine vltione non patitur, vt dicitur. de pe. di. 1. si peccatum Dauid. Ideò peccatum humani generis non nisi facta restitutione, seu solutione penæ in Cruce per Christum Dominum dimissum fuit, unde ps. 68. per os Dauid, ait Dei filius, quæ non rapui tunc exoluebam. Et cum per quemquam per superbiam, obsequium Deo debitum subtrahitur, nisi quis in obsequium Dei humilietur non remittitur (De pæn. dist. 1. neminem.)

Casus

Casus verò innumeri in hac materia de restitutione, vt diximus, pertractantur, qui tamen solui per generales regulas poterunt. Regula igitur generalissima est quod restitutio fiat si ablatum restitui potest, quod si ablatum consumptū est, aut non sine magno scandalo restitui potest, eius est restituenda extimatio, etiam si res illa casu perijt sine culpa detinentis, si autem nec extimationem restituere quis potest, quia euidenter est inops, dimittitur nihilominus peccatum, si tamen aliàs pænitet ipsum; Remanet nihilominus obligatio ita, vt si postea ad pinguiorem peruenerit fortunam tenebitur. communiter Doctores.

Inops tamen, qui debet ex contractu, sufficit si bonis cædat (C. qui bo. ce. pos.l.vl.) sanè Inops qui debet ex maleficio, vt puta ex furto, Castigatur verberibus (xij, q. ij. fraternitas) Et hic qui pænas patitur corporales, non tenebitur ad restitutionem, etiam si ad pinguiorem fortunam venerit (D. Anton. p.p. tit. xx. de reg. Iur. peccatum). Nedum enim bonum honestum ademit, quod Vtili bono præualet, sed & sanguinem dedit, quod etiam in infamibus extimationis est. Pellem pro pelle, & cuncta dabit homo pro anima sua, idest vita, nemo enim carnem suam unquam odio habuit.

Si verò Is cui restitutio facienda est liberaliter remittat, idest sine vi, sine metu, sine fraude, non tenetur quis ad restitutionem, quia satisfactum intelligitur qualitercunq; satisfaciat .ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. l. item liberatur. Et quod dico de remissione, Intellige in his casibus, in quibus expressum est in Iure, quod non liberat remissio, vt de censi, exigit in fi.

Restitutio autem, ei est facienda à quo extortum est, vel eius hæredibus si extant (Di. 18. quoniam & de vsu. cum tu) quod si nec hæredes extant. pauperibus dandum est ablatū. Vt ibi. In d.c. Et si iste qui abstulit est pauper, tāquam vnus ex pauperibus, cui omnia sunt communia, retinere poterit, quousque aliquo modo restituere valebit. Nimirùm bona temporalia quoad vsum indigenti sunt comunia vt docēt. D. Th. ac cæteri. Si verò ex homicidio tenetur iste restituere, tenetur profectò totam Vitam suam contra infideles in satisfactionem occisi expendere, vel debet Orationibus, Ieiunijs & huiusmodi semper incumbere. Sic docet Scot. 4. di. 5.

di. 5. Et si occisus aliquos sustentabat, illis ad tantam satisfactionem tenetur, quantam vtilitatem siue lucrum occisus dedisset, & extimabitur secundùm tempus quo verisimiliter naturaliter vixisset. Sicut extimat l. hæreditatum computationem, ff. ad l. fal. & l. cum hi. §. modus quoque ff. de transac.

Excommunicato autem, cuius est res restituenda, an debeat fieri restitutio, dum est in excommunicatione, D. Anton. p.p. tit. 20. de reg. iur. docet satis posse dici deponendum illud ablatum in ædem sacram quousque absoluatur Creditor.

Cæterum nostrum non est singulos circa materiam hanc discutere casus, sed tantummodo regulæ veritatem intueri, quod scilicet peccatum nequaquam est remittendum nisi restituatur ablatum. Rabanus igitur, sup. illud Mat. 16. Esuriui, & non dedistis mihi, &c. Quid recipiet, inquit, qui aliena tulit, si semper ardebit, qui sua non dedit? Fulgentius etiam, tractans illud Mat. Omnis arbor, &c. ait. Si Iuditiũ sine misericordia erit illi qui nõ fecerit misericordiam, quale iudicium erit illi qui fecerit rapinam? August. quoque de verb. D. c. 20. Dicit. Si cum diabolo ardet qui nudum non uestituit, vbi putas arsurus est qui expoliauit? D. Chrisost. sup. Matt. Sine causa, ait, oras ad Deum, sine causa eleemosinas facis de rebus quibus alios expoliasti, quid enim prodest si vnus ad Deum pro te orat, & alius aduersum te Deum interpelletur, iuxta illud. Ecclesiastici 34. Dona iniquorum non probat Altissimus & D. Greg. 1. q. 1. Qui malè accipit vt bene dispenset grauatur potiùs quàm iuuetur, De hoc enim dicit scriptura, Hostiæ impiorum abhominabiles sunt Domino quæ offeruntur ex scelere, quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, Omnipotentis iram non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est, Honora Deum de tuis iustis laboribus, Hinc & per Salomonem dicitur, qui offert sacrifitium de substantia pauperis, idem facit ac si victimet filium ante conspectum patris. Hinc facilè cognoscitur quantus apud Deum dolor exasperetur quando ei sacrificium ex rapina offertur.

Quot autem sunt apud nos raptores? Hominis vitam definiens Sanctus Iob, ait, militia est vita hominis super terram,

Hæc

Hæc verba ex græco transtulit D. Ambr. & legit, Pyrateᵣium est vita hominis super terram, Ac si dicatur, vita est Pyratæ vita hominis, Pyrata enim pro non suo pugnat & in alienis conquirendis orbem circundat. Ita quilibet pugnare videtur vt aliena acquirat, omnes enim insudare videntur vt sibi quæ sua non sunt rapiant. Cæterum sicut Pyrate sepè accidit, vt dum mare lustratur præda onustus, do mumq; suam reuertitur, in alios fortiores se incidat, qui eum omnibus & suis & alienis exuunt, compedibus quoque verberibus plurimis deputent, Ita planè his qui aliena passim rapiunt contingere solet.

Vnde verò est quod tot dantur Latrocinia? Rectè D. August. 4. de Ciuit. c. 4. exclamat, Remota iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia, quia latrocinia quid sunt nisi parua regna? Hoc malum tantum crescit vt & loca teneat sedes constituat, Ciuitates occupet, populos subiuget, & euidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert, non dempta Cupiditas, sed addita impunitas, Ideo eleganter, & ueraciter Alexandro Mag. quidam Pyrata comprehensus, cum ab eo interogaretur, quid sibi ut mare haberet infestum, libera uoce respondit, quid tibi, ut orbem terrarum? sed ego quia exiguo nauigio facio, latro uocor, quia tu magna classe, Imperator. Hæc August.

Principes autem qui populos prædantur sciant hoc nec in utile temporale cedere. quinimò cum populos grauant Principes, hoc in notabile principum damnum redundat. Huc facit quod Constantius Imperator magni Constantini pater docuit, dicens Diuitias in manu subditorum meliores quàm in archa principum, Nimirum in manu subditorum fructificant, in archa uerò principum otiosæ manent diuitiæ. Non sunt ergo audiendi Assentatores à principe, cum sine maxima necessitate, vt noua imponantur tributa suggerunt: Sic enim Mag. Alexander cuidam talia suggerenti respondidit; Olitorem odi qui herbas radicitus excidat. Vbi innuere voluit, Regnum Hortum esse, populos verò plantas (vt habetur in lege partit., Par. 2. tit. 10. l. 8.) dum viua radix manet, fructus vtiq; reddet arbor, quod si radicitus excidatur, profectò exiccabitur. Animaduertant igitur Pollitici Vniuersi id malum Regi esse, quod malum est

est Regno, Puteum esse puta Domum regis, Aqueductum putei, populos, porrò si aqueductus obstruatur, equidem citò putei deficiet aqua. Ita certè cum populi exsiccantur, principes in pauperiem redigi neccesse erit.

Restituere autem alienum principes docuit Sanctus Eduardus Angliæ Rex, Hic enim super aceruum peccuniæ sedentes dæmones videns, cogitansq; peccuniam illam ex iniustis tributis colectam, illicò omnem summam illam peccuniarum restitui mandauit.

Dum verò Deus quæ nostra sunt à malis principib. vel alijs auferri permittit, quasi per peccatum alterius, nostrum tollit. Simile huius affert Pet. Dam. dicens, Medicus Sanguisugas tumentib. membris apponit virusq; simul ab intimis visceribus sorbere permittit, Diuersæ tamen intentionis est medicus, & Sanguisuga, ista siquidem nil aliud gestit, nisi vt Sanguinem bibat, Ille ad hoc tendit, vt languidus cōualescat, ista satiatur & moritur, egrotus autem, dum perdit Sanguinem, recuperat sanitatem, Sic pius & misericors Deus, dum quæ nostra sunt à malis nobis auferri permittit, quasi per peccatum alterius, nostra peccata tollit. Deniq; si homo Venenum veneno nouit expellere, quid mirum si omnipotens Deus ex alienis vulneribus nouit salutis nobis antidotum procurare?

Cum autem principes raptores impunitos relinquunt maximè illos qui titulo Tutorum vel Curatorum, pupillorum bona surripiunt, latronum Duces appellari possunt, cum è contra eis ex offitio incumbat tutum à raptoribus subditum reddere, eum precipuè de quo Casiodor. sup. ps. 8. ait, sicut ouis tondentem se non increpat, ita nec iustus cupiditatem expoliantis accusat, talis enim est pupillus & talis est Vidua, contra quorum domum cum Diabolis clamant dolosi, exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Porrò si cupidi sunt Tutores Charitas in eis non est, affirmante August. hom. 7. sup. Io. Charitas & cupiditas simul ambæ esse non possunt.

Eia fratres, Peccatum non remittitur nisi restituatur ablatum verùm Auarus vnquam restituit. Huc facit illud D. Bern. sup. cant. ser. 39. Auaritia, inquit, Rotis vehitur quatuor vitiorum, quæ sunt pusilanimitas, inhumanitas, contemptus

Dei,

Dei, mortis obliuio, porrò iumenta trahentia, tenacitas, & rapacitas, & his vnus Auriga ambobus præsidet, Habendi ardor, sola quidem Auaritia, quia plures conducere non patitur Vno contenta est seruitore. hæc Bern. sed Vide quàm miserabilis sit Auarus, vt.n. asserit D. Hieronim. Nil aliud est Auarus quàm Bursa principum, Cellarium latronum, rixa parentum, libellus hominum.

Auarum effigiat D. Chrisost. dicens, fingite vobis videre tetrũ quendam hominem, qui ab oculis ignem emmittat, cui ex Vtroque humero Dracones pro manibus dependeant, cuius os Cauernæ instar magnitudine sit in quo pro dentibus acuti enses stent, ex lingua venenosus fons scaturiat, Venter omni fornace sit ardentior cuncta quę immittuntur subitò consumens, pedes alati, ventis quoq; ipsis velociores, faciem Canis ac lupi simul ostendat, nec hominis vocem emittat, sed insuaue quoddam atq; terribile mugiat, Is ad hæc omnia faces ardentes in manibus teneat, Imaginemur eũ obuios iugulare, Carnes eorum lacerare, ac deuorare; sed quid dico? nam & hoc descripto multo truculentior est auarus, Auarus in omnes vt mors insiliens, omnes vt Infernus deglutiens, comunis generis hominum hostis, quippè qui vellet res omnium sibi arrogare, nec finem hic facit, verum cum Vndiq; cupiditate cuncta collegerit ipsius etiam terræ substantiam in aurum commutare vellet, fontes ac fluuios argento optat defluere; fingamus ipsum à nemine accusari, & tunc videbis ipsum arrepto ense nulli parcere, non amico, non parenti &c.

Eia fratres relinquamus terrena, si Christiani sumus Christum imitemur, Christus Galileus appellatur, Nos etiam Galilei, Galileus verò rota interpretatur, porrò Rota licet in terra voluatur, tamen dum steterit, magna pars aliena à terra, & parua eius pars in terra consistit. Sic dicit Arnobius in psalm, 76. licet corporis pars sit in terra ambulans, tamen Animæ quæ maior est pars hominis conuersatio est in cęlis. Quod si igitur de cælo non cogitas. Vir profectò sine Anima iure appellaberis.

Vbi verò rursum Auari amaram conditionem rimari contendis, scias Auarum Idolorum seruum tandem deuenire. ab Apostolo nanq; ephes, 5, Auaritia Idolorum seruitus appel-

latur facilitat enim omnia mala auaritia, Quippè in preparatione animi auarus si neccesse fuerit, Deum ipsum negabit. Hinc D. Epiphan. lib. 2. to. 2. Auaritiam Deum mundi appellat, dicens, Deus huius sæculi, quem homines huius sæculi elegerunt, Nil enim est cui magis homines obtemperent, Auaritia nanque ac desiderium firmandi regnum mandauit Ieroboam vt vitulos formaret, eosq; vt Deos publicaret, dicens, ecce Dij tui Israel 3. reg. 12.

Auaritia etiam tutos reddit Dæmones apud homines, quinimò ratione lucri, homines, Dæmones amicos apud se retinere cupiunt, Iustosq; viros calumnijs afficiunt: Actor. 16. legitur, quod cum Paulus Dæmonium eijecisset à puella, propter quam sic obsessam, cum prædiceret multa & ex Diuinatione, Domini illius multum lucrarentur, Domini ipsi contra Paulum & Sillam eius socium insurexerunt, dicentes, Hi homines conturbant Ciuitatem nostram, sicq; serui Domini Paulus & Silla in Carcerem detrusi sunt, Sed quo pacto hi Ciuitatem conturbant, Si Dæmones ab ea expellunt, Istæ ne sunt gratiæ, quas pro eo quod è domo vestra Diabolum fideles expulerunt redditis? Nequaquam, inquiunt, Hi homines conturbant Ciuitatem nostram. Cur hoc? eijecerunt Diabolum qui domui lucrabatur; Diabolus verò qui lucrum tribuit, bonus est in domo, bonum est eum in domo habere, vnde qui eum expellit Ciuitatem profectò conturbat, dicunt ipsi, ecce Auaritia quid facit, Inimica Apostolis, Diabolum amicum retinet, & tuetur.

Restitutionem tandem faciendam plura ostendunt exempla inter cætera, Refert Cesarius in Dialog. quod Rustico cuidam morituro Diabolus assistens pallum ignitum ori eius immittere minabatur, Ille culpam non ignorans, quocunq; se vertebat Diabolum præsentem habebat. Palum siquidem vicino cuidam subtraxerat de agro suo vt proprium augmentaret, cogente autem eum ea necceffitate amicos suos misit ablatum restituere promisit & veniam postulauit, quibus ille læsus respondit, Non ignosco, sinite eum torqueri, Iterum terrebatur à Diabolo, vt prius mittit nuncios veniam postulando, tertiò cum lachrimis venientibus & dicentibus quod miser viuere non poterat, nec mori ei liceret, respondit, Iam benè vindicatus sum, modo remittam, Ab illa hora

omnis

omnis terror Diaboli recessit, Vah, quid dicemus? si miser ille pro uno palo ablato sic punitus est quid fiet de cæteris qui Viduas & pupillos penitus excoriant? Nulli, inquit Seneca, fęliciter cessit, Nulli gaudium rapti durauit in posterum.

Valet uerò ut disponatur quis ad restitutionem Sacratissimi Rosarij Deuotio. Legitur nanq; quod quidam Vsurarius SS. Rosarij Deuotus morti propinquus Vocem de cælo collapsam audiuit dicentem, Restitue; Restituit; In morte uerò cum in statera trutinarentur bona & mala Deuoti atq; mala in pondere grauiora essent Bearifs. Virgo super stateram Rosarium posuit, ex quo grauiora bona apparuerunt, Vnde saluus factus est homo ille. Quid dulcius?

Præter auaros autem, Detractores etiam ipsi maiora rapiunt bona. Quinimò quod furtum sit, Virtutem proximi uel detractione corrodere, uel silentio sepelire, affirmat Gilbertus sup. illa uerba 1. Corint. Charitas non inflatur, non est ambitiosa. Dicens, Quid enim? Rapacitatem non putas si peccuniæ parcis, famam decerpis? & inferius, Non audes corrodere, non tamen potes collaudare; sed nunquid non ideo rapis? Grauis rapacitas, cum ueram alterius gloriam & si mendacio non corrumpis, silentio tamen sepelis. Hæc ille. Qui etiam ibidem ait. Inuidā animam non potest intrare æstimatio boni de bonis alienis. Quod & reprehendit Doctor iste, dicens, Auaram uis esse gratiam spiritus, cuius circa te solum optas benefitia restringi? Diues est in omnes & tu diminuere tentas affluentiam gratiæ, & in mensitatem redigere ad minutias? æmuli cordis auaras dedignatur Christus angustias, nescit æmulatione tua eius bonitas detineri, Proflua est non tuo soli, sed vicinis etiam se Vasis eius oleum infundit. Adhibenda sunt ergo linguæ retinacula, quibus lubricitatem eius contineamus, ne quod à Chilone sapiente vetitum est, preire eā animo permittamus, est enim id, vt Bias inquit, insaniæ Indicium. Quod pulchra etiam sacra confirmat auctoritas, In ore fatuorum esse inquiens cor illorum & in corde sapientum, os illorum. Quare aptissimè Homerus Vlissem, quem sapientem describit, Vocem mittere ait, non ex ore, sed ex pectore, eorum enim qui leniter, & inconsideratè loquerentur benè existimatum est,

orationem in ore nasci, non in pectore. Linguamq; debere aiunt esse non liberam & vagam: sed vinclis de pectore imò ac de corde captis moueri & quasi gubernari.

De Detractoribus verò quid dicimus? etenim D. Aug. sup. illud ps. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, inquit, Plus nocent in membris, detrahentes Christo, quia animas credentium interficiunt, quàm qui eius Carnem mox resurrecturam peremerunt. Hæc Aug. Detractor dico qui famam surripuit, tenetur restituere, si inquam dixit, vel fecit aliquid de sui natura Infamatorium, vnde sequuta fuit infamia, apud quem non erat sinistra opinio. Et si quidem Verum dixit, non tenetur ita restituere, vt dicat se mentitum, sed excusando eo modò quo potest, puta, dicendo, se malè fecisse, & huiusmodi. Ita Silu. & Caiet. Si verò dixit falsum, se esse mentitum dicere tenetur. Quid ad hoc Mulier? certè mulieres deblaterant omnia, plenæ rimarum sunt, tacere sciunt nihil. Animaduerte quod Theophrastus dicebat, infreni equo citius credendum est quàm incomposito verbo Aduerte etiam quod solebat dicere Zeno, melius est labi pede quàm lingua.

Septem autem sunt Casus in quibus fallit quod dictum est. Primò. Quando sequeretur infamatio maior, puta quia fortè qui ab eo audierunt, amplius non recordantur, & Vulnera renouari contingeret & tectum sterquilinium detegere. Secundò. Quando sine periculo probabili alicuius peccati mortalis, vel mortis corporalis & huiusmodi fieri non potest restitutio, quia tale malum, famæ preponendum est, saltim per accidens quoad mortem, que forsan erit in peccato mortali, & per se, quoad mortale additum primo mortali. tenetur tamen infamator ad aliquid equiualens quãdo fama restitui non potest, vt scilicet faciat quod in se potuit ne omninò læsa remaneat ab ipso pars, & licet fama non sit eiusdem generis, Nihilominus quemadmodum cum ablatum corporale quando consumptum est redditur loco illius prætium, Ita etiam cum fama reddi non potest, loco illius aliud detur in Compensationem, sicuti si reddere non possum aureum, reddo argenteum. Tertiò, fallit quando Prælato dixit, vel alteri cui debebat & qui prodesse poterat. Quartò, quando talia de sui natura non erant Infamatoria,

& in

& in veniale peccatũ poterant interpretari. Quintò, quando ex inconsiderata loquacitate, dixit se audiuisse, nihil addendo ex quo faceret credulitatem, si autem faceret malo animo (vt docet Scotus) teneretur. Sextò, quando Is cui dixerat postea per aliam uiam sciuit, eo quod id quod tunc erat secretum, est publicatum. Septimò, quando ille omninò erat infamatus saltem de eodem apud illum cui dixit uel de peioribus. Linguæ demum fratres ita temperies adhibenda est, ut, quod Pittacus præcepit, neminem etiam inimicum maledicendo insectemur: atq; ut Chilo lacedemonius dixit, ne mortuum quidem. In lingua mirabile est quod in ipsa benedicimus Deum Patrem & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt, ex ipso ore procedit benedictio & maledictio: cum neq; fons de eodem foramine emanet dulcem & amaram aquam, neq; possit ficus, uuas facere, aut Vitis ficus nec; salsa dulcem aquam, Quare Anacharsis, rogatus, quidnam esset in hominib. bonum ac malũ simul, rectè linguam esse inquit.


Peccat etiam qui detractorem audit quia detrahendi dat fomitem audiens; Idcirco Isidor. de sum. bono. lib. 3. ait, Non solùm ille reus est qui falsum de alio profert, sed & Is qui citò aurem criminibus præbet, & D. Bern. in Serm. Detractor & libens auditor vterq; diabolum portat in lingua. Itaque dicendum quod auditor detractionis, operari tenetur vt fiat restitutio, quia concausa est detractionis, si .n. tu renuisses audire, ille non detraxisset. Audi Hieron Non minus auribus, inquit, quàm lingua fugias detractionem, nam detractor, dum te Videt non libenter audire non facilè potest detrahere, Et ad Rustic. monac. Sicut sagitta, ait, si mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur & vulnerat vulnerantem, Ita Detractor cum tristem faciem viderit audientis, imò non audientis, sed obturantis aures suas ne audiat sanguinem, illicò conticessit, pallet vultus, herent labia, saliua siccatur. hæc ille, Propterea aduertit Seneca, in Prou. Difficilem opportet habere Aurem ad Crimina. Petit Dauid Domine, quis habitab. in tab. tuo Respondetur, verò qui opprobr non accepit adu. prox. suum, ex opposito igitur qui opprob. accipit adu. prox. scilicet detractores audiens, non intrabit in gloriam Dei.

Cuilibet

Cuilibet comendata sit fama, August. de comuni sermone Clericorum Duo sunt, inquit, tibi neccessaria, scilicet Conscientia, & fama. Conscientia propter te, fama propter proximũ, qui Conscientiæ suæ confidens, famam negligit, Crudelis est. Et Cassiodor. li. 1. epist. ait, Incliti animi signum est famæ diligere commodum, & Lucra causarum, nam qui affectat famæ commoda, peccuniæ negligit augmenta, hæc ille, Restituet igitur audiens precipuè quod peccatum non remittitur nisi restituatur ablatum.

OMELIA XII.

Peccati venia non datur nisi correcto.



VESTIO maxima est quæ Lutheranos torsit, quid causæ est vt Deus à peccatoribus, doloré, afflictionem, & pænitentiam exigit? An non erat satius amorem in Deum, & proximum exigere, Cur Deus peccatorem contristare contẽdit, eius crimina si non contristetur non remissurus? Torsit inquam questio hæc Lutheranos, adeò vt assererent non à nobis Deum tristitiam pro commisso delicto requirere, sed solum vitæ nouitatem, Porrò stat Pa. Ap. sententia, si vultis appropinq. in vos reg. D. Dolete, tristitiam sm̃ Deum habete (1. cor. 7.) & D. Aug. de pen. inquit, Ad agendam pænitentiam nõ sufficit mores in melius cõmutare, & à malefactis recedere, sed de his quæ facta sunt, satisfacias Deo per pænitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrifitium cooperantib. eleemosinis. Hoc verò idem presens affirmat regula. dicens, Peccati venia nõ datur nisi correcto. Super quo Dynus ait, Correcto, idest pænitenti, & cordis contritionem habenti.

Sed

Sed cur ita? D. Th. 4. d. 15. ar. 4. q. x i. c. reddit huius rationem, dicens, quia sicut Iustitia humana exigit omninò vt in compensationem offensæ ei subtrahatur qui plus iusto accepit, detur autem & restituatur illi cui iniustè est subtractum, Ita Iustitia profectò exigit, vt id quod per peccatum subtractum est à Deo, ipsimet Deo restituatur, quamuis, n. à Deo ex parte sui nil reuerà subtrahi possit, nihilominus peccator quantum in se est, peccando aliquid à Deo subtrahit, honorem scilicet Diuinæ Maiestati debitum; Ideoq; proculdubio opus est adhoc vt peccator Deo satisfaciat vt ipse sibi aliquid subtrahat, veluti per abstinentiam, corporis rigorositatem vel per eleemosinam temporalia quidem bona. Nimirum satisfactorium opus pænale esse debet, qm̄ si tale opus delectabile esset, cum hoc minimè subtrahat, quinimò perficiat, profectò in conspectu Dei bona non fieret satisfactio, Pænale igitur fit satisfactorium opus, vt precipuè Delectatio per peccatum contracta omninò per suum contrarium, hoc est per afflictionem propulsetur ac expellatur; sic etenim & Philosophus docet, dicens, omne corruptibile per sui contrarij actionem corrumpitur, sic frigus expellitur per calorem, sic glacies à Calore dissoluitur, sic medicinæ fiunt per contraria.

Sanè tam malum, tam pestilens est peccatum, vt fas nō sit quin tu de te vindictam sumas, doleasq; quod ea pestis animam intrauerit tuam. Secundò sicut in Christo factū est, Ita & in te fieri opportet, Porrò Xp̄s non ressurexit nisi mortuus nec mortuus est sine acerrimo dolore, Ita fieri nequit, vt in nouā Vitam surgas, nisi homine veteri mortuo, nec vtcunq; mortuo, sed summo dolore crucifixo, definiunt. n. Thæologi quod dolor esse debeat summus, saltim appretiatiuè, qui mortale peccatum deleturus est; Vt igitur Eua non parit sine dolore filios, ita quæ peccauit Anima sine dolore non pariet Christum. Tertiò Mihi videtur Deus gaudere videns suum, & tuum aduersarium, quem prius vt Deum colebas, nunc à te vt hostē damnari; Peccatum vt Idolum coluisti, dignum est vt cum Arcam Dei velis in animam tuam inducere, Dagonem ad terram prosternas, caput ei & manus discindas; vltionemq; de inimico recipias, &, ut docet Greg. hom. 33. Sup. Euang. Quot habuit in se, vz. peccator, ob-

lectamen-

lectamenta; tot de se inueniat holocausta, conuertat ad numerum uirtutum numerum Criminum, ut totum seruiat Deo in pęnitentia quicquid ex se Deum contempserat in culpa.

Dicendum insuper quod hic est naturæ ordo, hæc lex, vt nunquam offensum tibi concilies, nisi de offensa dolere te asseras, & quia Deus corda videt, ex eadem naturæ lege non patitur tibi conciliari nisi verè doleas quod eum offenderis. Huc facit quod docet etiam Dynus, dicens, Correctio, triplex reperitur, vna verbalis, Alia realis, Tertia mentalis, tamen nec verbalis, nec realis prodessent, nisi mentalis interueniat quoad Deum, cum ad cor respiciat Deus, & quantum ad peccati commissionem, & quantum ad remissionem consequendam.

Hic etiam est naturæ tenor, vt antea imperfectum sit quàm perfectum, ante ver est hyems, ante festum vespere, ante gratiam lex, ante amorem timor, ante gaudium dolor, nolis igitur sine dolore gaudere, ait .n. Propheta, Non prescribo à generatione in generationem sine malo.

Quis tandem fidelium negabit quod in veteri lege Dom. pro peccato sacrificium expostulabat? Ita quidem in noua lege pro peccator. remissione isdem Dom. exquirit, De quo Dauid nobis dicit, Holocaustum tuum pinguefiat, super quib. verbis, ait Greg. Holocaustum sic. est bonum opus quod orationis lachrimæ non infundunt, holoc. pingue est quando hoc quod bene agitur, corde hum, etiam per lachrimas irrigatur.

Dolendum ig. pro venia pec. obtinenda. Hinc D. Aug. Ep. ad Vinc. & ponitur. 23. q. 7. c. quemad. Quo .n. gaudebis te vnquam esse correctum, nisi prius odias & doleas, te fuisse peruersum? & D. Bern. in sent. suis. Sine contritione, inquit, peccati, sine dolore culpæ, sine displicentia iniquitatis, & sine amaritudine preteritæ vitæ nunquam acquiritur cælestis Vita, nec remissio peccator. Et D. Amb. de pe. Di. 1. c. medicina. Qui culpam exagerauit, exageret & penitentiam, maiora .n. crimina, maiorib. abluuntur fletib. & Hieron. de pen. di. 1. § ex his. Qui peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio penitentiæ & satisfactionis accingatur, & plangat propria delicta, & ingrediatur

tur

tur Ecclesiam, de qua propter peccata sua fuerat egressus, & cubet vel dormiat in Sacco; vt præteritas delitias per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compenset. Et rursum D. Aug. in lib. de vtilit. agendæ penitentiæ. In tribunal. ait, mentis ascende contra te, & reum te constitue ante te, noli te ponere post te, ne Deus te ponat ante te.

Dolor igitur requiritur ad veniæ delictorum consequutionem, sed & vt diximus. Correctus ille est qui & ore & opere penitet. Quare D. Chrisost. de pen. dis. 3. c. perfecta. Perfecta, inquit, pænitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, In corde enim contritio, in ore confessio, in opere verò tota humilitas, & satisfactio esse debet, hæc n. fructifera est pænitentia. Et Dynus in regula ait, Correctio triplex, verbalis, realis, & mentalis. Venia verò non datur nisi hoc pacto correcto. Huc facit quod docet, Io. Andr. peccator non solum in Deum delinquit, sed etiam in Ecclesiam, per contritionem autem deletur peccatum quoad Deum, & per pænitentiam susceptam à Sacerdote ostenditur deletum quoad Ecclesiam. De hoc. De pen. Dis. 1. per totum.

In hac ergo regula ostenditur confessionis necessitas, & per confessionem veniam consequendam, vt ostendit Leo Papa in serm. dicens. Non remanet Iudicio condemnandum quod fuerit confessione purgatum. Et Ambros. sup. Beati imac. ait, Qui se accusat & si peccator sit, Iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, & Dei iustitias confitetur, cessat .n. vindicta Diu. si confessio precurrat humana, & Isdem Amb. lib. de Ioseph. 36. Plurimùm, inquit, suffragatur Deo verecunda confessio, & pænam quam deffensione euitare non possumus, pudore releuamus. Et D. Gregor. lib. 22. mor. inquit. Hæ sunt veræ humilitatis insignia, Iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam, voce confessionis aperire. Et D. August. in lib. de penit. ait. Confessio est salus Animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatrix Dæmonum, Quid plura? Obstruit os Inferni, Portas aperit Paradisi. Et Isdem Aug. sup. psalm. inquit. Ad hoc Deus exigit confessionem, vt liberet hominem humilem, ad hoc damnat non confitentem, vt puniat superbum.

Profectò verus & iustus dolor hominis, ab eo liberas exprimit voces, vix enim cohiberi potest vir acri dolore affectus, quominus quæ vera esse sentit palàm, & apertè eloquatur, Si verè doles de offensa erga Deum verè confiteberis. Et sepè quidem hoc ages si semel egisti, Qui enim fædus semel inter se initum cupiunt esse perpetuum, sæpius amicitiam dextrasq; renouare debent.

Initium profectò salutis notitia peccati, nam qui peccare se nescit, corrigi non vult, Ideò quantum potes te ipsum argue, inquire in te, & accusatoris partem geras, deinde Iudicem petas deprecatorem. Aduertit verò D. Aug. in lib. de penit. Qui vult confiteri vt inueniat gratiam, Sacerdotem querat scientem soluere & ligare, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant, scilicet si cæcus ducatur à cælo. & infra, Cognito crimine (confessor scilicet) varietates eius non dubitet inuestigare, & locum & tempus, &c. quibus cognitis adsit beneuolus paratus exigere, & secum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate, adiuuet confitentem orando, eleemosinas, & alia opera bona pro eo faciendo, semper iuuet eum leniendo, consolando, spem promittendo, & cum opus fuerit increpando. Hæc Aug. ex quib. desumi potest veritas quod vocalis debet esse confessio, Non per litteras, si prædicta fienda sunt à confessario quæ nequaquam ita fieri possunt in absentia. & quidem quod corporali presentia debeat fieri confessio non per nuncium docet Isd. D. Aug. in lib. de penit. (& ponitur de pæn. dist. 1.) dicens, Præcipit Dom. mundandis leprosis vt ostenderēt se coram Sacerdotib. docens corporali presentia confitenda peccata, non per nuncium, non manifestanda per scriptum. hæc ibi.

Mirabile verò est id quod narrat Plin. lib. 28. c. 10. dicens. Si quis Asino in aurem dixerit percussum se à Scorpione, transire malum protinus tradunt. hæc ille. quod tamen si verum est, quomodo non erit possibile si in aure Sacerdotis etiam ignari dixeris te à peccato percussum, sanari per hoc? Quid verò sibi vult illud Salomonis mors & vita in manu linguę? accuset lingua propria & erit Vita, quod si taceat

sponte

ſponte mors erit.

Circa erubeſcentiam verò in confeſſione conſidera quod Homines virtute præſtantes, in eo à flacitioſis & impuris vincuntur, vt ſcelera impunita maneant, Id quod ipſis inſolentiam auget; at probis, & honeſtis, ſi non ignominiam, & infamiam, ſaltem pudorem parit. vide quam prouida natura eſt, quæ vnicuiq; remedium illius vitij quo laborat, non aliunde quàm ab vno ſe (moraliter loquendo) petere voluit, Principes quidem, & prepotentes homines quibus impune peccare licere videtur, pudor; pauperes neceſſitas, Diuites ſatietas, in melius mutare debet; quippè ſuperuacuum eſt leges morari, quibus vitia puniantur, aut coerceantur, cum in ſua perſona eam quiſq; legem habeat, cui obtemperare ſi animum inducet, vitijs intra animum medebitur. hoc verò intelligas cum grano ſalis, videlicet moraliter loquendo.

Satisfactionem autem neceſſariam, vt quis correctus dicatur iam etiam oſtenſum eſt, ſed & Mich. 6. ait Iudicabo tibi ò homò quid ſit bonum, & quid Dom. requirat à te, vtique facere Iudicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitè ambulare cum Deo tuo. ſuper quæ verba Hugo Victor, ait, Deus qui Trinitas eſt, non niſi trino ſacrificio à peccatore placari poteſt, offerendo vz. Iuditium filio Iudici, Miſericordiam Spiritui Sancto, & ſollicitudinem operationis Paternitati.

Opera verò omnia à nobis fienda, ad tria ſummatim reduci videntur, nempè Ad eleemoſinarum largitionem, Ad Ieiunia, & ad Orationem, Nanq; ad Ieiunium planè afflictiones quælibet corporum ac macerationes, Ad eleemoſinam opera iuſtitiæ, reſtitutiones, cæteraq; erga proximum beneuolentiæ ſigna, Ac tandem ad orationem ſingula ad Diuinum cultum ſpectantia, ad pietatem, ad religionem erga Deum reducuntur.

Opera verò neceſſaria hæc dicas, Quandoquidem nedum interiorem, ſed etiam exteriorem hominem vult Dom. Lutheranorum eſt hæreſis, nihil ad rem pertinere cultum hunc exteriorem, ſed interiorem dumtaxat Deo eſſe tribuendum; ſed qui conditor eſt interioris & exterioris hominis, ab vtroq; tributum accipiat eſt neceſſe; Atca: n. Dei inter.

ac exter. ornata erat. Prou. 31. ait Salomon de mul. prud. quesiuit lanam & linum, & operata est consilio man. s. Per linum interiorem hominem intelligit, per lanam exteriorē. Consiliumq; in manib. dicit, hoc est in exteriorib. operationib. vt sciatur quod quemadmodum consilia regum & Ciuitatum in causa sunt victoriarum, sic hominis opera illius salutis & contra hostes, supposita Gratia Diuina, victoriæ sunt causa.

Queritur verò, Cur septennis iam imponebatur pænitentia? Respondeo hanc esse rationem qm̄ per pænitentiam Spiritus Sancti septiformis gratia reparatur iam amissa. sm̄ Glo. dicentem, Hoc ipsum quod Canonum censura post septem annos remeare pænitentem in statum pristinum præcepit, non electione proprij arbitrij, sed potius ex sententia Diu. Iuditij patres sanxerunt. Nam legitur quod Maria sor. Aaron Prophetissa, dum detractionis aduersus Moysem incurisset delictum, illicò stigmate Lepræ percussa est, Cumq; peteret Moyses, vt mundaretur, præcepit Dom. extra castra septem dieb. egredi, & post emundationem in castra reuerti. Vnde Isidor. in epist. ad Mason. 33. ait. Maria soror Aaron, Caro intelligitur Sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita sordidissimis cogitationum maculatur contagijs, extra castra septem diebus egredi, idest extra Ecclesiam septem annis proijciatur, vt post emendationem vitiorum loci, vel pristinæ dignitatis recipiat meritum. Et subdit Gratian. §. sequenti. Hoc quamquam de Sacerdotibus specialiter videatur dictum, generaliter tamen de omnib. pænitentib. intelligi oportet. Nihilominus Omnes hodie pænitentiæ precipuè sacramentales regulariter sunt arbitrariæ. Cæterum scias, quod dolor pænitentis pro peccato commisso perpetuus esse debet. (De pen. Dist. 3. princ.) vbi sic dicitur, Per odium peccati dolere semper opportet, vbi enim dolor finitur, deficit pænitentia, si autem pænitentia finitur, quid relinquitur de Venia, tamdiù n. quis gaudeat, & speret de gratia quandiù sustentatur à dolore & pænitentia, Hæc ibi.

Queritur, vtrum Confessus & correctus per confessionem a ueniam etiam coram cæteris exter. Iudicib. obtineat, Ita

 ut

ecvt ante eorum tribunalia puniri amplius non debeat? etenim Cum Deus non iudicet bis in idipsum. (Num. 20.) Dicere quis posset, non amplius iudicandos, qui semel per Confessionem iudicati & correcti fuerunt, punitus enim pro aliquo crimine, non debet affligi alia pæna, dicit Raym. etiam si imposita esset minor pæna, Imposita enim pæna minori per aliquem Iudicem, non potest alia maior imponi per alium. Silu. su. V. Iudex 1. §. 11. & alij. Quinimò ex ui absolutionis & ex natura actus confitentis, qui habet annexam pænam erubescentiæ, Confessio nedum ab æterna pæna liberat, sed etiam à pæna temporali hic explebili in totum, vel in partem, immò Sacerdos potest dimittere de pæna debita secundum Panorm. in c. sicut dignum, de homic. Accedit quod S. Thom. 2. 2. q. 108. docet quod in Iudicio humano, non debet quis sine culpa puniri. Et habetur etiam de regul. Iur. lib. 6. sine culpa. At confessus & correctus à culpa iam liber existit, Igitur puniri non potest à quolibet Iudice, præcipuè verò cum omnes à Deo mer pendeant, & Iudex dicatur ab eo quod iustè secundum Culpam iudicet. Si dicatur quod licet in foro conscientiæ sit correctus, tamen tenetur Ecclesiæ etiam, in quam in exteriori deliquit satisfacere, Contra, quandoquidem, vt dixit Ioannes Andr. per confessionem etiam satisfactum est Ecclesiæ) idest fidelium congregationi.

Respondendo tamen, quod prædictis non obstantibus, potest quidem Confessus adhuc à Competenti Iudice siue laico, siue Ecclesiastico, puniri. Ad Argumenta verò in contrarium adducta, dicitur quod quamuis in foro animæ, correctus in confessione, sine culpa sit coram omnipotente Deo, & etiam coram Dei sponsa Ecclesia, non tamen dicendus est talis sine culpa in foro fori, præcipuè coram illis qui de corpore Ecclesiæ minimè sunt, qui scandalizandi nequaquam sunt, impunita videntes delicta, Quare D. Paulus 1. Timor. 5. monet, publicè peccantes palàm esse corripiendos, propterea etiam Conc. Trid. sess. 24. c. 8. statuit, Quando ab aliquo publicè, & in-

multo-

multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos commotosq; fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pænitentiam publicè iniungi, oportet, quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet uitam. Cum autem dicitur quod Deus,non iudic. bis in idipsi. Respondeo quod multoties pro eadem culpa in eodem Iudicio, multiplex imponitur pæna, quia omnes accipiuntur pro vna, quando aliqua per se sufficiens non esset, Quoad Deum autem Idem est Iuditium & Confessarij, & Iudicis alterius, licet non idem tribunal numero, vterq; tamen Iudex à Deo datus, quia om. potestas à Deo, quare vterq; Iudex sub hac vna ratione æquitatis quatenus à Deo pendet iudicat, Ideo pæna à Confessore inflicta, & pæna ab alio Iudice inflecta, quoad Deum pro vna accipi possunt pæna, cum vna per se sufficiens non fuisset, pro quolibet enim mortali crimine septennis vt dictum est deputabatur pæna, & in Purgatorio quidem pro quolibet mort. sept. annorum ignis seruatur, pæna vtiq; longe maior quam breuis horæ supplicium in decolatione pænitentis, Si contingat igitur aliquem pro graui delicto bona vel membrum aliquod, vel totum corpus ammittere, Cogitet quod docet August. lib. 3. de lib. arb. Illa est pæna peccati iustissima, vt ammittat vnusquisq; illud quo benè vti noluit.

Cæterum circa Regulam queritur, cum venia non detur nisi correcto, Cum Iudei, vel Infideles alij ad fidem conuertuntur, nunquid rigorosè erga eos est procedendum, ita vt in omnibus corrigantur? D.Gregor. scribens Pascasio Episc. Neap. 45. dist. 5. ait, Qui sincera intentione extraneos à Christiana religione,ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis debent non asperitatib. studere,ne quorum mentem reddita ratio ad planum poterat prouocare, pellat procul aduersitas. Et infra. Agendum est ergo, vt potius ratione, & mansuetudine prouocati sequi nos vellint non fugere, vt eos ex eorum codicibus ostendentes quæ dicimus ad Synum matris Ecclesiæ possimus Deo adiuuante conuertere; omnes ergo festiuitates feriasq; suas sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, cæle-

lebrandiq; licentiam, nec eos in huiusmodi inquietari permittas. Hæc ibi. Intellige tamen prædicta in his quæ contra Christi cultum minimè militant.

Queri etiam potest vt querit Doc.Ang.4.dist.17.ar.1.q.1.precipuè in solut.4.Arg. quare scilicet Contritio magis dicatur esse dolor quam gaudium, quàm spes, quàm pudor, cum tamen hæc quatuor simul necceßariò in contritione concurrant, Cui quisito Isdem Doc.S.respondet quod Contritio debuit quidem simpliciter per dolorem definiri non per alia tria, qm̃ tria illa non ita directè peccatum respiciunt, seu non ita contraria sunt peccato sicut Dolor & displicentia, nam spes quam contritus habet ipsam non respicit culpam, sed Diuinam misericordiam, similiter gaudium quod cõtritus habet, ipsum dolorem respicit per quē gratia recuperatur, gaudet enim quoniam de peccato dolet, Ita pudor quem contritus habet, non directè ipsum respicit peccatum, sed peccati effectum, qui est Infamia, nempè contritus pudorem sentit ex consideratione turpi & infamis, E contra verò dolor seu displicentia directè peccatum respicit tanquam sibi contrarium, quare Contritio que ad deletionem peccati ordinatur magis dicitur dolor & displicentia quàm aliquod trium prædictorum.

Peccati Venia non datur nisi correcto. Tam grata ergo Deo est pænitentia, vt non nisi per eam Dominus parcat? Ita. Casus est. Quem Richardus in suo proponit quolibet. Est quidam qui vno mortali detinetur peccato, & omn. Thesaurorum totius vniuersi Dominus est, quid Deo iste gratius faciet, de peccato pænitentiam agendo, vel Deo ipso, aut pro eius amore omnem illum erogan. Thesaurum? Respondetq; Rich. quod gratius Deo est dimittere peccatum; Ratio verò est quia spiritualia Corporalib. digniora sunt.l. sancimus,c.de sacrosan.Eccles. similiter hoc Deo magis gratum quã si quis ꝑ illo vitam exponeret qua nil carius. licet enim mille pateretur pro Dom. martyria, non tamen hoc illi acceptum esset si peccatum non dimitteret.c. firmissimè, de hære.ex consequenti. magis acceptum est Deo si animam in pecca.infirmam per pænitentiam sanemus quam si illius amore omnia mundi corpora sanaremus, quoniam Animæ sanitas, corporis sanitate incomparabili ratione est

dignior.c cum infirmitas. De pen. & remiss. Est etiam pænitétia acceptior Deo quàm si omnes Turcas, Saracenos, hæreticosque omnes ad fidem conuerteremus, & omnes peccatores ad penitentiam conuocaremus, Ait .n. Dominus, Mat. 16. quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, Animæ verò suæ detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Accedit, quod de S. Alberto scribitur, vz. quòd cum aliquando Missam celebraret, Dominum rogauit, vt inter opera hominum, quæ magis ei essent accepta reuelaret, Cui Dom. respondens, inter cætera, dixit quod eleemosina etiã modica, quam quis Viuens dat suo amore, Diuinæ suæ maiestati est acceptior quàm si post mortem pro eleemosina montem aureum à terra ad cælum vsq; attingentem daret; Postremò dixit quod Diuinæ sue maiestati sit acceptum magis vt peccator peccatum confiteatur, & dimittat, quàm si peccator ipse denudatus & columne Vinctus, acriter à quattuor Carnificibus vsque ad Iudicij diem, flagellaretur, flagellaque ipsa amore suo pateretur.

Peccati venia non datur nisi correcto. Discant ex hac regula Iudices Pollitici, Delinquentes punire, veniamq; minimè concedere non correctis, memores quod Boetius li. 4. de cõsol. ait, Punire malos iustum est, sed ipsos euadere impunitos iniustum, Hinc dicitur in l. vulneratus. ff. ad l. Aquil. Delicta non debent remanere impunita, & ratio est, quoniã, vt dicitur. C. de furtis l. si quis. Impunitas delicti inuitat homines ad malignandum. Et vt docet Aug. li. 4. de C. D. c. 4. Remota denique iustitia, quid aliud sunt Regna nisi aperta latrocinia. Hinc est quod Alex. Mag. Furcam honorabat & coram ea caput inclinabat eamq; Matrem iustitiæ appellabat. Quod si Ciuitates penitus in peius ruunt hoc certè euenit, Quoniam mali & peruersi non puniuntur, Pluribus in locis latrocinia perpetrantur, Homicidia, Periuria, Calumniæ &c. Et nihilominus Impij Calumniatores, & cæteri in statu perseuerant suo, in terminis patriæ perdurant, & non puniuntur, sed hinc mala alia in peius veniunt, ac Prouinciæ à Deo destituuntur D. Aug. De C. D. affirmat Imperium Romanum super omnes mundi Monarchias fuisse dilatatum propter Iustitiam, quæ apud Romanos fulgebat, Et quod

tandem ad nihilum tale deuenit Imperium, quoniam apud Romanos ipsos iustitia defecit.

Sciant omnes, quod Qui prohibere ne peccetur potest, Is, si peccatur, peccati reus est Animaduertant. Principes qui dissimulant finguntq; delicta nescire ne corrigant vel puniant, de his Ven. Beda affirmat quod merentur pœnam Heli, qui emendare non audent & quod cunctus populus clamat nescire se simulant, Beda lib. expos. Alex. in Samuel c. 6. Similem principem vel Prælatum Pollitticum, fingit D. Bernar. lib. 2. de Consid. Eug. Pont. scribens, & ait, Multa nescis, plura dissimulas, multa obliuisceris. Hæc ille. ac si dicat, Vah, quo peruenit sæculum nostrum, Tales sunt Moderni regentes, Multa nesciunt, plura dissimulant, Multa obliuiscuntur, & Ita omnia in precipitium ruunt.

Querit Philo Qua de causa Deus precepit in lege veteri omnes malos viros recipi nisi posse in illis ciuitatib. in quib. Sacerdotes & Leuitæ inhabitabant. Hoc namque indecens videtur. Quod scilicet iniquiores homines cum sanctis viris cohabitent, Cur igitur hoc iussit Dom.? Respondet Philo voluisse dominum bonum virum mali esse Redemptorem, vult Deus vt probus improbum redimat? Quomodo? corrigendo dum.n. Mali illi homines insimul cum Sacerdotibus comunicabant, bona audiebant monitionũ verba &c.

Cum quidam populus nuncium misisset vt Lacedemoniorum leges quę optimæ extimabantur, ad recte se regendum obtineret. Reuersus Nuncius Theatrum iam sibi paratum conscendit, cumq; omnes ab eius penderent ore, anxij quid diceret, ac de legib. dissereret & quo exordio de ipsis sermonem faceret, Ipse mutus omninò consistens, nil aliud fecit, nisi quod in medium Theatri hæc proiecit, Gladium, Funem, & Flagellum; sicque nullo penitus locuto Verbo abscessit. Post hæc autem cum percunctaretur, quid noui illa significarent; Respondidit, Illa leges sunt Lacedemoniorum, Gladius scilicet, Funis, & Flagellum; Addidit verò melius esse talia visui conspicua facere ac proponere, quàm de eis dissetere. quandoquidem, si de eis verba facimus. homines eorum obliuiscuntur, at si oculo exponantur, memoriæ retinentur. Ita profectò populorum Rectores Impijs delinquentibus vt populi rectè regantur & incolumes exi-

ftant fupplicia ipfa oftendant, nec folùm minentur.

Ita verò malorum correctio debita eit delinquenti quod Principes ipfi quandoque etiam à fubditis in pœnam nonnullorum delictorum iam puniebantur. Plin. li.6. c. 22. de Infula Taprobana loquens, fcribit quod cum Rex iniuftum quid perpetrabat, morte eum puniebant, quam tamen mortem nullus ei inferebat, fed nullus ipfi loquebatur, omnes ab eo fe abftinebant, dorfa illi vertebant, ficque mifer fe derelictum videns, defperans, ex triftitia moriebatur.

Peccati venia vel abfolutio, non eft à Confeffario facienda, nifi præmiffa Correctione & reprehenfione, De Reprenfione etenim ait Clem. alex. li. 1. pedag. c. 8. Reprehenfio eft quædam Chirurgia affectionum animæ; rectè profectò Chirurgia reprehenfio vel correctio dicitur, nimirùm quemadmodum Chirurgus fi infectum viderit membrum, ferro vel igne vtitur, nec pietate impia detinetur quin vrat, vel fecet, ne totum putre fiat Corpus, Ita dum corrector corrigit hoc agit ne totum Reipub. inficiatur Corpus, Hoc verò eft Confefforis munus, & ad hoc confeffio facienda, Quod fi crimen fit leue, vel nõ admodum graue, aut ex ignorantia perpetratum, aut perfona fit grauis, obiurgationi laus effet admifcenda; fic enim ait Cicero, Prius Laudes eum quem cohortaueris. Quinimò femper fi dolentem videamus pœnitentem, correctio ipfa à blando incipi debet Sermone, Huc facit quod docet D. Hieronimus ad Heliod. Dolentem (inquit D. S.) non poteft confolari qui non concordat dolori, quia eo ipfo quod à mentis afflictione difcrepat minus ab illo recipitur cui mentis qualitate feparatur, fed emolliri prius debet animus vt afflicto congruat, congruens inhereat, inherens trahat, nec enim ferrum ferro coniungitur, fi non vtrumque exuftione ignis liquetur, Durum Molli non adheret nifi prius eius duritia molefcat, fic nec iacentem erigimus nifi à rigore noftri ftatus inclinemur, quia dum rectitudo ftantis à iacente difcrepat, eum, cui condefcendere negligit nequaquam leuat. *Ita* ergo Confeffor faciat vt pœnitentes fubleuet, Et veluti pueris abfinthia tetra medentes cum dare conantur prius oras pocula circum contingunt dulci mellis flauoq; liquore, Ita mederi volentes Animab; dulci verborum modulo vtantur, & tunc cum iam pœnitentis

tis animum attractum esse agnoscunt, feruentius corrigant. Ita in Cantic. de sac. labijs dicitur. Labia t. sic. lilia distil. myrram prim. At quomodo ex lilijs myrra promanat? si sicut lilia sunt labia, ex eis mel, non myrra procedit, Apes .n. ex lilijs mel conficiunt. Rectè quidem labia ex quibus dulce prouenit, dulce inquam verbum correctionis myrra etiam amara defluit corruptionis animæ preseruatiua, sicut lilia &c.

Sanè contra non corrigentes insurgit D. Hieron. Epist. 2. in Esa. 1. sup. illa verba Caupones tui miscent vino aquam, & ait, Omnis Doctor qui austeritatem scripturarum vertit ad gratiam, & ita loquitur vt non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctarum scripturarum violat atq; corrumpit sensu suo, vnde Hæretici, Caupones sunt pessimi facientes de vino aquam, cum è contrario Dom. Aquam in vinum vertit. Eia fratres quid facitis, Christus adhuc in oculis vestris Crucifigitur & vos Crucifixoribus blandimenta paratis verborum?

Iussit Dominus leuit. 14. vt sanaretur leprosus Aures leprosi inungi, At si lepra in pectore & in dorso est cur Aures inungende, quid est hoc? Aures inungi ad sanandum lepram significat correctionem, quæ per aures intrat peccatum siquidem in pectore est, sed aures correctionem opus est vt audiant.

Quæritur verò, est ne venia concedenda illi, qui à peccato Carnis emendatus apparet, ac reuerà à Concubina abstinet, sed adhuc eam in domo alijs deputatam vsibus retinet? Certè in hoc non videtur immorandum. Porrò qui non timet periculum peribit in illo, opus verò est nedum peccatum ipsum non committere, sed & occasio per quam in illud ruimus est reseranda. Ait namq; Dominus, Mat. 5. si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te, & si dextera manus tua scandalizat te abscinde eam. Interpretanda quippè sunt hæc verba de occasione peccatorum fugienda, Ac si dicatur, Ita cauendum est ab his per quæ in peccata cadere possumus, vt etiam si fieri liceret, si oculus vel manus peccandi occasionem præberent, ipsis etiam nos priuare deberemus, sic enim consimiles Domini sententias interpretantur Doct. prout est de illa, quod Admiratus est

Dom. videns Centur. fidem, Admiratus est; Hoc est si admiratio in Chr. Dom. cadere posset, admiratum esse dicere possemus, cum ipse ad modum admirantis se habuerit. Cæterum dicas quod oculum eruere si scandalizat docuit saluator, & eruendum statuit quoad operationem saltem; Porrò si personam vides ex cuius aspectu scandalum est tibi, noli eam amplius aspicere, eo penitus modo, ac si oculum eruisses, & cecus esses, vel dic quod mulierem, quæ in domo tua est, tantopere diligis, quod eam, Oculum dextrum & manum dexteram, appellas. & eã certè omnia in domo tua necessaria videt & operatur, sicne est oculus tuus & brachium, vel manus tua? Eia, Christus præcipit, si oculus tuus scandalizat te erue eum, & proijce, & si dextera manus tua scãdalizat te, & occasio est peccati, abscinde eam, repelle eã è domo, segrega te ab ea fraterque in sinu tuo est &c. Insurgis autem, dicens, peccatum ulterius non committo, iam consumptæ sunt Vires, & Mulier mea iam Anus facta est, ideo &c, Dico quod his non obstantibus cohabitare cum ea non licet. Precepit Dominus Zacharie, ut descenderet in domum quorundam qui de Captiu. Babil. uenerant, & ab eis quasdam partes auri caperet; easq; comminueret & Coron. pro Su. Sacer, conficeret. Et sumes Aur. & Arg. & fac. Cor. &c. Zac. 6. sed Cur aurum illud de Captiuitate Babilonis uoluit Dom. è domo illorum accipi, potius quam aliud: Sanè uiri Illi illius auri possessores cum Idololatræ fuerint, & postea ad Deum conuersi, statuas Idolorũ aureas comminuerunt quidem sed fragmentã aurea apud se retinuerunt, Hæc uerò fragmenta non vult Altiss. vt apud ipsos maneant, sed & ipsa extra domum asportari iussit, vt profectò sciatur, veram pænitentiam vel hominis omnimodam reformationẽ, nequaquam fieri si peccatorum occasio non relinquatur. Etenim viri illi perãplius in domo Idola non habebant, partes tamen Idolorum quor. cultores fuerant retinebant, Aurum vz. illud, Atqui fieri poterat, vt aurum tale uidentes, Idolorum adhuc suorum memoria in eis renouaretur. & Ideò ut auferatur occasio mandat Dom. &c. Sic applica de muliere quam domi adhuc retines, &c. Amplius, ut dicis, non tam co'is, Ammodo non uidetur ea quæ fuit, non tãm deco. ; fateor quod uis, esto non sit tota ea quantum accidentia

tia, concedes tamen saltim partem esse quinimò negare minimè poteris totam eãdem esse personam que prius: Cur ergo non vis dimittere? Moyses, vt habetur exod. 32. Arripiens vitulum, quem sibi conflauerant Iudei eum combussit contriuit, in puluerem quoq; reduxit, quem puluerem sparsit in aquam & dedit ex eo potum Idololatris. Cur hoc? Noluit quidem omnip. vt Idoli remaneret Vel Cinis Vel memoria quidem esset, ne reliquiæ consisterent ad peccandum denuo; Nec Cinis ergo maneat apud te meretricis quam instar Cornuti Idoli Coluisti. At quid, si Carnem adhuc retines, nec Cinis manebit?

Rursum ad peccati veniam consequendam, Correctionem necessariam ostendunt Potentum & principum plura exempla & De Henrico II. Angliæ Rege, referunt Eduard. in vita S. Thom. Cantuar. & Gulielm. Neubrig. Angli, ac Surius, quod cum ipse Rex verbis suis occasionem prebuisset suis vt D. Thomam Episc. Cantuar. trucidarent, licet hoc ille minimè mandauerit, quinimò super hoc doluerit, Nihilominus vt scandalo regni obuiaret, ac vt S. Rom. Eccles. pœnis ipsum puniri velle quilibet videret, Amictu regali relicto publicè pænitentiam egit, fustibusq; publicè cædi per manus Episcopi, & octuaginta Ecclesiasticorum voluit. & ante Sepulchrum ipsiusmet S. Martiris ipse orans inconsolab. lachr. corã toto cætu orans, veniam delecti iterũ atq; iterũ petijt.

De Boleslao etiam Poloniæ Rege, legitur quod nonnullis de causis iussit vt frater suus Sbigneus nomine, necaretur, sed quod ita pænituit, vt post eleemosinas amplissimas, Ecclesijs & pauperib. elargitas, post lachrimas, post repetitas ablutiones pedum pauperum & vilium hom. Dei amore factas, Nihilominus in Cilicio & Cinere vitam agens, satisfecisse pro peccato non sibi suadebat, parua ante oculos suos hæc videbatur Correctio; quare dicitur quod per totam Quadragesimam sic ieiunauit, quod solo pane & aqua vescebatur, exinde quod Cilicio ad Carnem indutus maximas assumpsit peregrinationes, pedesterq; immò discalceatus Sepulchrum S. Gili & Sepulchrum S. Stephani Vngariæ Regis visitauit. Sic refert Martin. Cremer. Episc. Varmien. lib. 5. hist. Polon. En Regum exempla pro venia obtinenda in delictis.

D. An-

D. Anton. de Padua ser. 3. post 1. Dom. Quadrag. edifferens verba illa Hierem. (tren. 3.) Magna est velut mare Contritio tua, Animaduertit plura mare habere in quibus penitentia conuenire debet, Mare nanq; dolorem capitis nauiganti infert, stomachum conturbat & euoluit cibum, vomitum prouocat, ac tandem cibo & appetitu plures priuat, Magna ergo est velut mare contritio tua, inquit Propheta, Nos verò dicamus quatuor hæc in vero penitente neccessaria, Dolorem Capitis opus est, vt sentiat. hoc est quod opiniones & sententias præteritas circa Mores detestetur, & super illis doleat. reuolui debet eius stomachus Conscientia videlicet in cuius libertate vitam, peccans, ducebat, euomere tenetur per confessionem culpas, Ac tandem, Appetitus gustusq; inordinati ab ipso amittendi sunt, sicque magna velut mare erit contritio pænitentis. In mare proijcienda sunt nociua &c. Canit pius Poeta.

Nel tempestoso pelago del mondo,
Pien di Sille fallaci, e di Sirene,
Quegli il suo legno salua è si mantiene
Che non l'aggraua di souerchio pondo:
Mà spesso il salda, s'hà sdruscito il fondo:
E'l flutto audace, che'l sormonta e viene
Dentro superbo, all'or quando l'arene
Il vento sparge al Ciel fin dal profondo,
Rende subito al mar perche non s'empia
A poco à poco, e l'vn e l'altro al fine
Resti trofeo de l'onde, esca de'i mostri.
Che s'è agitato, non l affonda l'empia
Procella ò nembo, che con nembo giostri
Ne grandine ò diluuio che ruine.


In mare pænitentiæ peccati pondus proijcias. Adde etiam quod sicut mare cum magnum sit, non cessat per occultos quidem meatus dare aquas; Ita pænitens lachrimas saltim internas semper effundere habet, Adde quod sicut in profundo maris pretiosi lapides, ac innumeri iacent Thesauri, sic in pænitentia Thesauri sunt reconditi quibus cælum acquiritur. Adde, quod sicut maris vnda in superficie amara est, in immò tamen dulcis; Ita prorsus pænitentia, esto in superficie amara videatur, in immò tamen, cum verus pæni-

tens,

tens, quia pænitet, exultet, dulcissima experitur. Ad hanc dulcedinem perducat altissimus, per pœnitentiam enim priora redeunt merita veteresq; iustitiæ reuiuiscunt, In cuius figuram de filio prodigo ad seruos ait Pater, citò proferte stolam primam, Idest, reddite priora merita. In nomine Patris, & Filij &c.

OMELIA XIII.

Decet concessum à Principe Benefitium esse mansurum.



IVstè Propheta sacer Sophonias (cap. 3.) clamabat. Væ prouocatrix, & redempta Ciuitas Columba, non audiuit vocem & non suscepit Disciplinam, In Domino non est confisa, Ad Deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quasi Leones rugientes; Iudices eius lupi, vespere non relinquebant in mane; Prophetæ eius Vesani, viri infideles; Sacerdotes eius polluerunt Sanctum, Iniustè egerunt contra legem. Vah, quot Mala in Ciuitate vna. Sed quenam hæc Ciuitas quæ Columba appellatur, dum dicit Sophon. Væ Ciuitas Columba? Inter cætera Columbæ propria, Id profectò est quod pulchrum est videre collo pluma coloribus variantem, Dùm n. ipsa protendit vel contrahit collum, en iam Carbunculorũ instar Monilia coruscãt, iam Smaragdus apparet, iam Sardius, hinc Saphirus, Illinc centum ac mille colores: Quæ ergo tandem Ciuitas Columba dicenda est? Illa certè quæ varios ac varios induit colores, Quæ instabilis est, Quæ & si Deum iam Sancta coluerit, Modò mutata est, Ciuitas Illa, In qua Ciues Politici, Simulati, Instabiles sunt: Huiusmodi autem Ciuitas,

tas, Principes habet vt Leones rugientes; Rugit Leo cum febrim patitur, oreq; suo, tunc maximè fætet (vt aiunt) ita vt ferri non possit. Eia fratres, Dum Ciuitas aliqua politicos nutrit Ciues magnis laborat febrib. Princeps labijs fætet, Benefitia ipse aufert, Vnde Dauid libera me, ait, De Ore Leonis, Quis intolerabilior fætor, quàm verbum Principis in Leone significati ex bono in malum verti? Quinam rugitus horribilior quàm Regis asperum verbum, Leo rugit quis non timebit? Hinc Iudices Lupi, omnia vastantes, Hinc Prophetæ, Prædicatores vesani, uiri Infideles, Non Christum, sed se ipsos prædicantes, Quid lachrimabilius? Quia tolluntur iam concessa benefitia. Sacerdotes polluerunt Sanctum Ehus, quot mala ex pollitica demoniaca fictione, ex uariatione ex hominum Instabilitate. Decet utiq; Decet quantum in uobis est, Principes ne Instabiles indignè Videamini, Decet concessum à Principe benefit. Esse mansurum. Ita presens docet regula.

Singula adnotate verba. Decet. Hoc uerbum quantum ad subditos ipsos neccessitatem importat. Quantum ad ipsum principem, Honestatem, Princeps n. priuilegium per se concessum, diminuere, quinimò in totum tollere potest. primum probatur, De Deci. c. ij. li. 6. Secundum probatur. De elec. quia sæpè. li. 6. ad hoc 63. di. §. Verum.

Decet, quia proprium est principis ac singulare offitium benemerentib. benefacere, Non secus ac militum pugnare, Agricolarum arare, Nautarum remigare, Neque aliam ob causam præpositi alijs præfectique esse uideantur. Decet, quandoquidem, ut Tacit. li. 4. ab. habet, Constantia est uirtus propria uirorũ, precipuè principũ, qua qui præditus est hic non nisi in magnis uiris habendus est, quæ cum ita sit principi diligenter cauendum est ne leuitatis & inconstantiæ argui meritò possit. Decet &c. Instar n. Solis est Princeps in regno suo, Propterea Christus Dom. Sol Iust. appellatur, Nimirum cum sol tanta operetur in mundo benefitia ut patet, Nihilominus præstat semper Idem ac perseuerat nunquam lassatus nunquam defatigatus: propterquod & Iuuenili cum facie, intonso capite descripserunt, Ita prorsus Dom. & Princeps semper benef. præstare debet.

Decet concessum à Principe, A principe. Qui solus priuilegium

legium in alterius preiudicium conferre potest secundum quosdam 19. q. iij. Nunc uero &c. & seq. quod non est uerum ut no. 25. q. 1. A principe. Adnotat D. Anton. hoc in loco, quod licet exprimatur de principe Idem tñ est in beneficijs aliorum 12. q. ij. Si Episcopus de instit. cum venissent. Possunt n. Episcopi dare priuilegia. De re iudi. Cum inter vos,

Benefitium. Priuilegium est quoddam beneficium alteri collatum; Cum autem duplex sit priuilegiorum genus, quoddam reale, quoddam personale, Hoc est verum in realib. priuilegijs; Hæc n. priuilegia principum, perpetua sunt, Non autem de personalib. priuilegijs intelligitur, nam personalia cum personis extinguũtur, & Idem dicendum de priuilegio ad tempus dato. pone casum de verb. sig. tua.

Mansurum. Nota quod licet priuilegium perpetuum esse debeat, Nihilominus propter abusum extinguitur, propter negligentiam, & per contrarium factum, ac etiam propter superueniens enorme preiuditium xi. q. iij. priuilegium. De Deci. suggestum. Vnde dico quod ab ipso principe verba priuilegij interpretanda sunt, Ita quod alteri enorme preiuditium non afferant. De verb. sig. quid per nouale. Si autem ex post facto superueniat enorme preiudicium, Cum tunc necesse sit directè venire contra verba priuilegij, crederem proponendam questionem de priuilegio quod de nouo tendit ad noxam, & contra illud non debere propria authoritate veniri secundum multos Doctor. sup. 25. q. 1.

Benefitium remissionis peccatorum, quod datur à Principe, adeò manet quod nunquam reuocatur 23. q. 4. se illic. Contra de pe. di. 4. qui diuisi. Solutio est. Non redeunt peccata dimissa per recidiuum, nec quoad culpam nec quoad pœnam, sed dicuntur redire per quendam effectum aggrauationis illius sequentis culpæ, ita docet D. Thomas Diuinæ voluntatis interpres, & etiam D. Antoninus Archiepiscopus super hanc regulam. Benefitium etiam gratiæ & virtutum semper durat in homine ex parte Dei dantis. De pen. di. ij. querendum. Sed quod ammittatur est propter hominum abusum vel negligentiam. Benefitium uerò est quodcunq; habemus bonum, & istud semper in mente nostra manere debet per recognitionem, Ita docet Propheta

ps. 102. Noli obliuisci omnes retributiones eius.
Latius discuramus. Decet vtiq; à Principe benefitium & Priuilegium esse mansurum. Quod si de quolibet Principe hoc decens dicimus, à fortiori, De supremo omnium ac Romano Pontifice dici debet, qui illius gerit vices de quo legitur, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus; Huius etenim summi Principis non est qui ambiget figuram extitisse legis summum Sacerdotem, In cuius veste illius & huius offitium describebatur, de qua veste exod. 28. dicitur, Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica facies; Admirantur quamplures cur Deus mala punica in supremi Sacerdotis veste poni iubeat, inter cætera etenim à natura sic mirabiliter gesta, vt Aristot. dicat, opus naturæ opus intelligentiæ, mala punica Corona prestant. Flauius Ioseph. lib. 3. antiq. c. 8. & cum eo Diu. Hieronim. ac Philo Iud. 2. de Monarc, docent quod quemadmodum in veste illa Hyacintina totus orbis representabatur, vt sap. 8. dicitur, In ueste n. poderis quam habebat totus erat orbis terrarum, Per mala punica fulmina ac fulgura signantur. D. verò Gregor. docet malum punicum fidei vnitatem denotare, nam sicut in malo punico, Vnico exterius cortice multa interius grana inueniuntur, sic innumeros Sanctæ Ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet, per quod signãtur in Summo Pontifice Catholicam Ecclesiam vniri, nec sine pontifice Ecclesiam esse cum in eius veste mala hæc punica describi iubentur. Ven. verò Beda, per mala punica bonarum actionum diuersitatem notari dicit, quæ in Summo Sacerdote in vestè Charitatis reperiri debét. Ex quo meditari licet proprium mali punici esse liberalitatem ostendere, aperitur etenim, perpulchra sui ipsius viscera & grana pertranseuntibus patefaciens ac si ipsos inuitare studeat ad eisdem perfruẽdum, quare Corona natura ipsum ornauit Corona n. digni censentur qui liberalitate & abundantia præstant vt notat D. Theodoretus de Iosepho loquens. In Summi ergo Sacerdotis veste mala punica sunt, quia vult Deus vt qui corona vel Tiara ornatur liberalitati studens, sciat offitia, dignitates, & primatus, in subditorum benefitium esse, & penè viscera ipsi effundere habent in populorum solamen, quod si benefitia iam
aliqui-

aliquibus Comunitatibus, siue Congregationibus apertam adhuc manum habeant, potius ad iterum dandum quàm auferendum. Decet n. conc. à principe Benef. e. m.

Priuilegia quamplura concesserunt Summi Pontifices regularibus, cur autem auferenda ? Nequaquam auferenda esse priuilegia à pontificib. iam regularibus concessa ostendi potest, ex D. Gregor. Felici Epo 25. q. ij. dicente, Si ea destruerem quæ Antecessores nostri statuerunt, Non constructor sed euersor esse iustè comprobarer, testante veritatis voce, quæ ait, omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & omnis scientia & lex aduersum se diuisa non stabit. Idem etiam Gregor. Dominico Cartaginensi Episcopo q. eadem, ait, De Ecclesiasticis priuilegijs quod uestra fraternitas scribit, hæc post posita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusq; Ecclesijs sua Iura seruamus. Nec cuilibet vltra quam meretur impartior, nec vlli hoc quod sui Iuris est ambitu stimulante derogabo, sed fratres meos per omnia honorare cupio, sicq; honore singulos subuehi, Dummodo non sit quod alteri Iure ab altero possit opponi. Secundum Polliticos etiam Nunquam Prudens Princeps conturbabit publicos mores, nec populum, vt ait Seneca, in se vitæ nouitate conuertet.

Quali humanitate regulares predicantes prosequendi sint Cant. 4 eleganti patefit Metaphora, Dentes tui, dicitur sponsæ, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus & sterilis non est in ea. Sponsæ Dentes qui Margaritarum catene comparari deberent gregi tonsarum pecorum de lauacro ascendentium comparantur, sed cur sic? Ecclesiæ Domini sponsæ dentes prædicatores sunt qui diuinarum scripturarum difficultates conterunt & aperiunt, qui coniunctim inhabitantes, illi sunt qui Dentes sunt arma & sagittæ inimicis Ecclesiæ Sanctæ, qui de lauacro innocentis & claustralis obseruantiæ ascendunt, tonsi per paupertatis votum; Isti gemellis fœtibus abundare debent, ut partus scilicet ipsorum & fructus geminus sit, utiq; spiritualis nempe & corporalis, cômodûq; per ipsorum labores eueniat & nascatur & populis & eorum Congregationib. gratiam illi cæteris afferant & sibi acquirant, populos côquirât Sedi Apostolicæ sibi uerò priuilegia, nec sterilis sit inter illos

sine fructu & beneficio. sic n. asserit Gregor. 12. q. 2. Ecclesiasticis Vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica digni sunt remuneratione gaudere, vt qui voluntarijs obsequiorum necessitatibus spontè subijciuntur, dignè nostris prouisionib. consolentur.

Ab Ecclesiasticis tolluntur à plerisq; benefitia contra hanc vniuersalem regulam, Decet concessum à principe benefitium esse mansurum. Sed qui benefitijs ecclesiasticos exuunt, legant tremendum illud Dan. 5. Ibi n. dicitur quod Balthasar rex grande conuiuium fecit, precepitq; vt afferentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabucdonos. pater eius de templo quod fuerat in hierusalem, vt biberet in eis ipse, & optimates, vxoresq; eius & Concubinæ, bibebant, &c. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra Candelabrum in superficie parietis aulę regiæ & Rex aspiciebat articulos manus scribentis, Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Quid quæso, manum hominis sic timuit Rex bello assuetus, quid humanam vnam manum timebat qui armatos exercitus lætanter obuiam sustinere debuerat, vir regius & inuictus? Manus erat, & ideo timebat. Manum illam Videbat presentari quæ vasa illa de templo in prophanum distulerat Vsum, & hæc manus ruina sibi erat, Manus n. erat quæ in templum Dei vasa addere habebat, Vah, prophana manus, è templo à leuitis à Sacerdotibus illis dicata abstulit, Mundanis verò sæcularib. meretricijsque mulieribus ipsa in vsum tradidit. Proh dolor quomodo perspicuum est simile temporibus nostris contingere. Benefitia nanq; à Viris religiosis distrahuntur, & Secularibus erogantur, & in muliebre meretricumq; vsum vertuntur, vt in Germania Anglia, & alibi vidimus, panisq; filiorum sumitur, & mittitur Canibus, Redditus verò qui viros Religiosos Dei Sacerdotes ad quinquagenarium alebat numerum, non sufficit modo prædictis pro Auriga & Curru; Cęterum animaduertant prophani Manum hanc horribilem, terreatq; eos hæc manus, quæ profectò scribit, Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud, appensus est in statera & inuentus est minus habens, diuisum est regnum tuum.

um. Terreat manus, & prædicantem talia honorent Principes ficut Balthafar fecit de quo facer dicit textus, Tunc, interpretata filicet vifione, iubente Rege indutus eft Daniel purpura, & circundata eft torques aurea collo eius.

Excufantur nonnulli, ab Ecclefiafticis benefitia tollentes, dicentes talia fiquidem benefitia dari debere perfonis Cognitis &c. feruitorib. &c. de quibus colloquitur D. Gregor. 21. moral. funt nonnulli, inquit, qui pietatis fuæ vifcera tendere vfq; ad incognitos nefciunt, fed folum quos per affiduitatem notitiæ didicerunt miferentur, apud quos plus familiaritas quam natura valet, dum quibusdam neccesfaria non quia homines, fed quia noti funt largiuntur. Sed fi fuis amicis præmium amicitiæ, vel Seruitutis conferre fatagunt cur non de menfa propria fed de aliena dare contendunt? Hoc eft aliena furripere & Amicos peius quam de mammona iniquitatis facere, facrilega manu bellare, pauperes Chrifti expoliare, Monafteria feruorum Dei demoliri, Crucifixum Colaphizare, Reddite quæ funt Cefaris Cefari, & quæ funt Dei Deo, Domini eft terra & plenitudo eius, Dedere Cefares & princeps Deo quæ à Deo acceperant, facta fuit præfcriptio in fauorem Dei, cur prefcriptione non obftante auferre à Deo que Dei funt fatagitis? Iam flores in Ecclefia à Conftantino oblati malè olēt, inquit quidā, Ita certè fi flores hij nō in manu dignorū Ecclefię miniftrorū locētur. quod fi Idonei fint altiffimi Sacerdotes illud cū Paulo dicere poffunt. Nos Chrifti bonus odor fumus, inter hos quoq; pafcitur Is q pafcitur inter lilia.

Benefitia ab Ecclefiafticis detrahuntur, Sæcularibufq; dantur, quare D. Bernard. in expofitione regulæ D. Benedicti p. 3. cap. 7. tractans illud prou. 25. Cælum furfum, & terra deorfum, ait, Negligentia prælatorum in tantam deordinationem & confufionem induxit, quod in eis, eft terra furfum, & cælum deorfum, pedes funt fupra caput, & facies retrò, Interiora effufa funt extra, Deus ibi conculcatur, & terra deificatur, diabolus honorificè fufcipitur, Deus verò contumeliosè repellitur; Terra furfum eft, & cælum deorfum, vbi terrena cæleftibus præponuntur, pedes funt fuper caput, vbi viri fpirituales defpiciuntur, homines verò terrena fapientes in honore habentur, facies eft retro cum in ope-
ribus

ribus, quæ videntur bona, potius vtilitas terrena intenditur quàm merces æterna, Interiora effusa sunt extra, cum bona interna negligantur, & exteriora diliguntur, Deus verò conculcatur, & terra deificatur, vbi deficit Charitas & regnat Cupiditas, Diabolus honorificè recipitur, & Deus contumeliosè repellitur, vbi raptores cum honore recipiuntur & magnis expensis procurantur. Boni verò pauperes uel repulsam patiuntur, vel malè procurantur.

Animaduerte frater discrimen tuum, Ibi sedes in insidijs cum diuitibus in occultis vt interficias innocentem, hìc audis, non sedi cum Concilio vanitatis & cum iniqua gerentibus non introibo; Ibi insidiaris vt rapias pauperem rapere pauperem dum attrahis eum, hìc dicis odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo; Ibi dextera tua repleta est muneribus, hic lauas inter Innocentes manus tuas; Ibi laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, hic benedicitur Deus die noctuq;.

Excusantur nonnulli Principes dicentes, benefitia ab ecclesiastic. tollere, dare verò Sæcularibus ad Christianæ religionis decus hoc que ad decorem Regium spectare affirmant: Vah quid audio: decus Christi existimare volunt aliena rapere alienisq; bonis locupletari, ita ne præcipit Dominus? quisnam hæreticorum vestrorum hanc contra Christum insaniam docuit? an delectatur Christus pauper iniustis rapinis suos perfrui? Iustus Dominus, & iustitias dilexit, Hoc verò omninò iniustum. Quinimò Certa consistit veritas, semper Dominum Iesum paupertatem comendasse, nec magnis ipsum delectari, sed viliora semper ad magna efficienda delegisse, Sanè qui Pharaonis potentiam per Equitum millia vincere poterat ad suæ maiestatis ostensionem non magnis militibus, ne armorum strepitu, nec galeatorum vel principum accessu, sed ranis Pharaonem deuicit, Infirma mundi elegit Dominus vt ipsius omnipotentiæ non mundi, vel mundanæ potentiæ purpure, auro, vel argento conuersionis opus adscribatur. Sic Dauid Gigantem humiliaturus Saulis arma respuit, ne exteriorib. uirtutum insignia tribuantur; omnis uerò Ecclesiæ gloria ab intus in fimbreis aureis in extremis charitatis, Circundataq; Ecclesia uarietate populorum in Christo credentium ante sacrum Pontificem flec-

tentium

tentium maxima præstat gloria:

Decet concessum à Princ. benef. esse mans. Plinius Iun. Traiano scribens, eum hortatur ut ita semper beneficum suis se præberet sicut initio Imperij se prebuerat, ut ita subditi eum & eius regnum seruarent, Et ait. Si bene Rempublicam, & ex utilitate omnium rexeris digna uota nostra, quæ semper suscipiantur, semperq; soluantur. Egit cum Dijs, ipso te auctore Respublica, ut sospitē te præstarent, Si tu cæteros prestitisses; Si contra, Illi à custodia tui oculos corporis dimouerent teq; relinquerent uotis, quæ non palàm susciperentur. Alij se superstites Reipublicæ optabant, faciebantq; : tibi salus tua inuisa est, si nō sit cum Reipublicæ salute coniuncta. Nihil forte pateris optari nisi expediat optantib. omnibusq: annis in concilium de te Deos mittis, exigisq: ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. Hæc Plinius Iun. in Pan. ad Traian. Imp. Quis .n. negabit Dion. Phi. dictum Beneficentia, firmior potentia.

Decet conc. à Pr. benef. esse mansurum. Carol. pasc. in lib. 1. an. Tac. sic ait (Audite pollitici Princip.) sæpè Principes in eo peccant, quod quos amicos sibi esse uoluerunt, quibusque negotia sua interdum commiserunt, eos postea, aut iniurijs, aut contemptu abalienant, sibique infensos reddunt. nec certè mirum est, ab hisce hominibus præsertim factiosis, præpotentibus, ac rerum principis gnaris, multa persepè in ipsius principis perniciem proficisci. Hinc obseruent principes, quibus aut sua negotia commiserunt, aut multum gratia, & auctoritate aliquando apud se posse voluerunt, Hos perpetua benefitiorum serie, & beneuolentiæ significatione, si non vera, saltem in spetiem quæsita, in offitio continendos, aut si odium principis commerjti sunt, protinus euertendos esse. Hæc Pascal.

Decet &c. Sanè Benefitia principum quibus ipsi gaudent maxima sunt. Vnde dici potest. Quàm fælix Vita Iusti principis, qui hic in terris temporalium abundat copia, In cælis æternorum implebitur abundantia; Hìc Ciuium multitudine sociatur, Ibi Angelorum caterua circundabitur; Hìc militum apparatu deambulat, Ibi cælestium Spirituum exercitib, recreabitur; Hìc purpura induitur, Ibi gloria ornabi-

ornabitur; Hic regali redimitur diademate, *Ibi* æterno coronabitur Iubilo. Cæterum si magna sunt principi benefitia, Cur parua Ipsi subditis denegant bona? Hunc sibi finem proponit honestus princeps, *Inquit* Antipat. Vt subditos Fælices efficiat. Quinimò, vt ait *Patritius* Senen.lib.2.tit.1. de Institut. regis. Sicut Medicus languentis vtilitati, non suæ, & Nauis gubernator eorum quos vehit consulere debet, sic rex eorum quib.imperat.

Benefitium à princ, concessum decet esse mansurum, Porrò *Proph. Ioel* ait (cap. 3.) stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. Montes supremi sunt principes, Colles subditi. De vtrisq; Dauid, suscipiant Montes pacem, & colles iustitiam. *M*ontes stillabunt dulcedinem, ac si perennis dulcedinis fontes essent principes, Quid verò est quod à montibus generalis illa expetenda est dulcedo, vt absolutè dicatur, stillabũt montes dulced. A collib. verò limitata dulcedo, mellis scilicet, & lactis tantummodo desideranda? Hoc sanè illud ostendit non tantam requiri in subditis dulcedinem, ac in principib. Qui vniuersalem populi curam gerentes, vniuersalem etiam ac amplissimam suauitatem & bonitatem preseferre debent. Quid verò est qđ stillabunt montes dulcedinem? Hoc indicat profectò quod principes etiam non requisiti benefitia conferre debent, sicut fons qui sponté stillat &c. Quid de illis qui à subditis petunt, an tale velint benefitium? Tunc verè offendimus, cum cuius mentem nouimus, huius verba captamus, sic Cic. in Cat. quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? optimi mortalium altissima cupiunt, *A*rgumentumq; est *A*nimi excelsi (ait *Pascal.*) altissima atq; adeò *I*mmortalem famam sperare (adde dummodo id contra Deum non sit quod speratur.) Nihilq; tantum est quod non se virtute, Diuino comitante auxilio assequi posse sperent excelsi viri. Magna & generosa res est humanus animus (ait Seneca epist. 104.) Nullos sibi poni, nisi communes & cum Deo terminos patitur.

Paruipendunt autem Nonnulli principes Ecclesiasticos quosdam cum ex illis quam plures ex vili sint plebe. Sed mementote *D*omini Exod. 25. legimus Moysi preceptum vt ad tegenda interius Sanct. Sanctorum ex bisso, cocco, atq; hyacinto,

cinto, Cilicina vela & pelles texerentur. Vbi D. Gregor. 2. mor. 16. per pelles & cilicia, quibus tabernaculum 1. Ecclesia tegitur ac defenditur & Venerabilis seruatur, grossos ac humiles homines intelligit: per hos n. interiora tabernaculi, fides erga Deum, & Charitas erga proximum, seruatur, In delicatisque Ecclesiæ primatibus decor per tales custoditur: Vt enim in interiora Ecclesiæ abscondatur qui fulget byssus, coccus coruscet, hyacinthus ceruleo fulgeat colore, desuper pelles & cilicia hæc, Imbres, ventos, & puluerem portant. facilis applicatio.

Cæterum, Mortui sunt pijssimi Principes, & pauci superstites, vnde benefitia nedum Ecclesiasticis viris modò non conferuntur sed & auferuntur. Perierunt Sanctæ illæ mulieres magnorum uxores principum, Vnde deplorare possumus cum D. Gregor. niss. in morte Placillæ Theodos. sen. coniug. (referente Bar. an. 385. t. 4.) Vbi Doct. S. ait. Perijt regni ornamentum, Iustitiæ gubernaculum, humanitatis imago; maritalis amoris atq; exemplum ablatum est, castum continentiæ ac sobrietatis & pudicitiæ donarium, facilis aditu grauitas, non contemnenda facilitas & mansuetudo, Alta Animi humilitas, atque modestia, pudor ingenuus, promiscua bonorum harmonia; perijt fidei zelus, atque studium, Ecclesiæ columna, Altarium ornatus, pauperum Diuitiæ, multis subministranda sufficiens dextra, communis iactatorum, & afflictorum portus. Hæc Niss. qui & præmittit Dauidis uerba. Vt quid Deus repulisti in finem, Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? Quæ uerba in hæbreo, sic leguntur, Fumat naris tua super oues pascuæ tuæ. ex quo inferre nos possumus, quod cum tolluntur pijssimi principes ex sæculo nostro, magnũ, quidẽ super populũ cadet flagellũ, Iratus nãq; tunc ẽ omnip. narisq; eius fumat.

Dicunt Impij non modo conferenda Ecclesiasticis benefitia quoniam in Ecclesiasticis mortificationes amplius non sunt sicut prius erant. Quinimò Tyrani quos ferre non possunt, hos veluti Reipub. infensos euertunt. Sed audite fratres. Emblema in antiqua moneta Imperator Constantinus faciebat, vt refert Iacobus Gretserius to. 3. in ea verò ex parte vna Imperator ditissimè indutus generosissimo equo insidebat, porrò ex parte altera Palma altissima multis onusta

ramis apparebat, in cuius sumitate Crux sacra conspicua erat, ex qua non quidem sanguis, sed abundantissimi aquarum riui qui ad calcem palmæ in magnum vas colligebantur, defluebant, In his verò aquis imanis suffocabatur Draco, ibiq; sita erat veneranda matrona amictu honestissimo induta, palmam & crucem deuotè intuens, ex aduerso tandē Alia inhonesta Iuuenis mulier adstabat quæ cum Columba ludens cruci dorsum vertebat. Profectò primitiuæ Ecclesiæ statum per monetam hanc designare voluit, pijssimus Constantinus pro qua pugnare paratus erat vnde equo insidebat, sed & in eadem moneta status quoq; presentis Ecclesiæ congruè significabatur. Sanè Palma est Ecclesia, propterea Can. 7. dicitur statura tua assimilata est palmæ, victorijs plena, vincens etiam dum vincitur, In cuius vertice nitida refulget crux sacra. Consideratione autem dignum in proposito illud est è Cruce non sanguinem sed aquam emanare, quid est hoc? Iam sanguis cum aqua emanauit preterito tempore, modo verò aqua tantùm effluit, Aqua hęc, Aqua sapientiæ salutaris est, sed vbi aqua sapientiæ ibi Crux, è Cruce defluit aqua, non est aqua sapientiæ sine Cruce & passione, Grauisq; crux est vbi vera sapientia & salutaris, etenim si crux leuis est cum sapientia humana est, vt ait Paulus, dicens, Non in humanæ sapientiæ Verbis, vt non euacuetur Crux Christi; Tunc ergo grauis Crux erit cum sapientia Salutaris ac Diuina fuerit, Proficuaq; nimis existit hæc aqua, non vana, In ea nanq; infernalis perit Draco, Atq; per id lætatur antiqua fides per antiquam significata mulierem, tristatur verò Inhonesta Iuuencula, hæresis scilicet suis addicta lasciuijs; Cum igitur modo in Sancta Ecclesia tot litterarum studia fulgeant, tot sapientes ac Theologi nitent, profectò dicendum Ibi Crucem & mortificationem, hancq; per grauem. Sed lacerat animum & premit frequens meritorum commemoratio, dum ex dolore & Ira erumpunt liberi questus.

Dicunt rursus Principes Nec dominum semper benefitium seruare in suis, Nam prius populis aliquibus benefitia plurima precipuè in bellis conferebat. sic Gallis, sic Iudeis, modò verò non sic. Verum animaduertant principes cur Dominus amplius in bello multos derelinquat. Isa. 30. ait, væ filij deser-

desertorum dicit Dominus vt faceretis concilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis, vt descendatis in Egiptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. Hæc ratio cur Dominus aliàs principes & fideles suos tuebatur, quia nil sine Deo agere tentabant, cum verò sine Dei consilio vel eius Vicarij placito, ad infedeles conuersi sunt vt ab ipsis auxilium obtinerent, eos dereliquit Dominus: Nunquid ex nostris Turcas in partes suas nô petierunt? Sed quid eis euenit? Vah quot mala? intrauit in domos bellum, intrauit ad ossa, ingressa est ad animas hæresis, nec vir vxorem, nec filius patrem sustinent. Væ filij desertorum qui ambulatis, vt descendatis in Egiptum, filij sunt viuentes eorum qui à Turcis auxilium exquesierunt, & ideò væ illis: Peccatum verò infidelitatis qđ fuit ꝑ hæresim, recedere Dominum fecit à populis in quibus tale est perpetratum peccatû. Exod. 33. habetur quod tabernaculum erat inter Iudæos vt tribunal apud quod lites decidebantur populi, vnde Deus in tabernaculo aderat veluti familiaris populi sui Iudex, sed post perpetratum adorationis vituli peccatum, iussit idem Dominus vt tabernaculum inde asportaretur, nolens amplius consilijs populi tam impij assistere, & vt ait sacer textus Moyses tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul. quippè, vt eorum consilijs assistat Deus, qui Deo infideles fuerunt non merentur.

Maximum in nos malum profectò est si princeps est malus, omnia à nobis tolluntur bona per phas & nephas. explicans D. Hieronim. locum Baruc. 3. fluuios scindes terræ, per fluuios principes, ac regentes intelligit, vt quid ergo principes fluminibus comparantur? ita certè & hoc propter duo, Nam flumina vel irrigant terram, & sic fecundant ipsam, vel inundât, & exeunt limites, & sic terram sterilem reddunt; Ita prorsus principes ipsi sunt, vel qui conseruant suos vel destruunt cum vitijs ipsi vacant, & terminos exeunt suos, Vah, deuastant omnia. Mercatores viuere non possunt propter noua pedagia, Nobiles priuilegijs minimè gaudent, Religiosi à populo indistincti manent &c.

Multis principibus competit illud Hierem. 50. exultastis, &

magna loquimini diripientes hæreditatem meam, quoniam effusi estis sicut vituli super herbam,& mugistis sicut Tauri; aptissima quidem metaphora ostendit Dominus quid nonnulli agant erga subditos, sicut Vituli super herbam, & sicut Tauri mugientes; depascitur vitulus in prato ambulans, saturatus verò super manentem herbam prostratus iacet, eãq; opprimit & conculcat: *Ita* profectò quidam magni, ait Dominus, sicut vituli super herbam nutriuntur quidem populorum laboribus, & redditibus augentur, sed non his contenti, oneribus, gabellis, talionibus,& nouis pedagijs eos destruunt. Lectio etiam Hæbrea, vt aduertit Lyran. habet, sicut vitula triturans, ac si dicatur, sic se habent principes nonnulli in suos sicut vacca triturans quæ ore messem comedit,& pedibus eandem premit,& opprimit; Hæc inquã crudelitas est quorundam, Qui ore subditos impugnant, vel rodunt, alijsque mille modis & veluti pedibus deprimũt; Ac si pedibus (vt aiunt) suis homines fecissent. Sequitur exinde propheta contra eosdem, Mugistis sicut Tauri. Taurus saltans & currens, musca percussus, mugit, clausisq; oculis impetit currens huc atq; illuc, sed quid habes Taure? Musca me tetigit, ehus tam paruo animali ageris? Musca Taurum fugat & mugire facit; Ita certè quidam magni viri, minimum non sustinent Verbum, sed pro minimo Verbo vindictam querunt, & mugire, insanireque vt bestiæ videntur.

Simulant tamen nonnulli principes, & exterius pietatem ostentant, sed, vt asserit propheta, Ranæ in penetralibus regum ipsorum, quid est hoc? Ranæ de putredine gignuntur, ideò imperfectionem designant, dicere igitur quod Ranæ sunt in penetralibus principum, idem est ac dicere quod & si extrinsecus quidem principes virtutem preseferant, intrinsecus tamen si perscruteris eorum imperfectiones manent; Ranæ in penetralibus regum, *Ibi* desideria, Ibi tractatus, Dicunt se Christi cultores, sanctæ Ecclesiæ seruos, Nihilominus in penetralibus semetipsos adorant.

Fautores sunt aliquorum sed insipientium, benefitia conferunt insipientibus potius quam sapientibus 1. Reg. 21. habetur quod Dauid in domo Regis Achis dementem se finxit vt viuere posset; Ita nanq; res se habet, vt apud poten-

tes solum viuere possint vel insipientes vel qui tales se fingunt. Cur verò Probi viri à Principe sæpè reprobantur? vt Salust. in Coniur. Cat. ait, Regibus boni, quàm mali suspectiores sunt, semperque his aliena Virtus formidolosa. Verùm Alienatio principis ab eo qui ei Charissimus esse deberet haud dubiè conciliat ei fauorem cæterorum, nimirum sæpè maiori fortunæ locum fecit iniuria, vt ait Seneca epistola 92.

Vna cum principibus, vt plurimùm desinunt benefitia atque moriuntur; Mortuo n. Pharaone, qui Iospeh exaltauit, mortua est etiam benefitiorum ipsius Ioseph apud egiptios memoria. Decet, decet concessum à principe benefitium esse mansurum.

Repelluntur etiam multi ab Aula principis, quandoquidem sinistros de principe habent sermones. Qui verò malè de principe loquitur, ac procacius libidinem ingenij exercet, is prius mentem suam, mox aures hominum polluisse dicitur.

Qui principum gratiam ammittere nolunt, inter cætera obseruent quod docuit Carol. pasc. in lib. 1. an. Tac. qui ait. Cum princeps id agit, vt, qui sunt animi sui sensus, hos penitus abdat, atq; ad eam rem uerbis utitur suspensis & obscuris; & si rem, ut est, perspicimus, tamen non semper est è re nostra ut intelligere uideamur; quin potius enixè danda opera est, ut ipsi quoq; simulemus ea quæ ab ipso dicta sunt, ita à nobis accipi, ac si non dissimulanter, sed ex animo dicta essent. Itaque dissimulandus est Intellectus. nam qui quonam princeps spectet, intelligit, seque intelligere uideri uult, Is sibi sæpius malum quærit.

Cæterùm Mare est periculosissimum Aulicorum uita. Quod n. fretum, tot metus, tantas, tàm Varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas agitationes, & quantos æstus habet institutio Aulicorum? Quanta, per Deum Immortalem pericula? Vbi à summo gradu ad infimum interest nihil, ut monet Tacitus: Quanti metus? Vbi duo ista nexu quodam sociantur, Honor, & Odium, vt ait Seneca. quantæ fraudes? Vbi malicia ipsa suspecta est, ut canit Ennius? Quantæ agitationes? Vbi Fortuna imperat, & est Domina Campi, ut Romanus loquitur; Quanta denique miseria-

rum

rum uestigia? Vbi Seianæ illæ Clytiæ, Syllanæ Naues, quæ fælicitatis auram suis quasi uelis constringebant, eodem sublatæ uento quo deiectæ; Inter fluctus, luctusq;, spirante aura, suspirante auro, mare sorbentes absorptæ à mari, magnum scopum spectantes ad magnorum scopulum infregerunt.

Riminiscere Dilecte quod vidit Ioannes (Apoc. 17.) mulierem super bestiam septem capita habentem & cornua decem, manu Calicem tenentem, Quânam putas mulierem hanc? Babylon ipsa est confusio est, Mundus ipse; Calix eius benefitia sunt mundi, & consolationes eius. Quæris huiusmodi potiri benefitijs? Animaduerte pugnandum esse contra Capita septem, contra cornua decem, (Hà più corna che Capo, è più cornuta che saputa questa gran bestia del mondo, Hà più forza che meriti) Capita septem concordanda tibi manent, si petis mundi benefitia, nedum cum principe congrediendũ, sed cum cubicularijs, cum secretarijs, cum portarijs, cum Caudatario, cum Auriga, cum Coquinario ac forsitan cum Ancilla conueniendum. Et quid perinde miser potabis? Calicem quidem plenum immunditia, & abhominatione. Talia .n. benefitia mundi, &c.

Decet valde ò Principes vos liberalitas largitatis. Legimus de Mag. Alex. qui nihil quod cum suis communicare militib. non posset, habere voluit, qꝫ cum semel per quandam pergeret siluam, & ipse cum exercitu suo siti deficeret, Quidam, magnum putans donum, Aquæ cyphum ei tribuit, quem Ille confestim effundi mandauit; Noluit n. solus bibere Vbi alijs illud communicare non poterat benef.

Difficile memoratu est quam grata sit in Vulgus Comitas Principis eiusque ciuile Ingenium, & contrà, quanto omnibus sit odio sermo & Vultus ipsius arrogans & obscurus. Sanè cautus Princeps singulis pro cuiusque ingenio satisfacit, quem opibus inhiare videt, hunc donis ac munerib. sibi conciliat, honorum cupidos, honoribus ac spetiosis titulis honestat.

Fingunt nonnulli Reginam semiramidem in columbam translatam auolasse que post stabilitum suum regnum. Sed si velamen fabulæ detrahi liceat, dicendum quippè, proprium principis esse se in columbam transferre, quoad metaphora

scilicet,

ſcilicet,& amorem & fellis carentiam; *Ita petebat Rex Dauid,dicens,Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & Volabo & requieſcam?* vbi nota, *Volabo & requieſcam*, ac ſi dicat,ſicut columba auolat & à ſocia diſcedit, & iraſci contra eam videtur,illicò tamen reuertitur & quieſcit ac pacem donat; Ita ego princeps, volabo,diſcedam,iraſcar, ſed repente quieſcam, & oſculis beneficiorum vacabo. Nouus verò princeps mirum in modum conciliat ſibi nobilium beneuolentiam ſi ſua gratia & ſtudio in adipiſcendis honoribus iuuat eos q ipſius gratia,aut proprijs meritis confidunt. Amet ſanè princeps ſuos & occaſiones benefaciendi habebit. Plutarch. lib.de offi. Iudi. affirmat, Amorem Hederam eſſe, & ait,facile inuenit cui ſe alliget,ſed & ſecum vincula affert, quibus vinciat. ſic n. *Amor*. &c. *Amate*. In Nom.Patris, & Filij &c. Amen.

OMELIA XIV.

Sup. prædicta Reg. Decet conc. à Princ. Beneficium eſſe manſurum. De Sac. Euch. Sacram. inf. oct. Corp. Xpi.

Decet conceſſum à Principe Beneficium eſſe manſurum.



IRABILE eſt dictu quod Pudicus ille Pat. Ioſeph Antiq.Iud.ſeruator dictus,à fratribus vt Princeps adorari cernens, vt Manipulus frumenti eſſe ſibi videbatur. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circunſtantes*

adorare

adorare manipulum meum (Gen. 37.) Si in Throno eburneo militib. stipatum adorari vidisset Ioseph, non hercle mirandum, sed tanquam frumenti manipulum à cæteris manipulis, inclinationes, prostrationes, adorationes recipere, Hoc profectò prodigiosum. Cæterum quis non uidet Redemptorem Dom. Christum in Ioseph Saluat. dicto acceptum, tunc speciali quadam ratione adorari debere, cum sub frumenti specie in Sacramento Altaris latet? Accedant cætera omnia frumenta, adorent frumenti huius species, sub his nanq; Deus ipse granorum omnium creator ac numerator mirabiliter latet. Adorandus quippè Ioseph in manipulo frumenti adumbratus, cum frumentum sapienter hominib. tempore famis copiosè tribuit; Adorandusque Dom. vniuersi Saluator, qui semepipsum sub frumenti specie manducandum tradit. Ioseph ergo in manipulo frumenti figura Sacramenti Admirabilis extitit. Sed & de Ecclesia sanè est dictum. Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs, quid est hoc? Pulchrum quidem est grana illa aurea in area intueri dum sol ipse radijs ea tangit suis, precipuè ubi aceruus lilijs circumquaq; sit uallatus; Porrò si lilia sola tutum aceruum reddunt, nec alio ei est opus auxilio, nil timetur frumentum ab extraneis auferri, nullus de cæli uolucrib. pauor; ita certè regia bona sese custodiunt, & ex se nullo adhibito tutore deffendunt, Illis n. Noli me tangere, q. Ces. sum, est affixum. Perpetuũ est ergo hoc benef. à nemine tollendũ frumentũ. Sed & lilia custodiunt illud. Vent. t. sic. acer. trit. Vallatus lil. Vterus, quo regni cælest. filij iugiter procreãtur, Sacramẽtũ dici potest Euchar. Huius SS. Sacramenti Defensores quinam sunt? Non certè Impuri, Vallatur lilijs; Puri sunt Fideles Innocentes, penitentes, Hoc n. Frumentum est electorum, ut Zach. docet. Immundi, & Hæretici, tollere conantur benef. hoc ab Ecclesia, minimè memores Ioseph in figura manipuli adoratum, quòd frumentum in abundantiam seruauit, Immemores quod, (vt sanc. adnotat Theodoretus) Ille tanquam Princeps solùm adorari est meritus qui semper abundanter suis Annonam prouidet, à Pollicitis nequaquam Oblitum.

Quis uerò à sũmo omn. Principe Deo iam homini concessum beneficium Ecclesiæ negatum fore audebit dicere? Sanè per

Esa.

Esa. cap. 58. inter cætera Ecclesiæ conferenda benefitia illud specialiter, cõmemorat Deus, Comedere faciam te hereditatem Iacob patris tui. Quid? Ecclesia hereditatem Iacob manducat? Quomodo? Obserua quænam fuerit Iacob hæreditas, & uidebis benefitium hoc Sacrosan. Sacr. apud nos. Nimirũ gen. 26. dicitur de Iacob. Det tibi Deus de rore cæli & de pingued. terræ abundantiam frumenti & uini, hæc hæreditas Iacob. Hæc hæreditas Ecclesię datur. Decet. n. concess. à Princ. ben esse mans. Manet ergo ben. &c.

Fontis cuiusdam admirabilis, non alabastri uel æris artificium sed liquoris sacri excellentem diuinamq; uirtutem Citharedus Proph apud Altiss. admiratur, prorumpens, Apud te est fons uitæ, Nec hoc solùm, sed ueluti aureis solis radijs argenteas guttas tangentibus delectatus, addit, Et in lumine tuo uidebimus lumẽ. Duo eq̃dẽ est apud oĩp. S. Proph. intuitus, eaq; singula amplissima benefit. Apud te est fons uitæ, Et in lumine tuo uideb. lumen, comprehendiq; in his uniuersa tũ corpor. tũ spirit. humani generis bona cẽsentur. Homini quippè p̃sens Deus, fons utiq; est uitæ, ꝗ ad corpor. spectare uidetur, sic. n. Martha nobilissima Virgo fassa est si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. oh præclarum benefitium, Pellem pro pelle, & cũcta dab. ho. pro anima sua. Vbi etiam Dom. præsens est Ibi in lumine fidei uidebimus lumen. lumen profectò maius, quod sum. est Deus, agnoscetur, & hoc quidem spirituale benefitium quo maius excogitari non potest. Quid igitur? Eia fratres, ex Christi (qui Deus est & homo) præsentia, si Obicem haud ponat homo, corporalia, spiritualiaq; benefitia acquiruntur. oh Innenarrabile Christi Dom præsentiæ benefitium. Hoc semper mansurum benefit. pollicitus est ipse Dom. cum dixit. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consum. sæculi. At quo pacto Saluator nobiscum semper reali & corporali pręsentia adest? Respon. D. Luc. c. 22. Accepto pane gratias egit, & fregit & ded. e. d. Hoc ẽ Corp. m. ꝗ pro uob. trad Hoc fac in m com. En q̃uo adest nobis. vt q̃d semel præsentiæ suæ benef. semper conferat. Decet. n. concess à Princ. benef. semp. esse mãs.

Fuerunt tamen perniciosissimæ prauitatis hæretici hominum benefitij Inuidi, Viri nequam, qui benefitium hoc à nobis tollere conantur Impiè In sacramento Euchar. Dñm solùm

 tanquam

tanquam in signo, non realiter esse, docentes; De quibus loquitur Mag. sent. li. 4. di. 10. Impugnaturque illorum dictum cum asserunt, verba illa Christi, Hoc est corp. m. figuratiuè intelligenda, sicut illa. 1. cor. 10. Petra autem erat Christus. Plura autem sunt SS. PP. vita, & Doctrina probatissimorum testimonia affirmantia verè & realiter sub panis & vini specieb. verum corpus & Sanguis Dom. reperiri, Quorum PP. sententias collegit Gratian. de consecr. Di. ij. Inter Doctissimos Patres D. Io: Damasc. li. 4 c. 14. ait. Non est figura panis & vini, Absit n. hoc, sed ipsummet Corpus Christi. & Ireneus, li. 5, c. 2, adu. heres. inquit. Qui negant nos communicari Sanguine Christi, etiam possent negare esse redemptos verò Sanguine Christi, quia, sicut Apost. dixit, In quo habemus redemptionem per Sanguinem eius; Ita dicit Calicem Eucharistiæ esse communicationem Sanguinis eius; Et qui per metaphoram hunc sermonem euertit, poterit etiam alium destruere. S. Amb. lib. 6. c. 1. de Sacramentis, sic asserit. Sicut verus est Dei filius Dom. nost. Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, Ita vera Caro, sicut ipse dixit, quam accipimus.

Veritate etiam realis huius Domini præsentiæ in SS. Sac. Guliel m. Paris. in tract. de Sacram. suadet ex tribus offitijs quæ Christus pro nobis suscepit. Etenim tria pro hum. genere suscepit Dom. offitia, Sacerdotis videlicet. Aduocati, & Medici. Cum itaq; in Missa Populi sanctificatio fiat, necesse proculdubio est, Christum vt Sacerdotē fidelissimum pro Sacerdotalis offitij expletione interesse, hoc. n. sacrificantis exigit fidelitas, vt cum ad sacrifitium aduenire postulatur, adsit; Est autem sacerdotale officium, sacramentare, siue sanctificare; quod certè non nisi per hostiam impletur, qua, Gratia sanctificationis populo impetratur: Nulla est autem hostia, qua sanctificari valeat populus, nisi illa quam in Cruce Christus obtulit, quæ siquidem ipsemet Christus, secundum quod homo, est, docente Apost. heb. 10. Sanctificati sumus per oblationem Iesu Christi semel: Hunc igitur ex suscepto sacerdotali offitio ad populum per hostiam sanctificandum opus est venire; Non est autem Christus sacerdos nisi in forma humana, & in eo quod ho-

mo,

mo. ergo vt sic in Altaris Sacramento se presentem exhibet.

Quia etiam fidelis est noster Aduocatus interesse habet causæ, quam agendam suscepit, quotiens nempè nostra agitur causa, atque eius desideratur presentia. Totius autem Ecclesiæ causa in Missa coram Deo Patre per Sacerdotem tanquã Procuratorem agitur; Nostri igitur Aduocati functio est adesse causamque agere, Causa n. per Interpellationem agitur, vnde non est digna nisi ex ore eius suscipi, ac per munus quod ipsemet Christus est, &c.

Postremò quia fidelis est Medicus Christus Dom. egrum, quem curandum suscepit, quotiens infirmitas requirit, visitare vtique, vnguenta quoque ac medicamina curationi opportuna adhibere habet; Quia verò quilibet de Ecclesia siue ad reparationem, siue ad confortationem, siue ad perseuerantiam, Medicamine indiget, & vnumquemque curandum mirab. miseratione Excell. hic Medicus suscepit, Ad curandum toties opus erit aduenire quoties de medicatione eius agitur: Quoniam itaque ad hoc Missa dicitur, & quoniam quicquid in ea fit, propterea fit vt hmõi egro medicationis offitium cum Sanitatis benefitio impendatur, neccesse certè est Christum missæ offitio interesse & hoc in eoqđ Medicus, In forma scilicet hum. vna cum corpore suo, quod contra noxios quosque vitiorum humores antidotum est solidissimum, adhibito etiam, liquidæ instar medicinæ, Sacrosancto sanguine, contra vniuersos Animarum languores pretiosissimæ.

Iuxta ergo prædicta neccessaria est realis Dom. Saluat. præsentia in Sacram. Altaris: Neque n. figura neque aliqua dessignatio Medicinæ sed sola ipsius presens veritas, salutem egroto præstare valet, similiter per solam sacrifitij figuram, vel dessignationem iratum plenè placari, aut offensum reconciliari absque sacrifitij veritate est impossibile; Neque sacrari, aut sanctificari possibile est quemquam absque Sacramenti veritate: Adde quod penitus impossibile est etiã aut pasci aut potari aliquem sola panis & vini figuratione. Alioquin sufficerent nobis figuræ ad hæc peragenda, & picturis pasceremur, quod fatuum est dicere.

Extant verò Sac. etiam script. veritatis huiusmodi testimonia.

nia. Eccl. 15. De fideli dicitur, Cibauit eum Dom. panæ vitæ & Intellectus. Sed quinam panis est, in quo formaliter vita est, & in quo Intellectus refulget, ac intelligit? Cibauit hominem Altissimus pane viuente & Intelligente. Vita Christus est. Ego sum ressur. & Vita. In hoc Altaris pane vita est, Christus est, Non est signum panis hic, In eo Vita est. clarius. In eo Intellectus est, non datur ibi signum non Figura sed Intellectus: Nec solùm ibi humana, sed & Diuina quoque natura moratur, vnde Panis est facierum non faciei. Vt Ianus est Domin. facierum duarum, faciesque istę sunt, vna Diuina, humana altera, sub vtraq; nanque natura ibi Christus reperitur. Quid obmurmuras Infidelis figuram nouo in testamento delineans? Per te vet. legis Hostiæ ab Augustiss. nouæ legis Sacrifitio minimè differunt, figuræ illæ erant hostię, hoc figuratum est sacrifitium. Eia fatendum fatendum est verè & realirer in hostia Sacra Dominum adesse, qui dixit. Ecce ego Vobiscum sum vsq; ad contum. sec. clamantq; Iur. periti. Decet concess. à Prin. benef. esse mansur.

S. Proph. Dauid psal. 21. ait. Edent paup. & saturab. & laudabunt Dom. Hoc Euseb. ces. lib. 10. cap. 8. dem. Euang. Intelligit de hoc cælesti cibo, Quam expositionem verba sequentia confirmant. Manducauerunt, & adorauerunt omn. pingues terræ, In conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Porrò certum est in Ecclesia Dei à nemine vnquam materialem fuisse adoratum panem; Ideoque dicente Dauide Manducauerunt, & Adorauerunt omn. pingues terræ, Idest, Omnes principes ac Reges in eius adoratione genua flexerunt, Inferre inde debemus, ipsos censuisse in illo pane, vel potius, sub accidentibus, Deum verè latitare. Ad hoc propositum S. Aug. (ep. 120.) vtitur eisdem verbis.

Quibus etiam consonant eiusdem proph. Verba in ps. 2. Quoniam vbi nostra vulgata legit. Apprehendite Disciplinam, Quidam Interpretes vertunt, Osculamini filium, Alij verò, Adorate panem. Quare vtraque coniuncta Interpretatio, docet, Filium Dei, qui est panis viuus, per hoc Sacram. nobis exhibitum, ipso aiente, Ego sum panis viuus, quæ de cælo descendi, tanquam Dei filium

ab

ab omnib. venerandum & adorandum.

Adde quod isdem Proph. in persona Dei loquens psal. 49. inquit. Non accipiam de domo tua uitulos, nec de gregib. t. hircos. Cuius rei ratio est. Quoniam meæ sunt omn. feræ Silu. Et pulchritudo agri mecum est. Aptissimè quidem. Nimirum si Agricolam interroges quæ Agri sit pulchritudo vtique respondebit, Segetes esse. Hanc uerò pulchritudinem Deus, ait secum esse, Quandoquidem hoc sui corporis Sacramentum institurus erat, & panis accidentia per Sacramentum erant Christi humanitati Sacramentaliter unienda, In quo sacrifitium fieri debebat, Deo magis quàm Sacrifitium omnium simul ferarum antea factum pergratum, Vnde sequitur per Proph. Dom. Nunquid manducabo carnes tauror. aut sang. hirc, potabo? Ac si dicat, Nequaquam certè, Nam cum in Ecclesia sit caro & sanguis filij mei, Ipsum mihi uolo immolari. Concludit uerò Dauid psalmum predictum in nom. eter. Dei, dicens. Sacrifitium laudis honorific. me quoniam Illic iter quo ostenda illi salutare Dei. Per quæ uerba, quemadmodum Glossa coment, Lyrani addita adnotauit, Dauid, Veram Christi presentiã in hoc Sacramento declarauit; Nam si in eo est Iter ad beatitudinem, ut ipse inquit, Illic iter quo ostendam illi salutare Dei, & Christus de se dixit (Io. 14.) Ego sum via, ver. & vita. Clarè colligitur reuera Christum sub illo accidentium velamine contineri.

Catholicam hanc ueritatem ex Diu. script. testimonijs, secundum peritos, fassi sunt Incliti hæbreorum magistri. Rabbi nanque Kaannana, Verba gen. 49. in hunc transfert modum. Ligans ad uitem ciuitatem lauabit in uino uestem suam, & in sanguine uuæ pallium suum. quæ uerba isdem explicans Rabbinus, inter alia, sic ait; Hæc uerba, ligans ad uitem Ciuitatem, ostendunt sacrifitium futurum ex uino quod transmutabitur in substantiam sanguinis Messię; quod autem sequitur. Rubicundiores sunt oculi eius Vino & Dentes eius lacte candidiores, illud significat, quod in sacrifitio, quod etiam ex pane conficitur non obstante quod album sit sicut lac, conuertetur substantia in substantiam corporis Messiæ.

Rabbi etiam Moyses inter Hæbreos Doct. egreg. explicans

uerba

verba ps. 135. Qui dat escam siue panem omni carni, quoniam in etern. misericor. eius. Ita ait. Hoc est quod dicitur, ps. 33. Gustate & videte quam bonus est Deus, quia nimirum panis quem dat omnibus ipse est Rex Messias, & Caro eius.

Adde quod vbi nostra vulgata Interpretatio vertit illud ps. 71. Erit firmamentum in terra in summis montium, Hæbreus legit. Erit placenta frumenti. Quod interpretans Rabbi Salomon hæbreorum Doctiss. (iuxta peritos) inquit Magistri bonæ memoriæ exposuerunt hoc genus placentarum in diebus Messiæ. hæc illæ, sed hanc placentam fore ipsum Messiam sub hoc Sacramento latentem, satis apertè docuit Rabbi Isaac in ps. 71. Per hæc verba. Sicut redemptor primus, idest Moyses, fecit descendere Manna, Ita Redemptor Vltimus, i. Messias erit placenta frumenti in terra.

Persistunt hæretici dicentes eodem sensu intelligendum q; asserit Dom. Hoc est corpus meum, &c. Et illud. Ego sum vitis vera & vos palmites, & quemadmodum vitis est Dominus tantùm similitudinariè, ita &c. Sed longè aberrant isti, sciendum est n. quod vniuersaliter Intellectus verborũ Christi, an loquatur figuratiuè, vel næ colligi potest ex præceden tib. vel sequentib. ibidem, vel ex alijs scripturæ locis. Ita docet D. August. li. 83. quæstionum q. 69. Quare cum Christus ait, Ego sum Vitis vera, subiunxit, Vos palmites: constat autem q; Discipuli naturalis vitis palmites non erant, sed dumtaxat spiritualis, Verum illud dictum est propter quandã similitudinem ac metaphoram in vtrisque repertã; Nam sicuti palmites veri originem ex vite quæ ipsis viuendi est principium, vt fructum carpentibus afferant, trahunt; Ita Discipuli spiritualem vitã à Christo spiritualis vitæ principio & fonte receperunt, multosque vitæ perennis fructus per operosas verbi prædicationes attulerunt. Cum autem dixit. Hoc est corpus meum, subdit, quod pro vobis tradetur; Cum etiam dixit, Hic est sanguis meus, addit, Qui pro multis effundetur. Per quæ manifestè significat, se non figuratiuè de suo corpore locutum fuisse cum dixerat, Hoc est corpus meus & Hic est sanguis meus, sed locutum de corpore illo q; pro hum. generis salute erat tradendum, & de sanguine ex eodem corpore fundendo, Corpus vero morti

tradi-

traditum verum fuit. &c.

Satis denique manifesta sunt Christi verba Io. 6. Caro mea verè est cibus. ex quibus apertè liquet Christi Carnem non esse metaphoricè, sed propriè, ac verè Animarum alimentum. quod cernere si velis apertiùs, Eundem audi Dom. dicentem ibidem. Panis quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita. Nec obstat hæreticorum obiectio Christum videlicet, de Carne sua per fidem apprehensa loqui, & quod ipsa est quam dabit pro mundi vita; Hoc n. modo iam de illa Antiqui Patres in Christum venturum credentes comederunt. Et cum ipse panem ab illis comestum distinxerit à nostro quem se promisit nobis daturum, cum dixit Non Moyses dedit vobis panem verum, sed Pater meus dat Vobis panem verum, liquidum & validum est argumentum, eiusmodi panem non esse Carnem suam fide tantùm acceptam, sed illam esse Christi ueram Carnem, quæ re ipsa sub panis & uini uelamento delitescit. Vnde S. Hilar. lib. 8. prædictis innixus testimonijs, de ueritate Carnis & sangu. Christi loquens, ait, Non est relictus ambigendi locus.

Cæterùm fortasse dicis, Aliud uideo, Quomodo tu asseris quod Corpus Christi accipiam? Eleuatio manuum m. sa. sacrifitr. Vespertinum est, Post meridiem fit hoc sacrifitium. Quid est hoc? In meridie quærebat sponsa, recondita fidei clara uidere luce, Sed sacrifitium hoc uespertinum est, Quippè ibi Christus uideri non potest, In uespere & obscuro, non in luce meridiana est positum. Crede cum sponsa, cui Inaures promittuntur à dicente Muren. aur. fac. t. fides n. que ex auditu est, maximè in hoc Sacramento neccessaria dicitur.

Audi & crede. Maior est uis benedictionis quàm naturæ, quia benedictione, ipsa natura mutatur. Virgam tenebat Moyses in manu, eam proiecit, & facta est serpens, Rursus serpentis caudam apprehendit, & in Virgæ naturam reuertitur. Vides ergo prophetica gratia bis naturam esse mutatã serpentis & Virgæ. Aquæ etiam Egypti verbo Moysi in Sanguinem versæ sunt. Et deinceps ad priorem naturam suam conuersæ. Petra etiam à Virga percussa aquas dedit. Ignis ad præces Heliæ de Cælo venit. Addit D. Amb. de tot mundi operib. legisti, quia dixit & facta sunt ex nihilo;

Sermo

Sermo igitur qui potuit facere ex nihilo quod non erat, non potest ea quæ sunt, immutare in id quod non erat? Non.n. minus est dare nouas naturas reb. q̃ mutare; sed quid queris naturæ ordinem in Christi Corpore, cum præter naturæ ordinem sit Ipse Christus partus ex Virgine, vera vtiq; Caro Christi quæ Crucifixa, quæ sepulta, in Sacramento est Altaris, Ipse .n. Dom. clamat, Hoc est Corpus meum &c. Decet vtique, decet maximè concessum à Princ. benefit. esse mansur.

Nouit hoc benefitium Hugo de S. Vict. Doctor excel. religione Deuotus, qui cum vltima laboraret egritudine, nullumque retinere posset Cibum (vt narrat D. Iac. de Vorag. Gen. Archiep.) Corpus tamen Dom. sibi dari instantissimè postulabat, vnde fratres eius turbationē Deuoti P. sedare cupientes, simplicem hostiam instar Corporis Dominici, sibi detulerunt, Quod ille per Spiritum recognoscens, ait, Misereatur vestri Dom. fratres, Cur me deludere uoluistis? Iste .n. non est Dom. meus quem deportastis: Quapropter mox illi stupefacti cucurrerunt, & sibi Corpus Dominicum portauerunt, sed ipse uidens id recipere nequaquam ualere, In cælum eleuatis manib. sic orauit; Ascendat Filius ad Patrem, & Spiritus ad Deum suum qui fecit illum. Et inter hæc uerba spiritum exalauit, & Corpus Domini ibidem disparuit.

Plura uidebis miracula, hoc Catholicum dogma corroborantia apud Io. Cartag. li. 9. hom. De Aug. Euch. sacr. & eius Arc. hom. 29.

Sim Polliticos, ei quisquis ille est, Sine dubio magnum honorem habet, & benefitium magnus ac potens Rex, ad quem proplus quàm solet accedit. Per hoc Sacramentum appropinquat nobis Deus, qualis ergo dignitas, quale benefitium?

Vide uide quale benefitium in Eucharistia datur. D. Bern. de Eucharistia, sic ait, Medicina est ægrotis, Peregrinātib. dieta. Debiles confortat, ualentes delectat, languorem sanat, suauitatem seruat, fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarū actiones deuotior. hæc Bern. & Mattheus Epis. Vuemarcēsis,

San-

Sanctiss. Sacramentum his nominat titulis, Redemptionis Memoriale dulcissimum pignus hæreditatis eternæ, futuræ iucunditatis amabile præludium, Arrha sponsæ, Iocale diuinum cælitus ei donatum, Ecclesiæ militantis cum triumphante suaue glutinum, & Vnio fraterna, dum eandem dulcedinem, qua illa fruitur sine velamento, ista habet sub Sacramento, veritas ibi reuelata, hic palliata, & si illa Hierusalem cælestis habet Deum suum iucundius, Ista militans in terra habet eum mirabilius. En concessa à summo Principe in Sac. Euch. benefitia. Ipse benedicat in sæcula. Amen.

OMELIA XV.

Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.



ITA de Christianorum Victoria D. Amb. Non hic reuictis post tergum brachijs gentes, nec excisarum vrbium imagines, oppidorum captorum simulachra cernimus, aut submissa captiuorum regum colla miramur, qualis humanorum solet esse species triumphorum, sed ouantes populos nationum quæsitos, non ad supplicium sed ad præmium, Reges liberis affectibus adorantes, voluntarijs vrbes studijs deditas, in melius reformatas imagines oppidorum, fulget castitas, fides splendet. Hęc Amb. li. 10. in Luc. 23 vbi conspicis non vi & armis Christi cætum congregandum magis quàm mansuetudine & amore; quod quidem in Christo Domino in latronis conuersione conspicuum latè fuit, Vnde Chrisostom. to. 3. ser. de latro. ait. Cruci suspensus, clauis affixus, omnibus subiugatus, dedecoris succumbens infamię, insultantium derisione delusus, latronis auersam mentem

valuit comutare, vt ex omni parte eius Diuinitas sentiretur.

Porro pergit sanctissima Christi veritas per innumeras vanitates, & opiniones mundi huius; viua ipsa constans, nemini parcens, vtcunque tribulata & impetita, semper audax, crescens, ædificans; ædificat fidem in primis tanquam substantiam & fundamentum pietatis, tollit hæreses, tollit superstitiones, omnia reuocat ad verbum Dei & sensum S. Catholicæ Ecclesiæ, ædificat vitam damnat mundi mores, luxus, cupiditates, omnia reuocat ad honorem Dei, ad regulas virtutis. En odia restringi fauores verò debere ampliari modò ab ipsis legis doctorib. docemur, à Domino prius edocti cum dixit, Aud. q. d. est antiq. &c. Ego autem d. v. Dilig. inimicos vestros, fauores ampliate, benefacite his qui oder. vos, magis ac magis ampliate fauores, Orate pro persequentib. &c.

Siquidem, Domini, si Ius vel priuilegium odiosum est restringetur vtique, dum est fauorabile ampliandum. Si fauorabile & odiosum, vt Macedonianum, ampliatur, quia illi iuri renunciari non potest, ff. ad Mace. Sed & si pater, infi. Item extenditur non solùm ad peccuniam, sed ad rem aliam infraudem datam.

Hosti. de prescript. cum ex offic. querit de prælato qui præscripsit visitationem, & nunquam fuit procuratus, modò petit procurationem, an sit audiendus, & dicit quod non; Præscriptio enim odiosa est, & ideò, vnum sine altero acquiri potest per eam, nec tunc visitationi est annexa procuratio, sed ius commune fauorabile. *Io. And.*

Cæterum à D. Anton. regula extenditur quia quæ prouocatiua sunt odiorum, vt inferre contumelias, detractiones, exercere vindictas, seueritas iustitiæ sunt restringenda, & amputanda, & quæ sunt prouocatiua fauoris & amoris, vt remissio iniuriarum, obsequia impensa, largitas misericordiæ, sunt quidem amplijanda. D. Anton. p. p. tit. 20. de reg iur. li. 6.

Cur verò hæc regula à Christi Dei filij regula pendens hominib. datur? Quænam huius regulæ causa? Sapientiss. asseuerauit Salomon, fortis est vt mors dilectio. Hoc exponens Petr. Rau. ait, Cum enim compagem membrorum, animæque & corporis fœdus amicabile mors abrumperet, Dilectio è contrario diuersas voluntates conflat in vnam,

&

& in glutino Charitatis diuersarum animarum consolidat vnionem, hæc ille. Vt ergo Dom. contra mortis Vim, Vim paracet, hanc tradi regulam voluit.

Adde quod idem asserit Petr. Rau. nempè, Cum humanæ conditionis status multiplici motu varietur, nihil in temporalib. inuenimus præter vnum quod vitæ cælestis imaginem representet; sola dilectio est, quam non alterat casualis euentus, quam separatio corporalis non diuidit, quam temporis longitudo non abolet, quæ defectui non succumbit. sola dilectio est per quam amicos absentes videmus, alloquimur, amplexamur, quæ sic quadam angelica agilitate, & imaginario commeatu transuolat & recurrit, vt nihil de damno corporeæ molis, aut distantiæ localis iniuria conqueramur. ita Pet. Rau. per quod veluti Angelos nos fieri per dilectionem affirmat, quare vt cælestes & Angelici simus, regulam dari dicere possumus.

Quinimò asserendum normam hanc viuendi afferri vt filij Dei videamur. *Aug.* de Laud. Charit. sup. illud 1. Io. *In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli*, Dilectio, inquit, sola discernit inter filios Dei & filios Diaboli, signent se omnes singo Crucis; respondeant omnes, amen, Cantent omnes Alleluia, Baptizentur omnes, intrent Ecclesias, impleant parietes basilicarum, Non discernuntur filij Dei à filijs Diaboli nisi Charitate, Qui habent Charitatem nati sunt ex Deo, qui non habent Charitatem non sunt ex Deo. Magnũ inditium, magna discretio, quicquid vis habere, hoc solùm nisi habeas, nihil tibi prodest, hoc habe, & implesti legem hæc *August.*

Ita profectò Lex Dei ex ordinario & communi homine te insignem virum & Heroem instituit, quinimò vt dixi Deum facit, *A*c ideo si alicui inimicorum dilectio suadetur, ordinarius homo respondet non posse vtique illi benefacere, vel eum diligere, qui malum sibi intulit: Sed contra dicimus, Cum per baptismum ex ordinario, in nouum hominem commutatus fueris, tibi non triuiali Viro traditur præceptum hoc, quod siquidem Heroem te declarat ac propè Diuinum facit. O maximum Dei beneficium, uult Dominus ut Inimicũ diligamus ut filij Dei & Dij nominemur & simus.

In signum uerò quod ueluti *Di*j constituti sunt qui diligunt re-

ctè Videmus qnod quemadmodum Deo nil nocere potest, ita diligens nil sibi malum inferre cogitat, sed omnia in bonum fieri existimat. figura huius extat exod.32. Vbi dicitur audiens Iosue tumultum populi vociferantis dixit ad Moysem, vlulatus pugnę auditur in castris, qui respondit, non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio: Iosue igitur in pugnam fert cogitatum, Moses verò putat Chorum cantantium fore. Valdè interest inter mundanos & eos qui rectè Deum diligunt & proxi. existimant mundani inimicos contrà se iugiter insurgere ac malum inferre: At verus Christi seruus non sic, sed Choros cantantium dicit bonumque hominē inimicum etiam si malum aliquod inferat. sic beatus esto in inferno esset quandoque constitutus, semper tamen gloria frueretur cælesti, sic Deus omnip. quāuis in inferno adsit, semper beatus, nil ei molestiam affert: Ita verè diligens Deus appellatur quoniam malum vel iniuria minimè ei nocet, quid Diuinum sapit, Moyses est, Deus pharaonis inimici,

Sed dolendum modò cum Poeta, canente:

Secolo empio e profano: ed è pur vero,
Che l'esser hoggi Imitator di Christo;
E'l ricercarlo in humiltà di vita;
Quasi s'ascriue à infamia: e nel' Impero
Suo proprio, ohime, la Croce ancho è schernita
Da chi l'adora, in chi vuol farne acquisto.

Diuinumque sapere etiam iniurijs affici, & vindictam nequaq̄ sumere, ac ideò nobilissimum quid fore, nedum in Christianorum, sed & in Gentilium Schola ostenditur. Nimirum Greg. Naz. orat. in Iul. scribit quod Hercules qui vt Deus olim à Gentilibus colebatur, in sacrifitijs, Maledictiones & ignominiam contra se exquirebat, & ex illis opprobrijs & contumelijs tanquam amplissimis honoribus ingentem lætitiam capiebat, (ait Nazianz.) Atque de sui ignominia gloriabatur. Cur hoc? Reuerà occulto Dei Iuditio ostendebatur, futurum iu mundo tempus in quo, Ignominia, Laus; Opprobria, Trophei; Mors, Vita, extimari deberent: Ostensumque fuit Diuinum esse quid non posse lædi maledictionib, maledictionib. parcere nec

moueri

moueri contumelijs in iram. Rursum, Cur singularis fuit in hoc Hercules? Certè putarim ego hoc indicari singulari ratione in Hercule bellatorum & militum Deo dicto hoc euenisse, ut militibus utq. & equitibus suasum esset etiam ab ethnicis, non utrique esse contra militiam uel mundi nobilitatem, contumelijs affici, & parcere, sed Herculeum quid, Magnamini nanq; animi est aduersa sustinere, ac se ipsum uincere, pusilanimitas uerò est aduersa pati non posse. En quomodo in Schola gentilium prædicta suadetur Doctrina, Idque & alij Gentiles factis comprobarunt. Plutarchus enim de Alexandro refert, quod subditum quendam de eo perperam loquentem, multis muneribus cumulauit; quibus gratiam eius adeò conciliauit, ut qui antea fuerat eius obtrectator, postea in laudem eius orator fieret, Vnde Alexander id agnoscens, dicebat, Hæc est gloria Alexandri, Inimicos reddere amicos.

Iterum Plutarch. in Apophteg. narrat quod cum quidam Iuuenis ira percitus contra Lycurgum, Lycurgo oculum erueret, Senatus Lycurgo Iuuenem tradidit vt ex propria sententia & ad libitum illatæ iniuriæ iustam de illo vindictam sumeret: At ipse in domum suam illum recipiens aluit, bonis imbuit moribus, & postea in virum alterum mutatum, ad Senatum remisit, certiorem eum faciens, non aliam, quam talem ab illo optasse uindictam, Vnde in prouerbium abijt, Vindicta Lycurgi. Ratio cur sapiens iniuriam minimè curat (ut opinor) ea est quia ut docet Seneca. in sapientem non cadit iniuria. Quod puto esse quia Iniuria in sapiente locum facit maiori fortunæ. Sed ecce quomodo non nouum quid docuit Dominus, cum precepit Dilig. Inim. V. benef. his qui uos oder. Erubescant impij & muta fiant labia dolosa contra Dominum dicentia, contra honorem fore iniuriarum remissionem, Cum etiam Gentiles principes Summi, iniuriantibus parcere ac eis benefacere pro summo habuerint honore.

Impium verò est quod falsus docebat Machiauel. Nempè contra virtutem fortitudinis, fore patientiam in aduersis, quam Christiana docet Religio, ac propterea non amplius viros, ita fortes inter nos reperiri ac prius inter gentes

gentes reperiebantur. Porrò contra impium hoc dogma præter prædicta, Primùm est q fallitur Iudoc. Machiauel. intervere Virtutem Fortitudinis,& Vires corporales, quib. Gigantes & alij pollebant, non distinguens. Secundò fallitur etiam asserens inter Christicolas, Viros non reperiri fortes virib. corporalib. præstantes: Legat ipse de Rolando, alijsque pijssimis, qui vno gladij ictu equitem cum equo medios diuidebant. Vtinam legisset de recentiorib. Vt de Scandarebec, vel de March. illo Piscariæ D. Ferd. de Aualos. Legisset de D. Alex. Farnesio Duc. Par. Legisset de D. Gambaloita Laudensi, Cath: Exerc. Mag. Legisset de DD. Ansperando, & Ludouico ex Ill. Vittarinorum fam. Laudensi. Hi n. bello, & armis Magni, ardua aggressi sunt, tumidosque plures strauerunt fidei hostes, ut hisce temporib. ferè nostris, omnib. constat, & Christi cultores omnes isti fuere & Cath. ac pij. Modò uerò Rom. Campaniam. & eius Maritimam percurrat Machiau. spiritus. queratque de his qui antiq. Romanorum more in Palestra contendentes inter se se colluctantes in aera attollunt Viros, Ita ac si pullos columbarum agerent. Querat in antiqua Priuerni Ciuitate. Viros hac uirtute præcellentes gignit Priuernum, quos Nobiliss. Principes summo prosequuntur amore, ad se uocant, complectuntur; Priuernas est Felicianus ille Zaccalionus Signifer, qui Zaccalionus (quasi quidam fortis Leo) inter cætera palestrarum præclara gesta, Romæ Principib. spectantib. ac stupentib. in solemni Palestra, primo conflictu plurib. iam solo ab ipso prostratis, sola dextera in aerem tollens ex Luctatorib. famosiorem & fortiss. ea facilitate ad humum prostrauit, ac si ego palleam manu admouissem; qui Viros plures ut Turres formatos leuat è terra elatos post tergum sæpè in ictu oculi sibi proiectos, tanquam catulos in terram deiecit. Plures etiam alij reperiuntur Priuerni Luctatores Viri fortes (ut Io. &c.) quorum speciali ego ratione memor fui cum egomet hisce oculis, Herculeas eorum Vires quandoque casu sim intuitus;

Cæterum si de Vera fortitudinis Virtute loquamur, eam profectò summè in uerè Christiano reperiri uidebimus. Etenim ut Cicero ipse docet, Fortitudo in duob. consistit, Primò in

in contemptu exteriorum omnium, Secundò in actione arduorum in quibus periculum vitæ fiat, non vanæ gloriæ ambitu sed boni publici causa. Cicero, lib. 1. offi. Adde verò quod cum Actus duo sint fortitudinis (D. Tho. 2. 2. q. 123. 3. c.) vt Aggredi & sustinere, Actus principalis ipsius fortitudinis est sustinere. Religio autem Christiana hunc specialiter docet actum vt scilicet sustineamus. Adde etiã quod Virtus fortitudinis est firmitas animi & Constantia mentis, quam certè maximoperè in Christianis cernimus, non in Machiauelisticis, qui timidissimi existunt, Timidi enim sunt ac debiles & pusilanimes omnes moderni pollitici Cur nanque cauent à reprehensionib. & similib.? Certè quia hominum gratiam amittere timent.

Dicunt alios mundi cultores de iniurijs vindictã sumere, vnde & ipsos idem agere decet. Sicq; non ad rationem, sed ad similitudinem viuimus, pergentes, non quò eundum est, sed quò itur, vt oues errantes, vnde, ait Seneca, tanta coacervatio aliorum super alios ruentium, nocet .n. applicare antecedentibus, & dùm vnusquisq; mauult credere quàm iudicare nunquam de vita iudicatur, semper creditur, precipitatque nos traditus per manus error, alienisque perimus exemplis. Seneca. de vit. beat. c. 10. Hinc animaduertit saluator. Audistis quia dict. e. Antiq. d. p. t. & o. h. In Ego aut. D. V. dilig. In. V. & c. Ac si dicat, Nolite vos prioribus connecti, precipitabimini cum eis Hinc Seneca vbi sup. sanabimur, si modo separemur à Cætu, Argumentum pessimi turba est; queramus quid optimè factum sit, non quid vsitatissimum. Huc facit quod Alcibiadi asserebat Socrates (refer. Clem. Alex. strom. lib. 5.) fieri non potest vt vulgus sit philosophum. Vbi nomine. Vulgus, eos intelligit qui terreno non cælesti ducuntur spiritu: simile verò & Moyses docuit in lege (Exod. 23) dicens, Non sequeris turbam, hoc est multos ad faciendum malum, nec in Iuditio plurimorum acquiesces sententiæ vt à verò deuies.

Qui hebetis visus est non rectè obiecta discernit, si hominem videt, affirmat quandoque Hominem Canem esse, si Equum conspicit, lupum dicit; propterea qui tali laborant infirmitate semper ante oculos conspicilia deferunt. Hebetis visus sunt mundani, vt Esa. 5. affirmat, dicens, Dicitis bo-

num malum, ponentes dulce in amarum, & amarum in dulce. Contra honorem dicunt parcere, & vlcisci honori cõsonum. Quid Dom. egit? Conspicilia ad discernendum tribuit, legem suam dedit, en quod dicitur Deut. 6. Erunt hæc verba quæ ego precipio tibi hodie in corde tuo, erũtq; & mouebuntur ante oculos tuos. Cum ergo ante te aliquid paratur, legem Dei protinus suscipias, per eamq; discernes bonum ne vel malum existat, affirmat nanque Proph. ps. 118. Tunc non confundar cum perspexero in omn. mandatis tuis.

Lex Dei & Voluntas Diuina querenda non hominum mortalium Institutio. Notabilis est Demetrij Sententia dicentis. Hoc vnum Dij immortales de Vobis quæri possum, q̃ non ante mihi voluntatem vestram notam fecistis, prior enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? Illos vobis sustuli: Vultis aliquam partem corporis? Sumite; Non magnam rem promitto, citò totum relinquam; Vultis Spiritum; quidni? Nullam moram faciam quominus recipiatis quod dedistis. A volente feretis quicquid petieritis? Quid ergo est? maluissem offerre, quam tradere, quid opus fuit auferre? Accipere potuissetis: sed nec nunc quidem auferretis, quia nihil eripitur nisi renitenti, Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruio Deo, sed assentio. Sic Demetrius Philos. referente Seneca. Cum ergo nos Dei voluntatem & legem sciamus, huic obtemperemus, Ait n. Deus Diligite, Diligite inimic. vestros. Cum hoc audis frater oculos in Deum attolle & cum Epitecto dicito, vtere me domine ad quæcunq; velis tecum sentio, æquanimus sum, nihil eorum detrecto quæ tibi videantur, quocunque velis age. Vis me imperare, in priuata vita agere, exulare, pauperem esse, diuitem? ego tibi pro omnibus his apud homines assentior.

Sed dicis deniq; Dignus non est inimicus meus vt ametur, vt quid diligam sordidos & uiles, ais, persecutione dignos? Respondet D. Chrisost. in imperfec. hom. 13. in Mat. & dicit Amandos Inimicos Non quia illi digni sunt vt diligantur, sed quia nos digni sumus vt vllum odiamus; odium enim spiritus est tenebrarum, & vbicunq; incederit pulchritudinenem sordidat sanctitatis; si peperceris inimico, tibi am

plius pepercisti, si benefeceris, tibi amplius praestitisti. Ac si dicat Doct. S. Cur sordidari vultis fratres, Cur pati vultis pectore hoc pondus gerentes? excutite pondus, mundi estote. Casus tamen est ad iniquos compescendos; An liceat in Iuditio satisfactionem ab inimico petere? Cui communiter respondetur quod solo animo iniuriam repellendi cum moderamine inculpatae tutelae, licitum hoc est: Nam regula est Iuris naturalis, & positiui, vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatae tutelae, ff. de iust. & iur. l. vt uim ui, & hoc, ut Aug. docet, Ne ex nimia indulgentia iterum nocendi detur licentia: Huc tendit quod à Doctoribus dicitur, nempè quod uindicatio quandoq; est uirtus, & Illud dictū, Qui una cum magistratibus iniuriam quoad potest ulciscitur, is magnus perfectusq; uir praeconio in Ciuitate praedicetur: & hoc quidem si fit uindicta propter bonum, uel emendationis, uel cohibitionis, uel quietis aliorum cum alijs debitis circunstantijs, non autem si fit ex Odio. D. Tho. 2 a. q. 93.

10. Nec praetermisit Dom. in Sacra scriptura his armis nos vti posse ostendere cum in Cantic. dicitur, Collum tuum sicut Turris Dauid. Mille Clypei pendent ex ea, omn. armat. fort. quid nanq; est? Arma alia in Turri Dauid non reperiuntur preterquam Clypei? Ita certè in Ecclesia apud fideles Defensiua arma licita sunt, quinimò eis vti nostq; ipsos tueri nostraq; deffendere, quamuis Inuasio inhibeatur virtuosum est, Ergo autem iniuriae satisfactionem remittere non teneamur, Iniurianti tamen odium remittere tenemur.

Dicit Aliquis; Amici eramus, vt fratrem hunc ego amabā, sed postquā ille Ingratus me psequutus est: qui amor inter nos erit? Respondet Plutarc. Quemadmodū Sol post nubes, & post nebulam Calidior est, sic amor post iram suauior est, & acrior. & Mim. publius, ait, Discordia fit Carior concordia, Ideo Ellan. li. 2. c. 21. Iucūdissimū inquit, amantib. esse reperio, si ex contētione & litib. cū amasijs in gratiā redeunt, & sanè mihi videtur nihil illis delectabilius accidere posse. vires acquirit Amor post odia Discordia fit Carior cōcordia. (Teren.) In amore haec oīa insunt vitia, Iniuriae, suspitiones, Inimicitiae Induciae bellū pax rursū, sed & ipsemet Teren. affirmat. Amātiū irae amoris redintegratio est. Nil deniq: pace iucū dius (Aug.) nil suauius, nil melius, aut salubrius excogitari pōt.

Ee Rursum

num malum, ponentes dulce in amarum, & amarum in dulce. Contra honorem dicunt parcere, & vlcisci honori cōsonum. Quid Dom. egit? Conspicilia ad discernendum tribuit, legem suam dedit, en quod dicitur Deut. 6. Erunt hæc verba quæ ego precipio tibi hodie in corde tuo, eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos. Cum ergo ante te aliquid paratur, legem Dei protinus suscipias, per eamq; discernes bonum ne vel malum existat, affirmat nanque Proph. ps. 118. Tunc non confundar cum perspexero in omn. mandatis tuis.

Lex Dei & Voluntas Diuina querenda non hominum mortalium Institutio. Notabilis est Demetrij Sententia dicentis. Hoc vnum Dij immortales de Vobis quæri possum, q non ante mihi voluntatem vestram notam fecistis, prior enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? Illos vobis sustuli: Vultis aliquam partem corporis? Sumite; Non magnam rem promitto, citò totum relinquam; Vultis Spiritum, quidni? Nullam moram faciam quominus recipiatis quod dedistis. A volente feretis quicquid petieritis? Quid ergo est? maluissem offerre, quam tradere, quid opus fuit auferre? Accipere potuissetis: sed nec nunc quidem auferretis, quia nihil eripitur nisi renitenti, Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruio Deo, sed assentio. Sic Demetrius Philos. referente Seneca. Cum ergo nos Dei voluntatem & legem sciamus, huic obtemperemus, Ait n. Deus Diligite, Diligite inimic. vestros. Cum hoc audis frater oculos in Deum attolle & cum Epitecto dicito, vtere me domine ad quæcunq; velis tecum sentio, æquanimus sum, nihil eorum detrecto quæ tibi videantur, quocunque velis age. Vis me imperare, in priuata vita agere, exulare, pauperem esse, diuitem? ego tibi pro omnibus his apud homines assentior.

Sed dicis deniq; Dignus non est inimicus meus vt ametur, ut quid diligam sordidos & viles, ais, persecutione dignos? Respondet D. Chrisost. in imperfec. hom. 13. in Mat. & dicit Amandos Inimicos Non quia illi digni sunt vt diligantur, sed quia nos digni sumus vt vllum odiamus; odium enim spiritus est tenebrarum, & vbicunq; incederit pulchritudinenem sordidat sanctitatis; si peperceris inimico, tibi am

plius

plius pepercisti, si benefeceris, tibi amplius prestiteris. Ac si diceret Doct. S. Cur sordidari vultis fratres, Cur pati vultis pectore hoc pondus gerentes? excutite pondus, mundi estote. Casus tamen est ad iniquos compescendos; nú liceat in Iuditio satisfactionem ab inimico petere? Cui communiter respondetur quod solo animo iniuriam repellendi cum moderamine inculpatæ tutelæ, licitum hoc est: Nam regula est Iuris naturalis, & positiui, vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ff. de iust. & iur. l. vt vim vi, & hoc, ut Aug. docet, Ne ex nimia indulgentia iterum nocendi detur licentia: Huc tendit quod à Doctoribus dicitur, nempe quod uindicatio quandoq; est uirtus, & Illud dictū, Qui una cum magistratibus iniuriam quoad potest ulciscitur, is magnus perfectusq; uir præconio in Ciuitate prædicetur: & hoc quidem si fit uindicta propter bonum, uel emendationis, uel cohibitionis, uel quietis aliorum cum alijs debitis circunstantijs, non autem si fit ex Odio. D. Tho. 2. 2. q. 193. a. 1. o. Nec prætermisit Dom. in Sacra scriptura his armis nos vti posse ostendere cum in Cantic. dicitur, Collum tuum sicut Turris Dauid. Mille Clypei pendent ex ea, omn. armat. fort. quid nanq; est? Arma alia in Turri Dauid non reperiuntur preterquam Clypei? Ita certè in Ecclesia apud fideles Defensiua arma licita sunt, quinimò eis vti nos ipsos tueri nostraq; deffendere, quamuis Inuasio inhibeatur virtuosum est, Esto autem iniuriæ satisfactionem remittere non teneamur, Iniurianti tamen odium remittere tenemur.

Dicit Aliquis, Amici eramus, vt fratrem hunc ego amabā, sed postquā ille Ingratus me psequutus est: qui amor inter nos erit? Respondet Plutarc. Quemadmodū Sol post nubem, & post nebulam Calidior est, sic amor post iram suauior est & acrior. & Mim. publius, ait, Discordia fit Carior concordia, Ideo Elian. li. 2. c. 21. Iucūdissimū inquit, amantib. esse repertio, si ex contētione & litib. cū amasijs in gratiā redeunt: & sanè mihi videtur nihil illis delectabilius accidere posse. vires acquirit Amor post odia Discordia fit Carior cōcordia (Teren.) In amore hæc oīa insunt vitia, Iniuriæ, suspitiones, Inimicitiæ Induciæ, bellū pax rursū, sed & ipsemet Teren. affirmat. Amātiū iræ amoris redintegratio est. Nil deniq: pace iucū dius (Aug.) nil suauius, nil melius, aut salubrius excogitari pōt.

Rursum addunt, *Impossibile est non irasci cum malos malè agere vel egisse videmus*. fateor vtiq; , quinimo irasci sepè tenemur, sed illud Pauli præoculis semper habendum vbi ait, Ephes. 4. *Sol non occidat super iracundiam vestram, nolite locum dare diabolo*. Quid enim sibi hoc vult, vt sol non occidat super iracundiam? Eccl. 7. dicitur, Ira in sinu stulti requiescit; Ac si diceretur, *Ira sedet*, vel quieta iacet in corde stulti pro suo libito: Hoc verò est dicere, stultum vel culpabile minimè est indignari quandoq; , hoc enim bonis etiam & prudentibus accidere solet, Malum est & culpabile, Si Ira in corde sedet ac quiescit; In corde .n. prudentis, si aliquando ira versatur, timida semper ipsa manet timetque inde expelli; *At* in corde Impij ad libitum sibi quiescit, Tristatur ipse miser, pallet, friget, totus dissoluitur, *Ipsa* verò Ira ibi requiescit, nec recedit: Cæterum, quid refert, si *Ira* quiescat, vel deambulet? Hoc *Isdem* declarauit Apostolus eisdem verbis, sol non occidat super irã vestram, & addens, nolite locum dare diabolo. sol non occidat super irac. vest. si aliquando apud vos ira hospitatur, non tamen eam apud vos pernoctare permittatis. si in mane ad vos venit, in nocte non maneat. sol non occidat sup. Ir. V. cur hoc Apostole quid magis refert, si in nocte plusquam in die apud nos Ira moretur? Ira in die ex conuersantium varietate, & alijs occupationibus, distrahitur ac minuitur, & euanescit; In nocte autem in corde radices mittit, tenebrarumque principi locum aperit; Quare addit *Apostolus*, Nolite locum dare Diabolo, Nunquam .n. (*D Chrisost.*) sic habet locum diabolus vt in inimicitijs, Nunquam n. sic spatiosum locum apud hominum cor diabolus obtinet, ac cum illud vindictam quærit. Vnde Ira in corde pro solutione hospitij hospitanti nil aliud tribuit, quàm proditionem, Inimicis Ianuam hospitantis viri aperiendo. *Iracundus* autem, vt docet Abbas Aghaton si mortuos suscitet non placet alicui, vel Deo, propter iracundiã suam. In vitis PP.

Victor nihilominus esse contendit homo contra inimicum, & ego certè vt Victor quisque euadat valdè cupio; Sed quid impunè & absque peccato faciendum vt inimicum vincamus? Dictum est quid Lycurgus, Quid *Alexander* egerunt, Ideò audiamus Fabium max. in Roman. Apoph. ait

enim.

enim. Quemadmodum equi & Canes venatici familiaritate ciboque cicurantur potiusquàm Catenis & Verberib. Ita homines feroces animo, humanitate ac benefitijs, potiusquàm asperitate, & crudelitate nobis conciliantur. Amor n. Viola est illa Musicalis Amphionis, cuius armonia (vt refert Apollon. in Argonaut.) etiam lapides & saxa mouebantur. Nimirum per concordiæ & amoris concertum (Pintus) etiam lapidea ac durissima hominum corda ad amandum compelluntur. Quare etiam Seneca ait monstrabo tibi amatorium sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficæ carmine, si vis amari, ama. Quod si dicas vnquam amicum haberi talem, sequitur Seneca, Iucundius est amicum facere quàm habere, quomodo artifici iucundius est pingere quàm pinxisse. In quo tamen animaduertas quod docet Sydonius Appol. episc. lib. 4. epist. dicens, Sodales uetustos nunquam pro consequentium nouitate fastidias; Aliter n. videberis sic uti amicis quasi florib. tandiù gratis quandiù recentibus.

Cæterùm quod mansuetudine uincamus inimicos, ostendit Proph. reg. dicens, Accingere gladio tuo super femur t. potentiss. quinam est gladius hic? Specie tua & pulchrit. t. int. prosp. proc. & regna, propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam & deducet te mirabiliter dextera tua. Ps. 44. en arma quibus uincimus, Pulchritudo Christiana, At quæ est hæc Christiana pulchritudo quæ nos à deformitate purgat, ne bestiales sed homines uideamur? Veritas, Mansuetudo. & Iustitia. De hac Gueric. Abbas, Serm. 2. in nat. uirg Mirabilis, inquit, triumphus gratiæ, omnium nouum, ac pulcherimum genus uictoriæ, hostem non perdere ad mortem fortitudine, sed conuertere ad amorem pulchritudine.

Patientia certè inimicum uincimus, Hinc Tertul. li. de patientia, Fatigetur, ait, improbitas patientia tua, Improbum cædis sustinendo, grauiora mansuetudo uulnera refert. Ac si dicat Tertul. Cupis colaphizare inimicum, uulnerib. eum confodere? Sustine; non est acutior gladius quo hostem configas, non lancea patientia potentior. Vis experimento hoc probari? Cum sustines patienter Inimicus ipse tandem se meliorem te esse fatetur, Ita Saul patientiam Da-

uidis cernens & eum occidere noluisse cū posset animaduertens, fassus est Dauidem se meliorem & ad regnandum aptiorem, seq; pænitere dicit (1.reg.26.) Apparet quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis, persequendo scilicet (Vatabl.) hominem Deo gratum.

En quàm iusta deniq; sit regula, Odia videlicet esse restringenda. Nonnulli sunt qui leui de Causa ad iracundiam mouentur, sed illicò pacificantur, In quorum symbolum, Nobilis, Indicum pingebat Gallum, qui iam irascitur & extento collo minatur, sed mox collum demittit, & totus quiescit, Inscriptio verò erat: Tantò lenis quantò propera. Ita profectò permulti citò irascuntur, sed citò iram deponunt, & in amorem rursum redeunt. At verò alij sunt qui ita ab ira vincuntur, vt sibi ipsis mala inferre non curent, In quorum symbolum quidam pingebat Animal quod appellatur, Castore, quod quidem à se genitalia euellit, & inscriptio fuit, vlcisci haud melius. Dolendum quidē est de insolentia offendentis non de humilitate nostra, vt enim à Vęsano filio pater, vt ab amante ægroto Medicus contumeliam passus, dolorem non ex eo quod perpessus fuerit, sed ob id, quod illi quem sanum esse cuperet, iniuriam sibi Væsanus intulerit, maioriq; diligentia, & sollecitudine tunc ei inseruit. Ita &c.

Restringenda odia. Non ergo laudandus Solon in lege illa in qua infamem putat eum qui Ciuili suborta seditione uni ex partibus non adheret: quam legem commemorat Plutarch. ad Apollon & in trac. de gubern. repub. in fi. quinimò detestanda est lex hæc. Etenim, vt docet Filostrat. lib. 4. c. 2. seditio, quæ ad arma mutuasq; plagas deducit, à Ciuitatibus exterminanda pænitus est. Quare qui nemini ex partibus adheret, Ciuis Communis auxiliator existimari debet. Addit ipse Plutarchus, est autem præclarissimum in id operam dare, nulla ut unquam oriatur seditio, idq; artis quasi ciuilis, opus maximum est & pulcherrimum existimandum; Addit ulterius Plutarchus. ex officio Ciuilis uir subiectis rebus hoc unum ei restat, quod nulli alteri bono præstantia cedit, ut ciues suos Concordia, mutuaque amicitia inter sese uti doceat, lites, discordias, seditiones, inimicitias usq; omnes aboleat.

Odia igitur restringenda Conciuium & aliorum, Quod si singularium

gularium partes, ac ciuiles questiones fouere quis vellit, certè in maximum comunitatis detrimentū hoc faciet: etenim priuata odia, publica, vt plurimū fiunt; Nō enim semper magnum incendium in locis publicis initiū habet, sed à parua scintilla in priuata domo; à minima verò scintilla augetur ignis, maximaq; in Ciuitate ascendit flamma: Ita prorsus ex priuitatis odijs, publica & comunia, si initio minimè extinguantur suscitantur; Eia Odia restringenda, quid ad hæc dicunt pollitici qui Cōciues ad odia incitant? Cōtra hos exclamat Cicero. orat. pro Sestio, dicens. Hi & audaces, & mali & pniciosi Ciues putātur, q incitāt populi aīos ad seditionē.

Odia restringēda. connubia affinitates, ac cætera eius generis, quæ apud concordes sunt vincula charitatis, apud infensos sunt incitamenta irarum.

Qui autē aliquē ad pacē hortatur, caueat ne iniuriarū à parte receptarū (si possibile sit) mentionē faciat. sicut semel accidit cū quidā, aliàs Adulator, nobilē impudenter ad reconciliationē hortans. dixit, verbera q baculo sustulit dominatio vestra fuerūt qdē mala &c. ò Impudentia Scioli. Plaga in delicato membro contacta magis ac magis dolorem facit; Ita etiam dulces consulationes si cordi offenso applicentur, id magis amarulentum reddunt cum offensa memoratur.

Hortemur omnes ad inimicorū amorem, Namq; ab Euthimio, Inimicorū Amor, Omnis virtutis corona & vertex appellatur. (euthim. in Mat. c. 5) Ac si dicat Hic Doct. Summum ad quod Animæ Virtus hac in vita pertingere potest, id est, inimicum diligere: & Iure quidem, quoniam, qui hoc agere est potens, cætera quoq; omnia facilimè poterit. Hoc verò Diuina operatur lex vt nos nedum vtcunq; bonos cōstituat, sed perfectos efficiat. Quod si impudens dicas, Perfectus esse nolo, Audi D. Aug. Omnia tua vis esse bona, & valde bona, quare tu ergo non eris valdè bonus? Vis Domum optimam, Vestes optimas &c. & Tu solus Imperfectus eris? Ratio verò Cur Christus Dom. perfectionem in amore Inimicorum posuetit, Dicēs Estote perfecti sicut P. V. C. perfect. est. ea precipua est, Quandoquidem in cæteris virtutib. simulatio esse potest, sed in amore inimicorū quæ simulatio? Potest enim eleemosinam quis largiri, sed ad gloriam vanam, & sic de reliquis, In amore verò non sic. Ideo &c.

Vide

Vide verò quàm bona sit Ciuium vnio & fratrum Concordia, & Congregatio quàm proficua. Ait nanque Proph. Dauid. Ecce quàm bonum,& quàm iucũdum hab. fratres in vnum, Sed dic quàm bonum est Vir S. fratres in vnum habitare? Respondet ipse. Ita bonum hoc est, sicut vnguentum in capite quod descendit in Barbam, quod descendit in Oram vestim. Vnguentum est vnio inter fratres, Cur? Quia si aliquis ex vnitis, & Congregatis, vel infirmatur, vel tribulatur, vel persecutionem patitur, Medicina aut remedium illi illicò est paratum, Ipsa nempè vnio & Congregatio; quandoquidem cæteri fratres, prestò sunt ad subuentionem, vnguentum est habitare fratres in vnum affirmat Proph. Dolet .n. frater, & ait, Quod remedium malis meis adinueniam, qui carcere detineor? Sed ecce remedium, ecce vnguentum, si in vnum habitat si de Congregatione est, si vir est paci deditus, si vnus est cum illo frater, Hic omnia pro voto obtinet. vnguentum denique est vnio quod omnes ex vnitis linit & perungit à maximo vsq; ad minimum, Descendit à capite in Barbam, in pillos ipsos, in minimi momenti personas quæ excrementa putantur, in oram vestimenti, in Infimos. Eia fauores ampliandi.

Fauores conuenit ampliari, & odia restringi. Si restringatur Amor, Ita vt quis eum manifestare, vel ex modestia vel alia quacunque de causa, desinit, Vires Amor ipse acquirit, fortiorque magis carcere detentus ac deuinctus euadit quàm liber, sicut canis dum fune vel Catena detinetur, ferox magis in dies venit quàm si liber sẽper incederet. Acrior ergo efficitur & acrius afficit amor detentus & occultatus, In opa descendat & ꝑ opera manifestetur, & suauior ac iucundior erit. restringẽda sunt odia nõ fauores in quib. residet amor.

Et si inimicos fauoribus prosequi debemus, ampliare multo magis in amicos fauores conuenit. Si n. Amor est magna operatur. Amplientur singulariter fauores in amicos cum eos laudibus efferimus; sunt verò quidam putantes malum esse fauore laudis hom. honorare; Est ne igitur malũ hoc? Respondet Cassiodor. epist. 12. Debemus omnes, benegerentib. vt eos laudis nostræ comitetur assensus, Nam equorum cursus clamoribus incitantur, & in sonantium manibus agitur, vt à mutis Animalibus velocitas expetatur, quantum

&

& homines stimulari posse credimus, quos ad Laudis auiditatem natos singulariter inuenimus? (hæc Cassiodor.) Hinc nonnulli ex Gentib. populi ad bellum pergentes *Musis* prius sacrifitium offerre consueuere, Cur Musis, non Marti, aut Bellonæ? *Musis* Dijs Laudum, vt ex claré gestis contingeret honesta laus sacrificabant. Sicut ergo Iustum uitiosum corrigere decet; Ita decet, virtuosum collaudare dùm tamen mortal. criminis Vanę gloriæ probabiliter contagium non timetur.

Fauores ampliandi. Constat ex moribus populi Romani, iuxta Parentes, Primùm locum obtinuisse pupillos, fidei, tutelæque nostræ creditos: proximum Clientes, qui sese in fidem patrociniumq; nostrum dedissent: tertium hospites: postremum cognatos, affinesq;, Hic est ordo vel gradus officiorum à maioribus Romanis traditus. *Pupillos* igitur summa humanitate atque ope, ac maiore etiam quàm cognatos, aut affines prosequi oportebit: vt quos parentes eorum nostræ tantum fidei crediderint, nos ne negligere videamur. Quod de Clientibus itidem censendum est, vt M. Catoni placuit, in oratione quam dixit apud censores in Lentulum, & C. Cæsari in oratione qua pro Bithynis vsus est. Neq; aliter de hospitibus iudicabimus. Quanquam eos Massurius Sabinus, in tertio quem scripsit *Iuris ciuilis* libro, tanquam maiore officio dignos, clientibus anteponat, eius verba, sm̃ Vegium, hæc sunt. In officijs apud maiores ita obseruatum est, primùm tutelæ, deinde hospiti deinde clienti, tunc cognato, postea affini.

Fauores ampliandi &c. Quærit *Philo Iud.* Cur Deus super mare pluat, vbi aquæ iam abundant, nec opus aquis mare habeat: Cur etiam in desertis montib. vbi animalia degunt nulla, nasci optimos fontes vellit Deus. Respondet autem *Philo* hæc Deum fecisse, vt nimirum omnip. diuitias ostenderet suas & quod eas largè in immensum etiam his qui non magnam inde capiunt vtilitatem communicet. Liberalitatem patefacit, fauores ampliandos ad omnes docet Dom: &c. Nec dicendum esse, Abutitur ille gratijs &c.

Fauores conuenit ampliari. Hęc certè regula Principes & Prę latos tangit apud quos fauorum thesaurus est reconditus, quod ostendit Lucius Musidius, cum in nummo impressit

spheram

spheram, Clauum nauticum, Cornucopiam, & Caduceum, Per duo prima mundi regimen significans, quod benè quidem se habet, si duo alia in principe minimè deficiant, pax scilicet per Caduceum adnotata, & fauorum abundantia per Cornucopiam ostensa.

Debet Princeps facilis esse ad fauores. Titus Vespesiani filius, Non oportet, ait, quemquam à sermone principis tristem discedere. quinimò de ipso, refert Suetonius, Neque negauit quicquam petentibus, & vt quæ vellent peterent vltrò adhortatus est.

Magnanimus esse debet Princeps siue Laicus, siue Ecclesiastic: quattuor verò affectus sunt magnanimi, Beneficentia, magnificentia, clementia, & Benignitas, (ad hos affectus cæteri omnes reducuntur). Porrò, magnanimus nec reputat, nec spernit, quia nec timet, nec sperat; ex eo quod non spernit, beneficus est; ex eo quod non reputat id quod petitur, magnificus est; ex eo quod non timet, clemens est; ex eo quod non sperat, Benignus est; Benignus verò honorat. &c. ex his conijcere poteris quàm viles qui duri & agrestes sunt ad fauores, quinimò superbos tales putare possumus, etenim, vt Plautus asserit, superbus minores despicit, maioribus inuidet. Ex hoc nulli benefacere studet superbus, Vnde cum ad fauorem quemquam difficilem vides, talem superbum omnes putant.

Huius generis viros Cassiodor. epist. 14. alloquitur, dicens, omnib. libenter prebeamus assensum, quotiens est vox iusta petentium: Non debet esse difficile benefitium, quod non patitur largitate detrimentum. Si verò ita difficilis es ad largitatem, proculdubio in te non video Charitatem, Charitas n. vulnerauit Impassibilem, ligauit Insuperabilem, traxit Incomutabilem, æternum fecit mortalem; si tu quamuis durus sis, non traheris, certè in te non operatur Charitas; longè Omnipotens abest, vide miseriam tuam.

Quicquid verò sit de Dioginiano quod fertur prouerbio; Quinque non esse benefaciendum, nec puero, nec seni, nec mulieri, nec stulto, nec cani alieno, In quo Tiraquellus loco stulti, (in connub.) legit, Garrulo remigi. & hoc ex ingratitudine prædictorum. Dicimus tamen quod non debet Princeps quacunq; occasione oblata montes promittere aureos, nec

nec velle debet, vt subditi obscura spe, & cæca expectatione pendeant, & incerta passim pro certis habeant. Nam venator (vt similitud. vtar Xenophontis) si Canes hortetur frequenter ea appellatione qua solet, vbi feram aspicit, primò alacriter parent, sed cum eos sepè fallit spes, postea nec quando venator videt feram ad quam eos vocat, ei obediunt; ita inquam si quis crebras alijs commouerit expectationes bonorum, quas non expleuerit, ne tùnc quidem poterit illos persuadere, quando eos in spem certissimam adduxerit.

Dicimus etiam non restringendos fauores vt aliquid adimatur, vnde, Cui aliquid datur, illi omnia eidem censentur esse data sine quibus illud esse non potest, vt patet, & vt etiam refert Carol. Pasch. in lib. 4. an. Tac.

Delatores in causam sunt vt principes fauores non prębeant, Quapropter à Principum aulis expellendi sunt Delatores, quinimò puniendi à principibus, qui Pollitici, nobiliorem Principum partem demunt. Iustitiam scilicet, quomodo? Sæpè Domitianus asserebat Imp. Princeps qui Delatores non castigat, irritat, Irritat, hoc est compellit magis ad delationem, & ad Calumnias Innocentum incitamenta supponit: Quare Iulianus Imp. ad vnius delatoris linguam compescendam, quandoq; ait, Quis Innocens esse poterit si accusasse sufficiet? Expelli igitur è principum Aulis viperinè delatorum linguę debent, ne Innocentum vitam perturbent, detestabiles n. sunt hæ linguæ, ait Annibal, magis quàm pestis, quàm virus, quàm mors. Hinc optimi Imperat. vespes. ac Titus, hic filius, Ille Pater, Ita odio delatores prosequebantur, vt ex illis quamplures per Theatra flagellis cædere durissimis facerent: Hinc Antonin. Pius pariter Imp. Delatores, si accusationes per Veritatem casus non manifestè probabant, morti damnabat; Si verò quod deferebant apertissimè probare contingebat, ipsis in infamis offitij præmium nescio quid solui mandabat, & eos à se tanquam infames procul expellebat. Theodoricus verò Gothus Italiæ Rex, Delatores non liquidò probantes, ita execrabiles habebat, vt eos igni tradi iuberet. Ita refert Cassiodorus senator, illius secretarius, dicens. Is qui sub specie vtilitatis publicæ, vt sic neccessariè faciat, delator exi-

ſtat, quem tamen nos execrari omninò profitemur, quamuis vel vera dicens legibus prohibeatur audiri, tamen, ſi ea quæ ad aures publicas detulerit, inter acta conſtitutus non potuerit adprobare, flammis debet abſumi. Ita certè odia reſtringentur & iræ flamme extinguentur, ſi delatores comburantur.

Quod ſi reuerà malum reperitur contra vos benigniſſimi principes actum, reminiſcamini quod Seneca (lib. 1. de Clem. c. 10.) laudibus extollit Auguſtum Imp. dicens, eum iure Patrem Patriæ appellatum, non alia ratione, niſi quia ſibi illata opprobria hilari vultu ſuſtulit, ac cum contra eum quisquid loquebatur ſubridebat; cum etiam neceſſitate coactus aliquem ſupplicio dabat, ipſe magis affligebatur quàm ille qui ſupplicium ferebat. Reminiſcamini Manſuetum debere eſſe principem & de manſueto ait D. Chriſoſt. quemadmodum Solis iubar vt primum apparet fugat tenebras, Ita manſuetus, & benignus, ſua preſentia res turbulentas componit, quietaſque ac tranquilas reddit.

Reminiſcamini omnes, ad odia deponenda & fauores amplian dos, Ambidextrum illum Aioth in lib. Iudic. qui vtraque manu vtebatur pro dextera, Hancque amplectamur virtutem & omnes amabimus, quod tunc eſt cum nedum ea quæ ſunt proſpera, dextera à nobis cenſentur, ſed & ea quæ aduerſa ſunt & ſiniſtra dicuntur, bono rectoque vſu ad partem fecerimus dextram declinare, vt quæcunque fuerint nobis illata, fiant arma iuſtitiæ sm̃ Apoſtolum. Ambidextrum meritò dixerim Ioſeph, qui in proſperis gratior patri, religioſior fratribus, acceptior Deo, In aduerſis Caſtus, Domino fidelis, carceris mitiſſimus, Vinctis iniuriarum immemor, beneficus inimicis inuenitur.


Odia reſtringi conuenit. Ira enim hominem interius & exterius perturbat, Interius ait n. Gregor. in mor. Cum tranquilitatem mentis Ira diuerberat dilaniatam quodammodo ſciſſamq; perturbat. Vnde p̄ iram ſapientia perditur vt quid quoue ordine agendum ſit omninò neſciatur, quare ſcriptum eſt. Ira in ſinu ſtulti requieſcit, quia nimirum intelligentiæ lucem ſurripit cum mentem commouendo confundit. Fit etiam per iram turbatio exterius in corpore quia, ſicut dicit ibidem Gregor. Dum iræ ſuæ ſtimulis accenſum

cor

cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe prepedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi. Per iram tandem concordia rumpitur, ſicut ſcriptum eſt. Vir animoſus parat rixas, & Vir Iracundus effundit peccata. Amicitia ſit inter vos ſemper fratres, Amicitia enim eſt diuitib. pro gratia, Pauperib. pro cenſu, Exulib. pro Patria, Imbecilib. pro virtute, Pro medicina ægrotis, Pro Vita Mortuis. Vitam det Dominus æternam. Amen.

OMELIA XVI.

Non debet aliquis alterius odio pregrauari.



A Circulo Lunæ vſque ad centrum terræ non eſt perfecta ſecuritas, ait Fulgentius, In aere non, quia ibi Dæmones inſidiantes; In terra non, quia ibi homines malignantes; In mari non, quia ibi venti & tempeſtates; In Inferno non, quia ibi ſunt tortores animas Cruciantes. Ergo ſupra lunam quere ſecuritatem, quia citra lunam minimè reperies; Hinc D. Bern. in cant. ò Candens, inquit, lilium, ò tener & delicate flos, increduli & ſubuerſores ſunt tecum, vide ergo quomodo cautè ambules inter ſpinas, plenus eſt mundus ſpinis, In terra ſunt, in aere ſunt, in Carne tua ſunt, verſari in his & minimè ledi, diuinæ potentiæ eſt non virtutis tuæ; Nihilominus D. Amb. in Hexam. ſic aſſerit. Hoc habes in Iſaia quia Iuſti Anima dicit vel Eccleſia. Ego Ciuitas munita, Ego Ciuitas obſeſſa, munita per Chriſtum, obſeſſa per diabolum, ſed non debet obſidionem uereri, cui Chriſtus adiutor eſt. Hæc Ambr. D. uerò Auguſt. in lib. de Ciu. D. ait, Pugnant inter ſe mali & mali, Item pugnant inter ſe

ter se boni & mali, Boni verò & Boni si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt, Proficientes autem nundumq; perfecti, ita possunt esse vt bonus quisq; ex ea parte pugnet contra alterum qua etiam contra seipsum, & in vno quippè homine Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus vero aduersus carnem. hoc August. ex quo, rectè dicimus hominem delineasse qui Puerum dextera manu lapidem tenentem leua verò alas pingebat cum Inscriptione. Dextera tenet lapidem, manus altera sustinet alas, vt me pluma leuat, sic graue mergit Onus, ex spiritu etenim & corpore constans homo, cum spiritu ad supernorum contemplationem eleuatur, deorsũ eũ trahit ad terrena Caro; sic asserit Apost. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vnde spiritus alterius quidem odio, Corporis scilicet pregrauatur. quod & Pat. Iob flebat dicens, frater fui Draconum & socius struthionum, Ac si diceret similis videor Draconibus & struthionibus. At quomodo his animalibus similis es vir sancte? Draco alas habet, sed si in aera eleuari querit, suo premitur pondere, Ita & struthio alta videtur tendere velle cum alis prestet, sed illicò, atq; eleuatur deorsum trahitur, & ima tendit; sic homo inquam iam videtur cælestibus omninò deditus, iam Caduca appetit, corpus n. quod corrumpitur aggrauat animam. verùm nolite sic deijci Dilectissimi, Petite à Domino semper. Qui sperant in Domino assument pennas & volabunt. Nunquid non vidistis volantes columnas super populum electum? Ita certè si columna eris in bono perseuerans, volabis & eleuaberis & proficies. En regula sacra, Non debet aliquis alterius odio pregrauari, Non permittamus vt semper grauetur spiritus à Carne, quinimò Curemus vt & Corpus summa tangat, sic .n. extasim facit Diuinus amor. Vnde Iusti quamplures Corpore in aera elati pluries visi sunt. Non debet ergo aliquis alterius odio pregrauari.

Pro explanatione regulæ, dicas regulã hanc ueram esse d' pæna æterna; pæna n. æterna nunquam punitur unus pro alio, 1. q. iiij. c. 1. & c. iam itaque, cum seq. De pænis uerò temporalibus sæpè puniri potest quis pro alio, & pæna spirituali, & pæna corporali. Nam propter fornicationem, uel adulterium uxoris repellitur uir à promotione, ut 34. dist. si cuius.

Et

Et in pœna Interdicti, punitur unus pro alio. Et in remotione ab oblationibus punitur etiam unus pro alio. Vera igitur hęc regula est, quod quis pro alterius peccato non est puniendus pœna æterna, & etiam quod pœna temporali non est semper quis pro alterius delicto grauandus. In reliquis uerò non est seruanda.

Non est etiam semper filius pro peccato patris puniendus, ut casus est 24. q. iij. si habes. Vbi dicitur quod non excommunicatur filius pro peccato patris. Quare Ezech. 18. filius, inquit, non portabit iniquitatem patris, Non est utiq; grauandus uel culpandus filius propter peccatum patris. Ideo August. sup. Matt. ait. Nunquam de uitijs erubescamus parentum, sed unum illud queramus, amplectamur uirtutem. Et Idem August. ibidem. Non est, inquit omninò nec de uirtute, nec de uitio parentum, aut laudandus quis, aut uituperandus, nemo inde uerè aut obscurus, aut clarus est. Et D. Hieronim. ad Pamach. in epist. incip. si iuxta Paulum, Nasci, dicit, de adulterio, non eius culpa est qui nascitur, sed illius qui generat, & inter illas acri ventris angustias Dei manus semper operatur, Idemque est corporis & animæ creator, Noli ergo despicere bonitatem figuli, qui plasmauit, & fecit vt voluit.

Disce hinc quod spernendus non est filius propter parentes. Eò magis quia, non in seminibus, sed voluntate nascentium, Causa est vitiorum atque virtutum. Cum ergo filio peccatum displicet, quinimò ipse optimis est imbutus moribus non est iniuria afficiendus. habet n. facilitas & suauitas morum in se quiddam, quod se ipsum omnibus comendat, ac Charum reddit, (ait Mapheus Vegius.)

Nec dicendum quod cum parentes ament filios, filij pariter suos ament parentes. Quod enim est in herbis aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor, (ait Chris. super illud Mat. 19. propt. hoc relinq. homo patrem. &c.) Sicut n. herbæ & humores nascuntur & crescunt, sic homines per amorem incipiunt & augentur; Humor quidem de radicibus ascendit in Herbam, de herba autem non reuertitur ad radices, sed sursum transmittit in semen; sic & amor de parentibus, ascendit in filios, de filijs autem non reuertitur ad parentes; Ideò parentes quidem diligunt, sed non diliguntur

guntur à filijs,quia ficut herba non deorfum fed furfum ad femen tranfmittit humorem, fic & homo, non ad parentes, fed ad procreandos filios tranfmittit affectum.

Non igitur debet quis alterius odio pregrauari. Cafus verò eft, facto diuortio inter coniuges propter fornicationem, poteft ne Innocens altero repugnante religionem ingredi? Refpondet D.volunt. Interpres, quod poteft Innocens religionem ingredi & profiteri, etiam altero Inuito (D. Th. 4. D. 35. 5. 3.)

Cafus. mala ne eft dicenda Congregatio aliqua quia ex illa nonnulli mali funt? Quefo refponde tu mihi, Malum ne eft dicendum Apoftolorum Collegium, quia inter Apoftolos vnus ex duodecim auaritia ductus Sanctum Sanctorum tradidit, feipfum fufpendit, & crepuit medius? Si mihi dicas Apoftolorum Congregationem propter Iudæ peruerfum exemplum damnandam,te tanquam hæreticum è templo eijciam. Cum igitur hoc hæreticum fit, Non eft permittendum vt dicatur mala religio propter fingularium delicta. Alioquin dicemus nos, fi ex familia tua iam talis mulier fuit Adultera, ergo omnes ex eadem domo tanquam adulteræ habendæ, Vnus fuit ex tua progenie latro, ergo & tu,& filij tui latrones eftis, Non valet confequentia hæc, ergo nec illa à fimili. Non debet n. aliquis alterius odio pregrauari. Lilium eft inter fpinas religio, ait Auguft. fi fpinæ ibi pungunt, Ibidem flores olent,& fanant.

Non eft Catholica Ecclefia ab Hæreticis calumnianda quòd multi ibi funt Criminofi, Inter hæbreos Serpentes fuere illos Lethali plaga vulnerantes, fed æneum etiam ferpentem hæbrei ad fanandum, habebant; Lites inter eos fuere Amalech & edon,fed ibi etiam Moyfis, Iofuæ & Gedeonis, perfruebantur Victorijs; In Ecclefia Dei vtique acquas amariffimas Marath vides fed ibidem lignum quo acque ipfe dulces fiant adeft; propterea Ecclefia S. militans appellatur, Quandoquidem mali femper contra bonos pugnant, ineaque militia fit morum, firma tamen femper ipfa confiftens. Mufca immunda eft hæreticus propterea Mufcas nolebat in templo Deus. & Belzebub Deus mufcarum dicitur; Mufca verò femper putrida querit potius quàm fana, fetentia magis quàm olentia, ita hæretici aduerfus Catholi-

cos,

eos, De bonis per ipsos non fit mentio, quod verò malum est ab eis incessanter ore contrectatur. Eia fratres, Non debet quis alter, odio pregrauari. In medio duorum Latronum consistebat Christus D. Non autem propter vnius blasphemias alterum damnauit, Non propter peccata Esau, damnatur Iacob, sed eligitur. Officinam argentarij ingrederis in qua aurum, argentum, Adamantes, Iaspides, cæterosque pretiosissimos lapillos habet Artifex, tu vero pretiosis lapidibus & margaritis ommissis, Carbones queris; ò stulte, In Ecclesia, boni sunt & mali, tu de malis curas, propter hos verò bonos damnare contendis totamque Ecclesiam commaculare? Non debet aliquis alterius odio pregrauari.

Verum est tamen quod quandoque vnus in pæna odio alterius grauatur, sed quomodo hoc? D. Ambr. serm. de Cathed. S. Petri. Erat, inquit, in nauicula Simon Petrus, sed erat pariter & Iudas proditor, quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen perfidia eam perturbabat, Tranquilitas est vbi solus Petrus nauigat, tempestas vbi Iudas adiungitur, licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbabatur tamen criminibus proditoris, vnius igitur delicto cunctorum merita cassantur, hæc ille. Hinc Isidor. lib. 2. soliloq. Melius est, ait, habere malorum odium quam consortium, sicut n. bona multa habet comunis vita Sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum. Docet quoque Seneca in epistolis, Ante circumspiciendum est cum quibus edas, & bibas quàm quid edas, & bibas. Ideo S. Loth preceptum habet exeundi è Sodomæ Ciuitate quia si ibi permansisset ignis propter aliorum mala eum quoque deuorasset.

Quinimò exod. 20. ait Dom. Ego sum Deus Zelotes, visitans iniquit. Pat. in filios in 3. & 4. Generat. Vnde pro peccato Cham Chanaam filius eius maledictus est, vt habetur gen. 7. & pro peccato Achan, (vt habetur Iosuæ 7.) populus Israel in manus traditus est hostium, Imò & bruta etiã animantia, quæ ratione carent, iussa sunt interfici pro Amalechitarum peccato. 1. reg. 15.

Sed Cur Deus ita sine culpa punit? Resp. D. Th. 2. 2. q. 108. a. 4. Quod vnus homo, pæna spirituali nunquam punitur

pro

pro peccato alterius, pæna merè spirituali scilicet quæ animæ salutem directè concernat, ad differentiam prædictorum, quia pæna spiritualis pertinet ad animam secundum quam quilibet est liber sui. Pæna autem temporali quandoq; vnus punitur pro peccato alterius, Triplici ratione, (Hoc est ponderandum) primò quidem, quia vnus homo temporaliter est res alterius, & ita in pænam eius etiam ipse punitur, Sicut, filij secundum Corpus sunt quædam res patris, & serui quædam res dominorum; Alio modo, inquantum peccatum vnius deriuatur in alterum, vel per imitationem sicut filij, peccata parētum imitantur, & serui peccata dominorum, vt audacius peccent; vel per modum meriti, sicut peccata subditorum merentur peccatorem prælatum, secundum Illud Iob. 34. qui regnare fecit hominem hipocritam propter peccata populi, Vnde & pro peccato Dauid populum numerantis, populus Israel punitus est, Siue etiam per aliqualem Consensum, seu dissimulationem, sicut etiam boni interdum temporaliter puniuntur, cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt, vt Aug. 1. de ciu. D. dicit. vltimò ad comēdandum vnitatem humanæ societatis, ex qua vnus debet pro alio sollicitus esse ne peccet, & ad detestationem peccati, dum pæna vnius redundat in omnes, quasi omnes essent vnum Corpus, sic docet August. de peccato Acham.

At Iuditium humanum, debet ne Iuditium Diuinum imitari? Dico quod in manifestis Dei Iuditijs humanum Iuditium illud imitari debet, In Iuditijs vtiq; quib. Deus homines spiritualiter damnat pro peccato proprio, occulta verò Dei Iuditia, quibus temporaliter aliquos punit absq; culpa; non potest humanum Iuditium Diuinum imitari, quia homo horum Iuditiorum rationes comprahendere non potest, vt sciat quid expediat vnicuiq;, & ideo nunquam secundum humanum Iuditium aliquis sine culpa pæna flagelli, puniri debet, ita vt occidatur vel mutiletur, vel verberetur. Pæna autem damni punitur aliquis etiam secundum humanum Iuditium sine Culpa sed non sine Causa, & hoc tripliciter, vnomodo ex hoc quod aliquis ineptus redditur sine sua culpa ad aliquod bonum habendum vel consequendum, sicut propter vitium lepræ remouetur aliquis ab administratione

Ecclesiæ

Ecclesiæ,&propter bigamiam,& Iuditium sanguinis aliquis impeditur à sacris Ordinibus. secundò quia bonum in quo damnificatur, non est proprium bonum sed comune, sicut quod aliqua Ecclesia habeat episcopatum, pertinet ad bonum totius Ciuitatis, non aũt ad bonũ clericorum tm̃. Tertiò q͞a bonũ vnius d͞pẽdet ex bono alterius, sicut in Crimine lesæ maiest. filius hęreditatẽ pro peccato parentis ammittit.

Casus est circa regulam. Adulator qui peccatum homicidij uel adulterij non committit, debet ne à Deo propter illa puniri si occasio est ut alius comittat? Respondet D. Th. 2.2. q. 115. ar. 2. Qui occasionem dat peccandi ipse peccat. Dicamus ergo Adulatorem puniẽdum de peccato alieno. Narrat Philopponus quẽdam Tibicinem à militibus in bello captum, milites sic fuisse allocutum ego nunquam aliquem interfeci, quare vos me pauperculum interficere Vultis? Cui milites, si manibus non necasti, saltim tua tuba alijs ad necandum incitamento fuisti, Nimis aptè adulator tibicini comparatur, Nam tibicen cum tuba clangit, delectationem ingerit & affectus mouet, atque ita Seneca lib. 2. inquit, quod Xenofonte tubam sonante, Alexander audiens illum, subitò gladium è vagina eduxit, ac si dimicare vellet, sic Adulator passiones ad peccata excitat, quare puniri debet.

Pro peccato principũ & prælatorum multos audistis populos à Deo tẽporaliter punitos, sicut fuit propter peccatum Dauid, quantum ad sæculares principes. De prælatis verò, ex lege Diuina habemus quod pro peccato Sacerdotum idem sacrificium expostulabat Deus offerri, ac si totus peccasset populus sed quare hoc? Vt innueretur paratum fuisse flagellum contra totum populum à Deo pro Sacerdotis peccato, pro quo auertendo sacrifitium esset offerendum. A templo n. omne malum sicut à stomacho cum infirmatur omnia membra languent.

Sed plorat S. Proph. Hieremias malum Ciuitatis dicens, sordes in pedibus eius. Ab infimis ruina in cæteros prouenit, sic statuam Nabuch. Vidit, aureum caput, aliaque pretiosa membra ærea & argentea, pedes verò luteos, habentem, quia verò pedes ipsi percussi & demoliti sunt, vniuersum cecidit simulachrum. Splendent in Repub. Illustres viri elo-


quentia, Doctrina, & Charitate cæterisque uirtutibus præstantes, Infimi uerò plebei luthei & Viles uitijs corrupti, toti Communitati ruinæ occasionem tribuunt, Sic fingebant Antiqui Achilem ex nulla corporis parte occidi posse nisi uulnerando ipsum in pedibus; Ita fortis Ciuitas cum rectè Nobiles Administratores sunt, uiua & permanens manet, Cæterum ex pedibus & infimis quandoque ex plebe mors & exterminium intrare cernitur Eia fratres Non debet aliquis alterius odio pregrauari.

Non debet quis alt. odio &c. dum magnus Aulicus abdicatur & gratiam principis amittit, Adherentes omnes cadunt. Mos Tyranorum est, quemadmodum inter Sythas solent cum Regib. sepelire pincernas, & Coquos & pellices, ita ijs quos ipsi interficiunt uel pellunt amicos adiungere plures etiam nullam ob causam &c.

Non debet &c. Caro vt dicebam, aggrauat spiritum, ne permittas, si iustus vis dici Iudex, hoc grauamen. Docet Origenes quod cum Deus precipiebat in lege vt ei Tauri sacrificarentur, significabat velle vt nos Carnis superbias, mortificaremus, Hoc agamus, vt Deo spiritus seruiat, & eius amore perfrui mereamur. Amen.

OMELIA XVII.

In Iuditijs non est acceptio personarum habenda.


INcarnatus Omnipot. Dei Vnigenitus, pro hominibus quibusuis Patrem aliquando Sapientissimus alloquens, in eam prorupit tanta Maiestate dignam perorationem, dicens. Rogo Pater vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus (Io. 17.) cæterum quid Domine? Non ne satis vt hæc hominum vnitas

tas

tas ei qui est in militum cohorte Duci eidem sub vno vexillo parentium ac militātium similis esset? Minimè respondet saluator, sed sint vnum sicut & nos sumus; Nunquid non sufficit tantam inter homines esse vnitatem, quanta inter corpus & Animam, ex quibus compositum fit vnum? Nequaquam dicet ipse, sed sint vnum sicut & nos vnum sumus. Annon sufficeret Redemptor hanc vnitatem similem fore vnioni quę in te reperitur, nempe inter Diuin verbum & sacr. humanitatem, que adeo est arcta, vt nec morte dissolui potuerit? Absit, sed sint vnum sicut & nos vnum sumus. At quomodo hoc fieri potest, vt homines inter se ita vnum sint sicut Diuinæ personæ? Cirillus.li. 11. c. 20. sup. hæc uerba, hoc sic exponit, quod scilicet quemadmodum inter Patrem & filium unus est intellectus, Voluntas est una, ac consequenter idem intelligere, & idem uelle uel nolle; sic etiam uult inter nos nullā esse opinionū diuersitatem. Cardinalis Tolletus in huius loci coment. inquit. Quemadmodum unitas Trinitatis non confundit ordinem, sed alius est Pater, alius est filius, alius Spiritus Sanctus, filius à patre, Spiritus Sanctus ab utroq;, Pater à neutro procedit, Ita hæc unio Charitatis non confundit ordinem fratrum. In omni n. benè constituta Republica tam Ecclesiasticorum quam laicorum, discrimen est personarum & offitiorum, aliter n. confusio pulchritudinem ordinis obscuraret. D. uerò Athanasius sic explicat. Rogo pater ut sint perseuerantes in unione charitatis, sicut & nos perseuerantes sumus. Vult enim Christus inter suos amorem esse perfectum, Charitatem firmam & permanentem dilectionem, quæ ad tempus non sit, ac mutabilis, & uaria. Elicere ex his perinde possumus, ut roget Dominus dicens, Rogo pater ut unum sint sicut & nos unum sumus, Exoptans, ut quemadmodum in Diuinis personis acceptio personarum minimè est sed æqualiter essentia Diuina in illis reperitur, Ita in hominibus Nulla sit personarum acceptio.

Iure igitur meritò statuitur ut Diuine conformemur uoluntati, Non est acceptio personarum habenda, quod locum habet In pænitentiæ exhibitione. 26. q 7. Sacerdos. In fide Christi suscipienda. De con.di.4. nec quemquam. In alijs etiam Sacramentis. De coniur. ser, c. 1. In pauperum receptione

cum sufficere possumus, 42. dis. quiescamus; Idem in alijs pietatis operibus. 16. q. 1. si cupis. Defertur tamen dignitati persone. Vt. 40. D. c. 1. & 45. D. cum Beatus. & 97. Nobilissimus. Idem in sedendo & assurgendo. D. 93. non oportet. & not. 3. q. 9. c. vlt.

In Iuditijs non est acceptio personarum habenda, vt animaduertit Archiep. Flor. hoc in loco Iuditium diuersimodè sumitur, Interdum pro eo quod sententiam præcedit, Interdum pro condemnatione. De consec. Di. ij. timorem. Quandoq; pro discretione 3. q. 7. .§. tria. Quandoq; pro vltima volũtate. De sepul. c. pen. li. 6 Hac in regula Iudicium sumitur, pro eo quod sententiam præcedit, Et etiam pro sententia. In eis n. æqualitas est seruanda, Quamuis in arbitrarijs Iudex gratiosus esse potest vni magis quàm alteri, vt insinuatur. De offi. deleg. consuluit.

Personam vero hominis accipere, ait D. Gregor. est hominem, non quia homo, sed propter aliquid quod circa ipsum est, honorare, propterea iure dicitur, personæ acceptionem quandam esse fatuam reuerentiam alicui, non causa debiti, sed ex timore, vel propter vtilitatem exhibitam: Porrò in Iudicijs hæc personarum acceptio habenda neutiquam est, Iudicia etenim iam non Iudicia essent, cum fatuè se haberent, Non est igitur in Iuditijs personarum acceptio habenda.

Iniquè igitur errant Iudices à Veritate sententiæ (Isidor. 3. de sum. bono.) dum intendunt qualitatem personæ & exulcerant sæpè iustos, dum improbè deffendunt iniquos, vnde Acceptores personarum sunt. contra quos Innoc. lib. 2. de vil. cond. hum. clamat dicens. Si fortè pauperum causam suscipitis; illos remissè fouetis, cum autem diuitum causam suscipitis illos pertinaciter adiuuatis; Pauperes despicitis, Diuites honoratis; istis reuerenter assurgitis, illis despicabiliter comunicatis; clamat pauper & nullus exaudit, loquitur Diues & quilibet applaudit, Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & Verbum illius vsque ad nubes perducunt; pauper locutus est, & dicunt quis est hic? & si offenderit subuertent eum, clamat vim patiens, nullus exaudit, vociferatur, & non est qui iudicet, Diuiti dicunt, tu sede hic benè, pauperi verò tu sta illic.

Amplia;

Ampliari poteſt regula ad quæcunque Iuditia , ſed ſcias quod perſonarum acceptio tantummodo locum habet in his quæ quis ex debito dare habet, Quare ſi quis aliqua non ex debito ſed ex gratia diſtribuit magis vni quàm alteri non per hoc acceptor dicendus eſt perſonarum.

Caſus queri poteſt, An ſcilicet Acceptio ſit perſonarum ſuper contrahendo matrimonio diſpenſare in prohibitis gradibus ratione diuitiarum ? Dicimus breuiter, hoc profectò acceptationem eſſe perſonarum, Etenim vt docet Silueſt. in Su. V. accept. perſ. 5. (& eſt doctrina D. Th.) Diſpenſatio iſta, propter fœdera pacis fieri conſueuit, quod quidem communi vtilitati magis cenſetur neceſſarium, circa excellẽtes perſonas. Ex quo elicitur ꝙ nõ diuitiarũ cauſa ſed cauſa pacis, nec quarumlibet ſed excelentium perſonarum, eſt diſpenſandum . Si igitur Cauſa diuitiarum fiat diſpenſatio, Acceptio incurri videtur perſonarum. Contra tales diſpenſatores uidetur inclamare Innoc. lib. 2. de vil. cond. ſum. dicens , Pauperum cauſam cum mora negligitis , Diuitum cauſam , cum inſtantia promouetis , in illis rigorem oſtenditis , in iſtis ex manſuetudine diſpenſatis, illos cum difficultate reſpicitis , iſtos cum facinore tractatis , illos negligenter auditis , iſtos ſubtiliter auſcultatis.

Sed iam queritur Caſus alius, An Deus ſcilicet Iuſtiſs. Acceptor ſit perſonarum Cum vni gratiam Comunicet quam alteri nequaquam impartitur ? Breuibus verò reſponderi poteſt, Non vtique in hoc Dominum accipere perſonas, cum ſupra dictum fuerit Acceptionem perſonarum locum dumtaxat habere in his quæ quis ex debito diſtribuere habet, Deus autem nemini eſt gratiæ Debitor , Iam n. gratia non eſſet gratia ſi ex debito daretur, Cæterum benigniſſimus eſt Dom. ac Diues in miſericordia, ſinguliſque Volentib. ſuam dat ipſe gratiam ; Quare eleganti metaphora in ſacris litteris vel gratia vel Deus ipſe dicitur fons hortorum putes aquarum viuentium, Quippè Hortorum Aquæ in varios ductæ ſentes ad ſingulas madefaciendas herbulas fluunt, è planta in plantam currunt, ita

vt

vt placida irrigatione totus dicatur hortulus omninò made factus; Ità planè Gratia Diuina fons hortorum puteus aquarum viuentium appellatur; vt siquidem agnoscatur Nulli ipsam diuinam denegari gratiam. At quemadmodum hortorum Aqua fluens, ibi manet vbi concauum & bassum reperit, imminens verò non attingit; Ita pariter Diuina gratia in omnes ex se fluit, vult n. Dom. omnes homines saluos fieri, in humili verò firma consistit. Isa. 66. super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, quietum & timentem Deum?

Queritur An Benefitiorum vel ecclesiastic. dignitatum distributor Acceptor sit personarum cum reiecto meliori, ditiorem præficit? Respondeo quod si ex causa ad Dei honorem & commune bonum spectante Ditiorem tamen bonum præfert, Non est quidem personarum acceptor; At si causa præferendi ad hoc nequaquam pertineat, profectò Acceptor est personarum. quare August. (& est in glo. Iac. i j. sup. illud fratres mei nolite in personarum acceptione &c.) Quis, inquit, ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiæ contempto paupere instructiore & sanctiore? Et in quodam serm. Isdem August. ait. Absit Domine vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ Diuitum, aut præ ignobilib. nobiles, Quando potiùs Infirma mundi elegisti, vt confunderes fortia, & D. Ambr. super Malach. Inter omnia, inquit, peccata Sacerdotum, est maximum quod non causas sed personas considerant, & despecto Iusto paupere, Iniustos diuites honorant.

Quid verò melius, collocare benefitium apud Diuitem, vel apud pauperem? Huic aptè respondet quesito Seneca de Benefic. dicens. Melius puto apud pauperes bonos, quàm apud Diuites Magnos collocari benefitium, nam qui locupleres sunt, benefitio obligari nolunt, imò cum acceperint benefitium quamuis magnum, aut benefitium se prius dedisse arbitrantur, aut à se aliquid expectari suspicantur. Cum verò Inopi bono benefacias, spectatum se non suam fortunam putat, & ideo si in contentione res venerit, sequere Temistoclem, qui de nuptijs filiæ suæ consultus, ait, Malo virum qui pecunia egeat, quàm peccuniam quæ viro, hæc ille.

Ex quibus certè habemus semper meliores præferendos, de

quo

quo & Apuleius in lib. de dogm. Platonis. Hæc est, inquit, iusta causa ex æquitate veniens partitio, vt meliores semper in offitijs præferantur, pessimi autem Ciues, vel minus boni luce careant dignitatis. propterea, vt scribit August. lib. 4. de Ciu. D. Regnum gentium nationumque Imperium penes reges erat, quos ad fastigium honoris, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat.

Queritur an Acceptor personarum dignus sit iudicare, & respondetur quod non, Inquit n. D. Gregor. in moral. Iudicare dignè de subditis nequeunt, qui in Subditorum causis vel odium vel gratiam sequuntur. Propterea, vt Herodot. lib. 6. refert, Cambises Persarum Rex vt vniuersi regni Iudices à personarum acceptione cauerent, Vno Iudice in crimine deprehenso, eum excoriari iussit, quo facto præcepit illius pellem in iudiciali sede extendi, & exinde Iudicaturam illam & offitium excoriati filio contulit, qui prior ad sedendum esset pro tribunali, In quo vndequaque Patris, prædecessoris Iudicis pellem aspiceret, ac ita à personarum iniqua acceptione territus omninò caueret.

Queritur, quænam est causa acceptionis personarum? Respondeo non vnicam huius criminis esse causam sed plures, interquas eminet munerum acceptio, Ideo D. Amb. in epist. ad cor. 1. ait. Munera excecant oculos Iudicum, & vim auctoritatis inclinant, libertatem n. arguendi ammittit, & peccat qui ab eo accipit, qui ideò dat ne corrigatur. mirandum verò est quod docet D. Chrisost. in trac. de simbol. dicens Iudicem acceptatorem munerum se ipsum negare, offitium perdere, & Deum vendere. Hoc est quod canit Petronius Episc. Bonon. dicens.

Ad prædam strepitumq; lucri suffragia vertit,
Venalis populus, venalis curia primum,
Ipsaq; maiestas, auro corrupta iacebit.
Quisquis habet nummos secura nauigat aura.
Fortunamq; suo temperet arbitrio,
Carmina componit, declamat, increpat omnes,
Et peragit causas, sitq; Cathone prior.
Parua loquor, quoduis nummos prehentibus optata,
Eueniet. clausum possidet archa Iouem.
O maxima rerũ, & merito pietas hominũ mitissima virtus.

Casus

Casus; Dicitur ne accipere munus Iudex qui non peccuniam nec alia à parte recipit, Sed tantùm obsequia vel fauores? Respondet D. Gregor. in tract. euangel. & 1.q.1. Sunt nonnulli, & ait. Cum virum iustum propheta describeret, ait, qui excutit manus suas ab omni munere, non dixit à munere, sed ab omni munere, quia aliud est munus ab obsequio, aliud à manu, aliud à lingua, Munus ab obsequio est seruitus indebitè impensa, munus à manu est peccunia, munus à lingua fauor. Hæc ille. qui igitur obsequia vel fauores accipit munera accipit.

Interrogas verò. Peccattum ne est rectè iudicare spe remunerationis? Respondet D. Gregor, x i. q. 3. qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat, quia iustitiam quam gratis impartire debuit, acceptione peccuniæ vendit, Tales quippè ad veritatem, non deffensio iustitiæ, sed amor premij prouocat. Hæc Gregor. & D. August. Rémpublicam, inquit, gerere criminosum non est, sed ideò agere Rémpublicam, vt diuitias augeas peccatum est.

Si verò Curiosus scire contendis An Iudex aliquis Acceptor sit personarum, vide si acceptator sit munerum, D. n. Chrisost. ait, Sicut matrona non est Casta, quæ cum rogatur munera accipit, Ita nec Iudex munera accipiens immunis à corruptione iudicatur.

Alia etiam potens acceptionis personarum causa existit. Hæc verò est Adulatio ipsa, de qua Petrus Rauen. ait, Adulatio eliminat à palatijs veritatem, & illi soli in magistratu admittuntur qui palpant blanditijs, & Calice babilonis inebriant, & infra, Ampliant eos benefitijs quos torquere debuerant. Propterea à Ven. Beda sup. Luc. lib. 2. Adulatio, Peccati nutrix appellatur.

D. Greg. de Rectorè loquens ait. Sit Rector. discretus in silentio, vtilis in verbo ne aut tacenda proferat aut proferenda reticeat, Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos q. erudiri poterant in errore derelinquit; Sepè nanq; rectores, vt dicitur, improuidi, humanam ammittere gratiam formidantes loqui liberè recta pertimescunt, quos Dominus in Isa. increpat, Canes muti non valentes latrare, quibus imperat, Clama necesses,

cesses, quasi tuba exalta vocē tuā, Præconis quidē Officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit. hæc Greg. Adde verò, quid facit præco? proculdubio indifferenter in omnium aures insonat quæ à principe iubentur, Ita ergo & prælatus facere habet, indiferens aduersus subditos non Acceptor personarum.

Mysterium tandem illud est adnotandum quod signatur Hier. cap. 17. cum dicitur, Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino exaratum super latitudinem cordis eorum. Iuda tribus erat ex regia & Sacerdotali commixta, & ideo status Principum & Prælatorū p prædicta significatur, Horum verò peccatum quodnam sit notatur per id in quo scriptum fertur, nimirum scriptum dicitur in vngue; Quid autem per vngues potentum significatur nisi eorum potentia, etenim dici solet, Princeps longas habet vngues, per quod intelligitur multa posse; Peccatum ergo Potentum dicitur in eorum potentia consistere; vngues verò istæ adamantinæ dicuntur. peccatum Iuda scriptum est in vngue adamantino. Digiti & manus ornantur siquidem adamantibus auro vinctis, sed quis vnquam principem vidit vngues ipsas adamantinas habere? Dictum est per vngues posse vel potentiam notari Principum & Prælatorum, quæ quidem potentia adamantina dicitur, quandoquidem illi super quos eorum potentia exercetur Adamantum proprietates experiuntur, Deferentem ornat Adamas, sed ferunt huius naturalis proprietatis esse vt hominem Adamas infelicem reddat, Ac insuper dicitur per eum gemarum cæterarum virtutem non parum hebetari. Sic igitur potentum Prælatorum ac principum precipuum peccatum in hoc maximè notatur, quod cum suam exercent potentiam, alios quamuis perornent honoribus, infælices tamen reddunt cum minimè habiles vel idonei existant, alios verò qui pluribus virtutibus tamquam præstantissimis gemmis ornantur operatione & meritis priuant. Hoc verò peccatum in multis scriptum videtur super latitudinem cordis, Hoc est, quod id agunt ex lata conscientia, super id enim largam vel grossam, vt dicitur, fecerunt conscientiā nec scrupulū sentiunt.

Cauete omnes à personarum acceptione prælati præcipuè. In veste etenim Hyacinthina Summi Sacerdotis in qua in San-

cta Sanctorum ingrediebatur, in extremitate tintinabula cum malis punicis intextis posita erant, Ad significandum quod quemadmodum Campana æqualiter omnes vocat, ita Prælatus æqualiter ad omnes se habeat, Malagranata etiam, in quibus multa grana sub vno exterius cortice vniuntur, vnitatem significant fidelium; significatur ergo, vt innuere videtur D. Gregor. quod Prælatus querere vnitatem subditorum debet & Charitatem in eis nutrire non scandalorum materiam seminare, Rogo Pater vt vnum sint sicut & nos vnum sumus. Significatur, quemlibet teneri ab acceptione personarum cauere, debere autem vnum omnes existimare. Hoc idem curent Patres ac Matres fam. circa filios, qui sint in circuitu mensæ, omnes scilicet æquales æqualis meriti habentes. Hoc tandem Pietas expostulat, vt omnib. omnes profecti sumus, Pietatem amplectamur de qua docet Ambros. Pietas amica parentibus, grata Deo, Dominum conciliat, necessitudines fouet, Dei cultura, merces parentum, filiorum stipendium, Iustorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffragium, Indulgentia peccatorum. Hanc det nobis omnium Redemptor. Amen.

OMELIA XVIII.

Circa eandem Regulam.

In Iuditijs non est acceptio personarum habenda.

QVamquàm omnes simul amplectatur virtutes Iustitia; Duæ tamen omnium principales sunt quę ab ea diuelli, vel separari minimè possunt; Pietas, & æquitas: Nam

Nam fides, temperantia, probitas, Innocentia, Integritas, & ceteræ huiusmodi morales virtutes, vel natura, vel institutis parentum, saltim imperfectè inesse ijsdem hominib. qui iustitiam nesciunt, possunt. Quippè Vet. Romani, qui iustitia gloriari solebant, ijs vtique virtutibus quæ proficisci à Iustitia possunt & ab ipso fonte secerni, gloriabantur. Sanè Pietas, & æquitas venæ sunt perennes & his duobus fontibus (Firmianus) constat tota Iustitia, sed caput eius & origo in illo primo est, in secundo vis omnis & ratio. Porrò Pietas (Vt Trimeg. definit) nil aliud est quàm Dei notio: Si ergo Pietas est cognoscere Deum, cuius cognitionis summa est vt eum colas, ignorat vtique iustitiam qui religionē Dei non tenet, quomodo enim potest ipsam nosce qui vnde oriatur ignorat? Plato quidem per multa de Vno Deo locutus est, à quo asserit constitutum esse mundum, sed nihil de religione, somniauerat enim Deum, (Lactant) non cognouerat. Quod si iustitiæ deffensionem vel ipse vel quilibet alius implere voluisset, in primis Deorum religiones euertere debuit, quia pietati contrariæ existunt. quod quidem quia Socrates facere temptauit, in carcerem coniectus est, vt iam tunc appareret quid esset futurum ijs hominib. qui iustitiam veram deffendere Deoq; singulari seruire cepissent. Tandem Firmianus lib. 5. de Iustitia, ostendit omnem virtutem absq; Dei cognitione tanquam Corpus sine capite fore & ait. Agnitio Dei neccessaria est quasi Caput, & Virtutes omnes quasi Corpus, Ita fiet homo perfectus ac viuus, sed tamen summa omnis in capite est, quod quamuis constare non possit sine omnibus, sine quibusdam tamen potest, & erit quidem animal vitiosum ac debile, sed tamen viuet, sic & is qui Deum nouit & in aliqua re peccat, dat enim peccatis veniam Deus.

Altera Iustitiæ pars est Equitas, Hæc verò duplex, & benè iudicandi, & se cum cæteris coequandi, quam Cicero æqualitatem vocat, Deus n. qui hominem producit & inspirat, omnes equos, idest pares esse voluit, eandem conditionem viuendi omnibus posuit, omnes ad sapientiam genuit omnib. immortalitatem spopondit nemo enim à benefitijs eius cælestibus segregatur, nam sicut omnib. vnicum suum lumen æqualiter diuidit, emittit omnib. fontes, victũ subministrat,

quietem somni dulcissimam tribuit; sic omnibus, uirtutemque largitur, nemo apud eum seruus est, nemo Dominus, si enim cūctis idem pater est, æquo iure omnes liberi sumus, Nemo Deo pauper est nisi qui uirtute indiget, nemo Diues nisi qui uirtutib, plenus est, nemo deniq; egregius nisi qui bonus, & Innocens fuerit, nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit; Quare neque Romani neque Græci Iustitiam tenere potuerunt, quia dispares multis gradibus homines habuerunt, à pauperibus ad diuites, ab humilib, ad potentes, à priuatis deniq; usq; ad Regum sublimissimas potestates, ubi enim non sunt uniuersi pares, æquitas non est, & excludit inæqualitas ipsa iustitiam, cuius uis omnis in eo est, ut pares faciat eos qui ad huius uitæ conditionem pari sorte uenerunt. Hæc sanè uera, quæ tamen cum grano salis intelligas, Non enim per hæc tollere uolumus ordinem inter homines neccessarium in quibus alijs præcipere ex officio incumbit; alijs obtemperandi ex debito neccessitas inest, sed æqualitatem inter nos dicimus, quatenus spiritu fratres sumus, religione Conserui, Nam cum omnia humana non corpore sed spiritu metiamur, tametsi corporum diuersa sit conditio, nobis tamen seruus nullus est, sed omnes habemus spiritu fratres, quare & fratrum nomen uniuersis impartimus.

Duobus igitur illis Iustitię fontibus immutatis, omnis uirtus, & omnis ueritas tollitur, & ipsa Iustitia remigat in cęlum. Ne hoc fiat statuitur, In Iuditijs saltim non est accep. p. hab.

Sanè id quod regna conseruat est æquitas & æqualitas in distribuendo & iudicando; Sic Cicero in Parad. Ius & equitas vincula ciuitatis. Sic ne est? Vultis ne ergo principes Ciues vestros obligare? Ius & æquitas vincula Ciuitatis, his ciues vincietis vinculis.

D. August. ad Iudices & procuratores, ser. 36. sup. diligite iustitiam qui iudicatis terram, ait. Vos reputati estis ab hominibus Duces populi, Iudices terræ, orphanorum patres, viduarum mariti, Iustitiæ zelatores, Reipublicæ amatores, Cauete ergo ne corrumpamini odio, amore, prætio, precibus, vel timore, Decet igitur Iudices non solum quæ diximus adimplere, sed cum Dei adiutorio calcare superbiam, abhominari luxuriam, adhorrere falsitatem, despi-

cere

cere auaritiam, quæ nouerca dicitur esse & summa inimica iustitiæ, Ipsa enim quæ patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit, & seipsam relinquit. Quemadmodum vt quis rectè cibum degustet opus est ut lingua alio non sit imbuta sapore, ita ut iustè quis iudicet neccesse quidem est vt nullo alio detineatur gustu vel mentis auaræ vel amicitię.

Qui personam amici in iudicando induit, exutus est persona Iusti Iudicis stateramque dolosam contra leges tenet. Hinc Antiqui quidam populi, Iustitiam pingebant cæcam, quandoquidem Iudex orbatus oculis esse debet, Ita vt nec amicos nec inimicos respiciat, nec conciuem nec alienigenam, nec nobilem, nec ignobilem, nec pauperem, nec diuitem. Hinc Plutarch. affirmat, Antiquos quidem Iudices habuisse naturales & Conciues eiusdem patriæ quibus preerant, ea ratione quoniam Ipsi intensius existimabantur patriam amare, Verum affirmat etiam Idem Plutarch. Græcos quesiuisse Iudices extraneos & alienos, ne in iudicando acceptio esset personarum amore parentum vel affinium. Is verò Iudex rectè iudicare dicitur qui ad tribunal affert animum integrum non preiudicatum. Nam, vt ait Cic. tantum opinio preiudicata potest, vt etiam sine ratione valeat autoritas.

Curent Principes vt Iusti sint Iudices, aliter quid prodest si boni ipsi principes sint, mali verò ipsorum ministri? Quid prodest si Agilis sit eques cum equus est præceps? Quid prodest si Dominus nauis sit prudens cum nauclerus & qui clauum ducit excors est? Quid prodest si Rex sit strenuus, Cum Magister exercitus est vilis? Nil prorsus profectò proderit si Princeps sit Iustus Vbi Iustitiæ ministros Iniustos præfecerit. Porrò, vt Diocletianus aiebat, Bonus, cautus, aptus, venditur Imperator. & hoc cum mali sunt ministri. Propterea Alexander Seuer. Imper. Vt refert Lampridius in seuero, cum alicuius Prouinciæ Gubernator institui quis debebat, per præcones in platheis hoc publicari iubebat, Vt quisquis contra eum querelam haberet, denunciaret, quod si Accusator in probatione defecisset morti tradebatur. Ita verò ipse Imperator

Iniustos

Iniuſtos Iudices odio preſequebatur, vt cum eorum aliquem videbat, eius ſolo intuitu, mox ad Vomitum prouocabatur, multaſque choleras illicò euomebat; Dicere quoq; ſolebat, ſemper mecum digitum Vnum habeo ad Iniuſti Iudicis oculos eruendos paratum.

Si verò obmurmurent aliqui contra principes cum non illis quod optant tribuitur, Illud ſciant Alexandri dictum, Proprium regis eſſe vt ipſe benè faciat, & de illo murmurent populi. Sciant quoq;, vt ſcripſit Imp. Auguſtus Tyberio ſuo ſucceſſori, Excellentiam principis non in hoc conſtitutam, vt nullus de eo malè loquatur, ſed in hoc vt nullus ei nocere valeat. Suet. 1. poſt. c. 51.

Reſpondeatq; Princeps quandoq; Amicis illud Ouidij. Non benè conueniunt, neq; in vna morantur ſede, Maieſtas, & Amor. Amabilem ſanè facit benificentia, ſed amabiliorem Iuſtitia, ſic enim aſſerit Cicero, 1. de off. & 3. Quamquam omnis virtus nos ad ſe allicit, facitque vt eos diligamus in quibus ineſſe videatur, tamen Iuſtitia & Liberalitas id maximè efficit, Quin etiam eodem Cicerone Authore Iuſtitia eſt omnium Domina, & Regina Virtutum.

Interimque vt perſonarum acceptio vitetur obſeruent principes illud Pet. Bleſen. Peremptorium eſt in principe vel auram adorare munerum vel fauorem querere perſonarum, teſte ſiquidem Propheta, In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus, tranſibunt iniquitates in pænam & munera in dolorem, quia teſtimonio Iob, Ignis deuorabit tabernacula, qui munera libenter accipiunt.

Car. paſc. in lib. 1. an. Tac. etiam iuxta pollitic. loquens, ait. Tunc legibus in Repub. locus dicitur eſſe nullus, cùm quod nonniſi obſequio, Virtute, iuſtis precibus, iure obtineri debet, id, vi, ambitu, peccunia extorquetur. Quod ſi in Repub. viuimus, Reſpublica is propriè vniuerſorum ſtatus dicitur, in quo ſeruatur æqualitas.

Vt tandem acceptio perſonarum tollatur, tollendæ ſunt Circumuentiones ac Cauilationes Aduocatorum. Apud Athenienſes orta ſiquidem eſt eloquentia, Ibi nutrita ipſa eſt, & educata, vbi ſimul eodem tempore decem Excellentiſſimi Oratores floruere, Inter quos Demoſthenes fuit, Nihilominus

lominus quoad forenses saltim, rethoricis coloribus ad circumueniendos Iudices quibus à veritate eos diuerterent, nullo modo ipsi vtebantur, sed visis vtriusque partis scripturis litigia decidebant; Porrò partes repetere poterant ac duplicare fucis ommissis ac depositis laruis, veritatem minimè ad affectus mouendos paliantes. sic sic Iustitia administratur Domini. Laudat Cicero Gallum Aquillium Iurisconsultum, dicens eum rationem Iuris Ciuilis ab equitate nunquam separasse, dicens eum ita Iustum & bonum, vt potius Iuris Consultus à natura videretur quàm ex disciplina. Vtinam de nostris ita predicare meritò ualeamus, & ne per eos personarum acceptio fiat. Amen.

OMELIA XIX.

Priuilegium personale, personam sequitur, & extinguitur cum persona.



PVlchrum est dictu, quod cum Duce Moyse Innumerus hæbreorum populus ad maris rubri littus peruenisset, vtq; vasta transmearet equora nauigium esset ullum, En fugit mare, exsiccatæ sunt aquæ, apparuit arida, unde læti hæbrei latam Ipsi habuerunt uiam, Cæterùm cum Infinitus penè Egyptiorum exercitus eodem planè priuilegio gaudere ac eodem sicco uestigio pergere putaret, Intrat petulans Dux, sequūtur cæteri, sed ecce, tumescit Equor, sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus, Equi, sarcinæ, Iumenta, homines, interfluunt, occursant, permiscentur inter se, modò pectore, modò oretenus extantes, aliquando subtracto solo disiecti, aut obruti. Non uox & mutui hortatus iuuabant,

bant. Aduersante unda nil strenuus ab ignauo, sapiens à pru denti, consilia à casu differ, cuncta pari uiolentia inuoluebantur. Transmeauerat sanè siccitatis Maris priuilegium una cum hæbreis quibus erat concessum. Priuilegium nanq; personale personam sequitur & extinguitur cum persona, Hæc presens est regula Iuris.

Priuilegium propriè est quando aliquid contra Iura conceditur. ut notant communit. Doct. In proposito autem Siluest. Su V. Priuilegium §. 1. distinguens de priuilegiorum speciebus, priuilegium personale enumerat; quod etiam subdiuidit, dicens. Quoddam priuilegium est personale merè, idest singulariter, ut quod alicui, uel aliquibus personis conceditur certis & proprijs nominibus expressis (De offi lega. uolentes) & tale non egreditur personam cui conceditur, nisi hoc exprimatur (de concess. præben. constitutus) & si conceditur intuitu dignitatis, non utitur quis eo, si aliam dignitatem adipiscatur, & extinguitur cum persona. Imò aliquando ante, sit cum eo abutitur: Et sequitur personam, nisi sit concessum cum determinatione loci, uel temporis, quia extra illa eam non sequitur, ut priuilegium usus palij. De auct. & usu pal. ex tuarum.

Aliud uerò priuilegium est personale communiter, quod conceditur personis, non expressis proprijs nominibus, ut priuilegium minorum annorum uingintiquinque. ff. de minori l. 1. per tot.

Quoddam uerò est priuilegium singulariter personale & communiter corporale, ut quod uniuersitati, aut collegio alicui conceditur, sic, quod quilibet singulariter de illa uniuersitate se possit eo iuuare, & etiam ipsa uniuersitas, De sent. excom. c. contingit. Huiusmodi sunt priuilegia fratribus Prædicatorib. & Minorib. concessa. Hæc uerò priuilegia corporalia dicuntur, quia cum collegio pereunt sicut corpus cui inherent.

Quomodo uerò ammittatur priuilegium circa negotia adnotat Angel. V. Priuileg. §. 5. dicens, quod quinque modis ammittitur. Primò vnico actu contrario directè, si fiat ab eo qui habet potestatem renunciandi priuilegio. Limita tamen illud verum vbi priuilegium est ad non faciendum & concessum personæ priuatæ, secus si esset concessum

comuni

comuni vel Ecclesiæ, quia non perditur vnico actu, sed requiritur tempus quadraginta annorum in Ecclesiasticis, vt no. glo. in ver. contrauenerint. Et Doc. in d.c. cum accessissent. Secundò perditur spacio annorum decem quando datum est ad aliquid faciendum, si priuilegiatus eo non vtitur l. 1. ff. de nundinis. Nundinæ n. concesse si non fiunt perduntur, limitat tamen Pan. hoc dictum. in d. c. cum accessissent, verum, quando non confertur Ecclesiæ. aliàs secus. Tertiò perditur priuilegium per secundum priuilegium faciens mentionem de priori: vel si non facit mentionem si primum erat generale & secundum speciale. 25. q. ij. per totum. De prescrip. Veniens. Quartò amittitur priuilegium per renunciationem propriam. 5. amittit per reuocationem concedentis. Angel. vbi supra.

Priuilegium personale personam sequitur. Querunt nonnulli, Cum mandauit Dominus Moysi vt septuaginta Viros eligeret, & ad portam tabernaculi deferret, dicens. Et auferam de spiritu tuo, reddamque eis (Num. 11.) Exuit ne Dom. spiritu Moysem, vt spiritum, vel spiritus eius partem septuaginta illis viris tribueret? Respondet Philo, lib. de Gigan. Caue putes hanc ablationem fieri per abscissionem disiunctionemq; immò potius qualis ab igne fit. hæc Philo; Ac si diceret, Asserere, Auferam de spiritu tuo, reddamque eis, idem fuit, atque dicere. Dabo eis spiritum eiusdem qualitatis cuius est Spiritus tuus, simileq; est sicut de Candela, cuius lumine sine sui diminutione illuminantur aliæ, Ac si diceret Dominus, te accendam ò Moyses spiritu, & medio spiritu tuo accendã septuaginta. Non ergo exuit spiritu suo Dominus Moysem.

Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. Priuilegio & gratia singularis honoris condecorati sunt Iusti multi in hac vita de quib. Dauid. ps. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Non autem extinctum est hoc priuilegium honoris in Sanctorum morte, sed & ipsa Iustorum corpora honoranda sunt valdè. Quod si dicas mihi, quid honoras in carne resoluta atq; consumpta? Respondet D. Ambr. serm. 93. de SS. Naz & Celso. Honoro in carne martyris Exceptas prò Christi nomine cicatrices: Honoro viuentis memoriam perennitate virtutis: Honorò

per confeſſionem Domini Sacratos cineres, honoro in cineribus ſemina æternitatis: honoro corpus, quod mihi Dominum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & Dæmones? Quod & afflixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulchro? Honoro itaque corpus quod Chriſtum honorauit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cælo.

Hunc Sanctorum omnium Reliquijs debitum honorem perdoctè patefacit F. Deſiderius Scalea Egreg. S. Theolog. Doct. modò Vigilantiſs. Commiſs. S. Offic. in Vrbe. ſer. de reliq. SS. Vbi præter PP. quas affert authoritates hoc Sac. lucidiſſimè probantes Dogma, Ipſe eleganti ſic Fatur ſermone, *Deueſi honore à Criſto? ohime, che ne chiedi, direte Voi, ſi che gli ſi deue, e grande. Deueſi à tutto il ſuo corpo? e come nò? mi riſponderete. Dunque à tutti i membri ſuoi, ſoggiongo io. Si bene, Voi dite. Honorate donque (coſi da' voſtri conceſſi conchiudo io) i Corpi de Santi ſuoi, che ſono ſue membra, che coſi verrete à riuerire tutto Criſto. Sanctorum Corpora (dice l'Autore de i Dogmi Eccleſiaſtici. c. 73:) & præcipuè Beatorum Martyr. Reliquias, ac ſi Criſti membra, ſynceriſſimè honoranda credimus.* Hæc prædictus Doct. Scalea, qui & prius oſtendit Principes ampliſſimos ſacras coluiſſe humiliter reliquias, vt de Theodoſio Imper. qui Caput D. Io. Baptiſtæ in Greciam ferre volens, Ipſe arcam in qua caput ipſum Sanctum recludebatur, propria ornatus purpura, Ceſarea Incedens Maieſtate, proprijs detulit manibus.

De hac Sacrarum reliquiarum reuerentia D. Chriſoſt. ſic dicit. Romæ, quæ vrbium eſt regaliſſima relictis omnibus ad ſepulchra Piſcatoris, & pellionis currunt Reges, & præſides, & milites, & conſtantinopoli Reges noſtri magnam gratiam putant non ſi propè Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, fiantq; Piſcatorum oſtiarij Reges (Gloriauanſi i Regi diuenir Portinai de Peſcatori) Audiamus ergo S. Maximum Epiſc. ſer. plur. mart. dicentem. Honoremus beatos Martires principes fidei, Interceſſores mundi, præcones regni, Coheredes Dei. Honoremus quoq; ſanctos omnes De quibus ait Proph. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur,

Pretio-

Pretiosa est n. in conspectu Dom. Mors Sanctorum eius.

Addit ad prædicta, vt Sanct. suadeat adorationem Reliquiarum Præf. Doct. Scalea, & ait. *Vi sia sprono pungente più delli altri all'honorar le Sacre reliquie l'vtilità, i beneficij, e le gratie che da queste n'acquistate, Hà vita, Hà vita, e vita immortale, la virtù e la forza di Dio in quelle morte & impoluerite membra. Non è mio pensiero, nò, è di Basilio il Magno nell'espositione del Salmo 115. quale dimostrando quanto sia pretiosa la morte di quelli che per Cristo la patiscono dà tanto d'eccellenza à queste ceneri sante, che dice in loro essere vna gratia particolare, vna virtù singolare, vna forza segnalata, che anco occultamente si trasfonde e communica à quelli, che diuotamente le maneggiano e adorano, e in vero al giuditio de più dotti, questo è probabilissimo pensiero, cioè che quella virtù che dalle benedette membra di Cristo, e da gli orli estremi, e da gli vltimi lembi delle sue vesti vsciua, e spiraua sanando chiunque con sincera fede se gli appressaua si sia anco per il lui merito infinito, e per beneficio d'Iddio trasfusa, e comunicata à i Corpi de' suoi santi membri. Questo istesso pare che Gio. Chrisostomo confermi nel Serm 35. delle virtù e de vitij, oue dice, Sicut virtus erat in veste Pauli & vmbra Petri ad sanandum ægrotos, ita in Sanctorum cineribus ad expellendos damones.*

Multa verò sunt Regularium Ecclesiasticorum priuilegia quæ vt seruentur Protectorum & Conseruatorum munus est, pec cantque non protegentes Ipsi. Hoc docet D. Bern. super Cant. dicens, Improbè satis preesse affectat quibus prodesse non Curat, & quorum non zelas salutem, subiectionem nimis ambitiosè tibi vendicas. Et Idem D. S. in Apolog. væ tibi, inquit, si prees & non prodes, sed væ grauius, si quia preesse metuis prodesse refugis. Heu quid Ionæ accidit? Præparauit Dom. Deus Hæderam, & ascendit super caput Ionæ vt esset Vmbraculum super caput illius, eumque protegeret, & lætatus est Ionas super hædera lætitia magna (Ionæ 4) & parauit Dominus vermem in crastinum & percussit hæderam & exaruit, & ait Dom. ad Ionam, putasne benè irasceris tu super hædera? Et dixit, benè irascor ego vsque ad mortem. Quid obsecro' princeps iustus Protector regularium prophetarum successorum, nisi hædera eos protegens & sub cuius vmbra Ipsi viuunt, cui dicunt, In Vmbra

tua Viuimus inter gentes (Tren. 4.) sub Vmbra Iunipera securus dormit etiam Elias, nec Iezabelem timet eum persequentem, & sub vmbra Ecclesiæ principum sine Inimicorum timore dormiunt Claustrales. Veruntamen si Ionas rectè iratum se ad mortem dicit quia vermis corrosit hæderam eum protegentem, Cur Claustrales dolore non afficientur si viderint aliquorum odia, vermes quosdam hæderam suam Corrodere, curantes à Seruis Dei altissimi Tutelares tollere?

Sed ne timeas regularium qualiscumque sis Congregatio, Venter tuus sicut acervus tritici Vallatus est lilijs. Aureorum granorum Cumulos peperisti cum Cumulatim sacros Ecclesię Doctores ad populorum nutritionem dedisti, Vallatus est igitur hic venter tuus lilijs, debilis uidetur tuitio & protectio liliorum in Vallo, delicatus flos est lilium, sed Valida Valdè sunt hæc mænia liliorum. Lilia Candentia & tenera Vallant nos, sed quæ lilia? Iustus quilibet in populo Dei, De quo canimus. Iustus germinabit sicut lilium & florebit in æternum ante Dominum. Hi quidem semper nos tuentur, vbi reprobi nos impugnant, Iustorum est n. opus seruos Dei semper tueri, sed singularia sunt lilia quibus vallamur ac protegimur; In atrio templi erant Columnæ fortissimæ, & super columnas lilia, lilia quæ veri Salomonis Iesu Christi plusquam Salomon, templum custodiunt, templi columnæ. Vnde super triumphales columnas reponi merentur, Petrus & Paulus Apostolorum principes sunt, Ipsi n. aiunt, Nos bonus Christi odor sumus. Lilia etiam victoriæ Symbolum & spei, Vnde Poeta. Si qua fata aspera rumpas, tu marcellus eris manibus datæ lilia plenis, sacri verò Apostoli Petrus & Paulus, mundum vicerunt, & Christo ipsum dederunt, Vidistis qui lilia sunt? his lilijs vallatur deffenditurque regularium congregatio. Sic Apostoli hi sacri iam Diuo Patriarchæ Dominico ambo se se Visibili forma prebuerunt, Pauloq; librum Dante, Petro Baculum tradente Dominico dixerunt, Vade predica, ac si dicerent, Insta oportune & importunè, nos libro & baculo te tuosq; tuebimur. Sic etiam legitur in Vita Gloriosi Patriarchę D. Francisci, Diuũ Paulum Gladium mutuo dedisse Sancto, vt iusto Dei Iudicio quidã princeps religionis persecutor trucidaretur, ecce quomo-

quomodo regulares vallantur his lilijs, Apostolis videlicet. Porrò Columna dici potest regularium quelibet Religio, Audi Helinandum. Redi, inquit ipse, ad Claustralem tetragonum, vbi mirabiliter fabricante prudentia Columnæ iustitię super bases fortitudinis, cemento temperantiæ firmissimæ solidatæ spei epistilia infatigabiliter sustinentes, & per interualla discretionis seriatim dispositæ Charitatis latera, idest, latitudinem in humilitatis angulos pulcerimam stabiliunt quadraturam, arridente in medio tetragoni ad cumulum decoris prato diuinarum scripturarum. Non ergo mirum si lilia supereminea nt ornentque & tueantur religiones &c.

Quia verò singulares regularium Protectores sunt Sacri Apostoli, Romani Pontifices illorum successores, regulares in Ius & proprietatem B. Petri & Sedis Apostolicæ, subque immediata protectione suscipiētes, ab omni dominio & potestate Ordinariorum Episcoporum, vt latissimè ex priuilegijs constat, exemerunt. Coadiutores verò ipsorum Episcoporum Prædicatores, ac Minores vocarunt.

Ex quo autē immediatè sub Diœcesi SV. Pontificis D. Petri successoris Viuunt regulares & singulariter proteguntur ab Apostolis, Argumentari posset cōtra eos, qui putant regulares diuersæ esse religionis à religione D. Petri. Quinimò verus Petri & Apostolorum alumnus regularis dicitur. Etenim Ille magis est Petri alumnus qui Apostolorum mores magis imitatur, At regulares vt in pluribus magis quā cæteri ex eorum instituto Apostolorum mores imitantur, Igitur magis vocandi sunt Apostolorum, & Petri religiosi; Cōstat minor omnibus, nam Apostolorum institutum illud certè erat, In communi sub paupertatis regula vitam agere, geminas non habere tunicas, quippè dicebant, ecce nos reliquimus omnia, Mundum erat, predicationis Causa, peragrare, &c. Hæc Apostolorum Vita, sed quinam sunt qui temporib. etiam nostris in vniuersum loquendo hanc magis imitantur Vitam? Certè Regulares; non est enim sanguis ita sanguini similis, vel album albo sicut modò regulares Apostolis quoad prædicta, licet non quoad iurisdictionem. Adde etiam quod multorum opinio fuit Apostolos albo amictu indutos incedere iuxta illud Candidi, facti sunt Nazarei

zarei eius; quare & Discipulus in nocte passionis fugiens, sindone amictus alba fuit, propter hoc etiam (vt opinor) in Turcar. lege cum de Apostolis fit Sermo sub hoc nomine, viri albi, nominantur Apostoli.

Verùm tu qui Petri discipulus vis appellari, Cur cum Petro cũ Ancilla tantummodo ad Christum negandum manes sed amarè flere cum Petro, & si gallus modo cantet, ita negligis, quin cum Ancilla in atrio manes, ac forsitan cum illa quæ Io. Baptistæ caput petijt? Hæc ne tua sunt priuilegia? quid tu qui Petri regulam profiteris in nundinis, à Petro damnatis facis? Si cum Petro turbas dimittis, quid agis semper in turba? Si Petri es discipulus, cur cum Petro è Palatio vel è Curia non vis exire? Solitaria sanè vita, (diceret Petrus) cælestis doctrinæ schola est, ac diuinarum artium disciplina. Cæterùm illud D. Ambrosij dictum verissimũ experimur, Cum ait, Ex inordinata & indisciplinata multitudine Sacerdotum hodie datur contemptui Redemptoris nostri venerabile Sacramentum, nam qui debuerant esse Vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Iudæ & preambuli Antichristi. Istis D. Bern. alloquitur dicens. Quid vobis cum fæminis qui ad Altare cum Domino familiares estis? qualiter eisdem labijs osculamini in Altari filium Virginis, quibus osculamini in lupanari filiam meretricis?

Absit vt de his quicquam sinistrum loquar qui apostolico gradui succedentes Christi Corpus sacro ore conficiunt, per quos etiam nos Christiani sumus, qui claues regni cęlorum habentes, quodammodo ante diem Iuditij iudicant; Nihilominus cum de priuilegijs fit sermo, videamus aliquorum priuilegia quæ ante personæ extinctionem extingui debent. Certè priuilegia hæc malorum extinguenda ac de medio quamcitius tollenda enumerat Hugo de claust. An. dicens, vacant otio, Commessationib. & ebrietatib. student, terrenis inhiant, terrena sapiunt, assidui in platheis, in ecclesia rari, tardi ad inuestigandũ Culpã peccatoris, parati ad querendum vestigia leporis; velociores ad congregandos Canes quàm ad vocandum pauperes, libentices porrigunt panem Cani quàm pauperi, plures seruiunt ei ad mensam quàm ad missam, famulas secum habere volunt, sed clericos habere non possunt, qa nolunt; Hi sunt quor. thalamus ornatior

tior est Ecclesia sua, Mensa paratior altari, Cyphus Calice pretiosior, equus Carior missali, Cappa pulchrior Casula, Camisia delicatior Casula alba. Hæc Hugo, Qui & concludit. Ecce quomodo obscuratum est aurum, mutatus est Color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarij in Capite omnium plathearum,

De ipsis etiam D. Bern. ait, Heu Heu Domine Deus quia ipsi sunt in percussione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatū, arcem Simonis occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps liberè & potestatiuè tradunt incendio Ciuitatem, non est iam dicere, vt populus sic Sacerdos, quia non sic populus, vt Sacerdos. hæc quidem priuilegia contra iura sunt.

Sed iam veritas tangitur, & rabies excitatur, At scias frater illud Ambrosij in epist. ad Theodos. Imper. Nihil scilicet in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines quàm quod sentiat veritatem non liberè pronuntiare, Malum detestor & tecum alloquor. Ampliora ergo vis Male sacerdos tua audire priuilegia? Ad bona propria es strenuus, ad bona comunia piger, in lecto Vigilas, & in Choro dormis, legumina, dicis ventosa sunt, Caseus stomacum grauat, lac Capiti nocet, potum aquæ non sustinet pectus, caules nutriunt malanconiam, coleram porri accendunt, pisces de stagno, aut de lutuosa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Eia quid est hoc, vt in omnibus fluuijs, agris, hortis, cellarijs, reperiri vix possit quod comedas?

De tuis Priuilegijs loquitur D. Bern. super illud ps. In labore homin. non sunt. Et ait. Cum cuncti status hominum aliquid habeant laboris, & aliquid voluptatis, Clerici inter hæc nouo quodam artificio discernentes totum quod delectat in quolibet elegerunt, & totum quod molestat respuerunt, A militibus acceperunt superbiæ faustum, amplam familiam equorum, falleras & nobiles apparatus; A mulieribus dependentes collo pelles rubricatas, vinum, mollicié, balneum, & gloriam; A Rusticis fructus agrorum, horrea plena: Sed benè cauent militaris loricæ pondus, Muliebrem declinant verecundiam, omnes rustici & agricolæ victum sibi labore acquirunt, hi delitijs affluunt, & tamen adueniente

niente fructuum tempore, promptuaria eorum plena tritico, & vinum bibunt vuæ meracissimum, & inde incrassantur, impinguantur & dilatantur. Hæc Bern. qui & ait de istis, Cum ergo resurgere ceperint homines quilibet in ordine suo, isti cum quibus ressurgent? Si diuertere voluerint ad milites, ipsos exsuflabunt. Sic cuncti homines à suis finib. arcebunt, & isti qui in nullo fuerint ordine, Vbi putas collocabuntur? Restat ergo vt illum locum sortiantur, Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & sint in laborib. dæmonum qui in laboribus hominum non fuerunt.

Sed de malorum priuilegijs satis diximus ea quidem extinguenda antequam persona extinguatur religioseque viuendum, Religionis n. cohabitatio abundans est pauperi, mediocri sufficiens; tolerabilis diuiti, Infirmis larga; Delicatis compatiensf, ortioribus moderata; pænitentibus misericors, peruersis sæuera, bonis optima. Hæc sunt nouem religionis benefitia & priuilegia quibus gaudere potest religiosus. Cæteraque temporalia priuilegia Sanctissimè Confirmauit SV. Pont. Benignifs. Pater PA. V. Tanquam Penates Deos Tutelares habemus Amplissimos Cardinales Principes terræ, qui manu armata iugiter nos tuentur, ac priuilegia seruari satagunt, Nos Deo toto corde dediti Patres, sanctis feruentibusque orationibus Animarum saluti solùm incumbere studeamus, à Deo omne bonum erit nobis.

Priuilegijs fruuntur pluribus pauperes, inter quæ precipuum videtur, quod in maiori etiam hyeme & nudi pedibus incedunt, & vnica, ac trita quidem veste induti, qui quod ita assuefacti sunt, non magis tamen asperitatem frigoris, quàm splendidè etiam calceati atque amicti, molestiam habent. Quo loco conuenienter narrandum est, quod adolescentulo cuidam nobili semel contigit. Obuiam habuit rusticum quendam pecora in Campis agentem, atque vt erat altissimum frigus, neque illi calcei, neque penè Vestis vnde tegeretur, commiseratus adolescens indigentiam hominis, rogauit quàm fortiter rigorem illum tanti frigoris ferret, quē vix ipse tot vndique septus indumentis sustinere poterat: respondit verò ille perfacetè, Putasne fili frigeres, si quicquid Vestium habes, indutus esses? cumque statim nihil se


frigoris

frigoris sensurum annuisset. Ne mireris ergo, inquit, si ne vtique frigescam, cum quicquid indumentorum habeam, semper amiciar. quo planè non tam faceto, quàm sapientię pleno responso admonuit homo agrestis & imperitus, quantum ad supplendas corporum neceßitates valeret vsus, & quantis pauperes gauderent priuilegis. licet reuerà in vniuersum loquendo verum sit quod dissoluitur delicijs, solidaturq; laboribus humana omnis virtus.

Personale priuilegium sibi fecerat Cleopatra Alexandriæ Reg. vanitatem, que in Ciliciam pergens vt ibi Marcum Ant. videret, nauigium fecit pupi aurea, vellis purpureis, remis argenteis, qui ad sonum musicalem mouebantur in quo quidem nauigio ipsa Cleopatra in tabernaculo auro contexto vt Dea Venus induta morabatur, post quam suauißimi odores flagrabant: hoc tñ priuilegium cum persona perijt, cum ipsa aspidis morsu perijt. Diuitias etiam priuilegium sibi fecerat Darius Persar. Rex q lectũ habebat tanta amplitudine paratum, vt desuper tanquam pergolatum, vitem auream haberet, & tanquam granis vuæ, lapillis prætiosissimis simul iunctis magno artificio pendentem, ad caput verò lectuli quinq; millia talenta auri vnita retinebat, & ad pedes tria millia talenta argenti similiter seruabat, perijt nihilominus sicut & cæteri &c. De consimili inquit Proph. psal. 36. vidi impium superexalt & eleu. sic. cædrus libani, transiui & ecce non erat, & non est inuentus locus eius; Ac si dicat, putabat impius se priuilegio incorruptibilitatis pollere, ac si cedrus esset. sed ablatus est, vermes insepulchro eũ comedunt transiui & ecce nõ erat, nec ẽt inuen. est locus vbi fuerit; sed vbi nos legimus sicut cedrus, alia littera habet, secundum peritos, sicut Laurus libani, quasi dicatur, putabat impius nõ posse ignem vel fulgur in eum putabat se laurum esse, nec ignem inferni contra eum paratum, non hoc concessum est ei priuilegium, quoniam licet quãdoq; nullus contra eum inualuerit, adueniet tamen alia vira & Infernalis ignis eum comburet &c. A qua nos auertat Dominus, æternam donans. Amen,

OMELIA XX.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.



OMO sensatus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. Sic docet Salomon. (Eccles. 27.) Luna per reuolutionem fit obscura, per ecclipsim sanguinea, per nubem nigra, hæc quidem ex mutationibus lunæ, sed quid mortalib. ex lunæ mutationib. euenit? quippe, vbi sol nec crescens nec decrescens, sed Isdem persistens, omnib. quæ sub cælo sunt, maximo est profectui, vnde centimanus depingebatur Apollo, è contra Luna cum mutatur crescens ac decrescens profectò in multorum detrimentum per sepè mutatur, Hoc discrimen inter sapientem, & stultum hæc differentia, quia ille in sapientia manet, Hic verò instabilis mutatur, eiusq; mutatio perniciosa in multorum detrimentum cadit, Hinc tempestates, hinc tonitrua, hinc fulgura, quia stultus vt luna mutatur. Ad hoc malum, adhibitum est desuper remedium, Mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum.

Exemplum regulæ, puta in eligente, qui minimè consilium mutare potest in electi detrimentum post scrutinium publicatum, cum per electionem, electo aquisitum sit Ius petendæ confirmationis. De elect. cap. nulli licere lib. 6. Regula firma est, Cum detrimentum alterius interuenit. quare alia non eget declaratione.

Fallit tamen regula in filio cui fauetur circa hæreditatem paternam licet videatur semel repudiasse. vt ff. de col. bon. l. nonnunquam.

Absolute verò regulam hanc intellige in his valere quæ perpetua sunt, quæ mutari minimè debent nisi ex superueniente rationabili causa, ex rationabili etenim causa, Hoc est ex

ingra-

ingratitudine, etiam Donatio ipsa reuocatur. ext. de Donation. c. propter.

Quid si exceptionem proponit, q mutauit ex aliqua exceptione? qui exceptionem proponit, eam probare tenetur. aliter non probans condemnatur, & condemnatur etiam ad expensas. ex. de dolo & . Conctum. c. causę.

Casus. si proprium sequatur detrimentum mutandum ne est consilium cum aliàs optimum sit? Statuit virgo aliqua in virginitate permanere, nihilominus quis eam violare temptat qui aliter euadere non potest nisi in flumen se immittat & moriatur, Hoc est ne licitum, vel mutandum consilium? Respondendum, Absolutè non quidem licere alicui sibi mortem inferre, preceptũ est n. Non occides. Cæterum si quis speciali Spiritus Sancti instinctu duceretur non peccaret, Ita scribit D. August. li. 1. de ciu. D. de sansone dicens eum ex Dei inspiratione se ipsum cum alijs necasse. Quare ad casum adduci potest quod D. Ambros. lib. de virgini. Refert, dicens sorores duas, militum venereum furorẽ fugientes, cum nullo modo custodire se possent, eorumq manus euadentes in flumen se precipitasse vna cum matre. Absolutè verò loquendo subire ex se mortem nequaquam licet. nec per hoc si violatur virgo consilium mutare dicitur. Quinimò D. Lucia virgo Paschasio dixit. si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad Coronam.

Proprium potius eligere habet personale detrimentum princeps quàm mutare leges, cum Iustę sunt, in populi maximum detrimentum. Valer. li. 8. huius rei ponit exemplum de Zelanto, qui cum ciuitati lactantium cui preerat lege lata cauisset vt qui adulterium commisisset exocularetur omni miseratione posthabita, deprehenso in hoc crimine filio eius adolescente, præcepit vt vtroq; lumine priuaretur, cumq; plebs ciuium summissis precibus rogitaret indulta ob gratiam principis flagitij veniam, ad deliberandum paululum spatij captans, sibi & filio vnum oculum districtus Iudex effodit, pium patrem & seuerum Iudicem declamando, egit itaq; censura mirabili vt sibi & filio videndi vsus superesset, & in vltionem flagitij duo lumina, vt decreuerat cærentur.

Principem mutare consilium etiam in rebus fidei docuit Impius

pius Machiauellus pro status conseruatione. Oh peruersa iniquitas, oh deploranda huius erroris discipulorum calamitas, Audite Tacitum Pollitici, Mortem potius oppetere quàm fidê exuere est generosissimi animi, ait Tacitus. quod si uerù est de fide humana multò magis erit d fide Christiana. Mutare consilium quis non potest in alterius neque in sui detrimentum. errat Inscius & impius Machiauellus, nedum quoad propositionem quod vz. liceat Principi fidem amplecti populorum & suum proprium mutare consilium, sed etiam quoad rationem, Nempè, pro status conseruatione. Hæreses dissimulare, hæreticos admittere, an hoc Regna confirmet & tueatur dicant Græci, referant Alemani, hoc iudicent Galli, addiscant illud Angli, prædicent Miseri omnes, an præsidio fuerit suis locis & regnis fidei inimicos sustinere & quod eorum principes in rebus fidei consilium cum eis mutasse ostenderint, an regna firmauerit, vel potius detrimento omnium extiterit manifestent. Et quidem quoad primum, si cum religionem mutat populus, princeps quoque religionem mutare habet vel mutasse ostendere debet, Vtique princeps deterioris esset conditionis quàm sit subditus, quis vnquam talia audiuit? fides, ac ceremoniæ principum à fide & ceremonijs subditorum pendere debent? In fide parentum saluantur pueri, & in fide populorum saluabitur princeps? è contra in sacris & prophanis historijs edocemur, populos nimirum principum fidem sequutos, quinimò Moyses hæbreorum Dux cum eos Idolum conflasse vidit, non illud adorauit quòd sui adorare concupierunt, sed furijs inuectus, Idolum ipsum adstante Idololatrante populo & summo Sacerdote, confregit, in cineresque redegit, atq; potandum in Idololatrantium & Idoli ipsius contemptum Idololatris tradidit.

Hinc Constantinus Imperator, primus Christianæ religionis in Romano Imperio fundator in quadam epist. ad celsum Affricæ Vicarium, fatetur nil sibi & eius offitio conuenire magis, quàm religionis errores tollere, ac temeritates sedare, curareque Vt omnes, Deo, fideliter, puro corde, ac vero cultu inseruiant.

Hinc, vt in Conc. Tolet. 3. habetur. Rex Ricardus asserit, quod

si

si Reges totis uiribus curare habent ut malorum mores reformentur, utq; Ciuium pax seruetur, Maiori profectò studio uacare tenentur Diuinis, tanquam sublimioribus, per quæ populi ab erroribus liberantur.

Quid absurdius excogitari potest quàm quod Princeps esto in rebus temporalibus iubeat populis, & populis præcipiendi Ius habeat, In spiritualibus tamen & in re tam graui in moribus & in fide è contrà, princeps sicut populo placet ita faciat? Negaret In principe, quod in spiritualibus se summo Pontifici, & orthodoxę Sanctorum Pattrum Ecclesiæ subiaceat, & non veretur impius suadere Augusto vt vulgari sententię inscij agrestis & stulti populi conformetur. Dolet Propheta Oseas. (cap. 10.) dicens Transire fecit Samaria sicut spumam regem suum. Defert vnda ex flatu vehementi spumam modo huc modo illuc, vadit & reuertitur spuma vt ab fluctu fertur, sed tandem, en vnda fluens ad littus solam relinquit spumam, quæ sola manens nil efficitur. Ita sanè populi vt fluctus maris mutabiles, vt spumam cupiunt regem proprium ducere hinc & inde, sed animaduertant Domini quod sicut spuma ad nihilum per hoc redigentur. Quod si dicat quis populum tumultuare. respondeas cum Tacito lib. 1. an. Hæc est natura multitudinis, vt vel tum maximè cum terret paueat.

Cum uerò Iurent principes Christiani cum ad principatum assumuntur, precipuè ea quæ religionis & fidei Catholicæ sunt, seruare & tueri; Cur contra Iuramentum agere docet Machiauellus? Mentitorem, & periurum uult principem facere, Impium, subditorum inferiorem, ac eorum uanitatum sequacem, & infidelem Impius Machiauel. Docet Plato fidem, ueram esse firmitatem, puram sinceritatem, ac claram philosophiam. (Plato. epist. 10.) Cicero uerò fidem quandoq; comunem securitatem appellat, quandoque iustitiæ fundamentum, quandoque Reipublicæ conseruationem. (Cice. orat. pro Ros. 1. off. 2. de Diuin.) Valer. max. hanc eandem fidem dicit esse tutum salutis portum. (Valer. lib. 6.) Dyonisius Alicarnas. lib. 8 refert Antiquos, fidei, templum ædificasse, in quo tractatus omnes circa pacem, confederationes; iuramenta publica habe-

strepitu: Cicero, lib. 3. de nat. Deorum, astruit vrbem Romanam magis munitam, & circumamictam fortiùs, per religionem quàm per muros, Numa, Pompil. dicenti sibi eius inimicos contra eum bellum parare, subridens, respondidit. Et ego Dijs sacrifico. Claré innuens Inimicos ex religione, & Dei cultu expugnari. Hinc cum Simeon Machabeus ciuitatem Gaza acquisiuit, Vt tuta maneret, Ait sacer textus (1. Machab. 13.) Collocauit in ea viros, qui legem facerent, Sic etiam exod. 18. Iethro iussit Moyses prò conseruatione suæ Reipublicæ dicens. Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum.

Hoc intellexit Iustinianus Imp. qui asseruit se Ecclesiarum curam habere, ac propterea credere, Deum, Imperij regimen sustinere. Nouil. 4. de episc. & cler. & alibi ait, Diligenter curandum vt Sacri Canones seruentur, & vtq; Diuinæ legi obediatur, cum hæc pro salute sint statuta, Constit. 123. In auth. de ordin. episc. & cleric. colla. 10.

D. Cyrillus epist. 17. testatur sibi scripsisse Imperatores Theodosium & Valentinianum, dicentes sustentaculum, ac firmitatem Imperij à Catholica pendere religione, Duoq; hæc simul inter se se connexa, ita vt, cum augetur religio, neccessariò & augeatur Imperium, deficiente verò religione Imperium minuatur.

Hinc Zenon Imp. in suis edictis, religionem Catholicam, fundamentum, basim, ac præsidium Romani Imperij, matrem perpetuam, & Immortalem sceptri sui appellat. Euag. li. 3. c. 14. Niceph. li. 16. c. 12. Hoc etiam fateri voluit Carolus Mag. qui vt refert Caro. Sig. de reg. Ital. li. 4. asseruit, Si nos liberales sumus cum Ecclesiæ ministris ac Dei seruis, studeamusq; cum eorum voluntate condescendere, scimus hoc in augmentum & profectum nostri Imperij esse, & quod maius est, valere hoc ad premij æterni consequutionem.

Hanc prædictam veritatem ostendit Doct. Angelicus D. Tho. opus 20. lib 2. si. dicens. Omnes Reges solliciti ad reuerentiam Dei, habuerunt fælicem exitum, qui autem neglexerunt fuerunt infælices.

Rursum, quis negabit pacem in regno, regni firmitatem & stabilimentum esse, è contra verò regnum in se diuisum dessolari? Sed pax esse non potest vbi Deum aduersum Princeps habet,

habet Iob. 9. quis restitit ei & pacem habuit? Nec secus Esaias. 49. Non est pax impijs dicit Dominus. Pacem habeamus cum Deo & pax erit in regno. Audiamus senecam in lib. de quatuor virtutibus. Quisquis iustitiam sectari desideras. Deum time prius & ama, vt ameris à Deo. Audiamus Diabolũ ipsum, dicentem B. Brigidę, Time dominum & timebris ab omnibus. Ama Deum & amaberis ab omnibus.

Prouerb. 25. Rex pacificus sapientissimus salomon, ait, Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum, aufer impietatem de vultu regis, & firmatur iustitia thronus eius; constat satis rubigine argentũ ita obscurari & infici vt nitor eius & splendor omnis aboleatur, Regis autẽ splendorẽ in potestate consistere omnes intelligũt, quare vt rubigine detersa purgatisue sordidus scoriæ argentũ mirificè fulget, sic regia potestas, iniuistitia, & impietate obscuratur ac debilitatur, Iustitia verò & pietate corroboratur & viget.

Respublica quasi vinea est quę nec in flores nec in fructus ascẽdit, ni cælestibus influentijs ac humana industria adiuuetur, Religio Christiana cęlesti gratia Rẽpublicã fouet, adhibita etiam temperantiæ virtute, qua vitia ab ea rescindantur.

Regnorum quippè ac Rerumpub. euersiones ac ruinæ, à quo deueniãt docet ecclesiasticus, cap. 10. dicẽs, Regnũ à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias. & diuersos dolos. Neq; enim armis & firmo exercitu deffendi regna possunt quæ dominator cæli & terræ peruersis meritis regum auferri iusserit, sicut superbo regi Nabucdonosori dictum diuinitus est. Dan. 4. Donec cognoscant viuentes, quoniam dominator excelsus in regno hominum & cuicunq; voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. & post nonnulla. Tibi dicitur Nabucdonosor Rex, Regnum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs terræ erit habitatio tua, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, det illud.

Diuinam postremò legem seruandam, & Dei cultum habendum semper, & mutandum non esse in hoc consilium docentur speciali ratione Reges, Deut. 17. Vbi de rege dicitur, Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à

zarei eius; quare & Discipulus in nocte passionis fugiens, sindone amictus alba fuit, propter hoc etiam (vt opinor) in Turcar.lege cum de Apostolis fit Sermo sub hoc nomine, viri albi, nominantur Apostoli.

Verùm tu qui Petri discipulus vis appellari, Cur cum Petro cũ Ancilla tantummodo ad Christum negandum manes sed amarè flere cum Petro, & si gallus modo cantet, ita negligis, quin cum Ancilla in atrio manes, ac forsitan cum illa quæ Io.Baptistæ caput petijt? Hæc ne tua sunt priuilegia? quid tu qui Petri regulam profiteris in nundinis, à Petro damnatis facis? Si cum Petro turbas dimittis, quid agis semper in turba? Si Petri es discipulus, cur cum Petro è Palatio vel è Curia non vis exire? Solitaria sanè vita, (diceret Petrus) cælestis doctrinæ schola est, ac diuinarum artium disciplina. Cæterùm illud D. Ambrosij dictum verissimũ experimur, Cum ait, Ex inordinata & indisciplinata multitudine sacerdotum hodie datur contemptui Redemptoris nostri venerabile Sacramentum, nam qui debuerant esse Vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Iudæ & preambuli Antichristi. Istis D.Bern. alloquitur dicens. Quid vobis cum fœminis qui ad Altare cum Domino familiares estis? qualiter eisdem labijs osculamini in Altari filium Virginis, quibus osculamini in lupanari filiam meretricis?

Absit vt de his quicquam sinistrum loquar qui apostolico gradui succedentes Christi Corpus sacro ore conficiunt, per quos etiam nos Christiani sumus, qui claues regni cęlorum habentes, quodammodo ante diem Iuditij iudicant; Nihilominus cum de priuilegijs fit sermo, videamus aliquorum priuilegia quæ ante personæ extinctionem extingui debent. Certè priuilegia hæc malorum extinguenda ac de medio quamcitius tollenda enumerat Hugo de claust.An. dicens, vacant otio, Commessationib.& ebrietatib.student, terrenis inhiant, terrena sapiunt, assidui in platheis, in ecclesia rari, tardi ad inuestigandũ Culpã peccatoris, parati ad querendum vestigia leporis; velociores ad congregandos Canes quàm ad vocandum pauperes, libentius porrigunt panem Cani quàm pauperi, plures seruiunt ei ad mensam quàm ad missam, famulas secum habere volunt, sed clericos habere non possunt, qa nolunt; Hi sunt quor. thalamus orna-

tior est Ecclesia sua, Mensa paratior altari, Cyphus Calice pretiosior, equus Carior missali, Cappa pulchrior Casula, Camisia delicatior Casula alba. Hæc Hugo, Qui & concludit. Ecce quomodo obscuratum est aurum, mutatus est Color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarij in Capite omnium plathearum,

De ipsis etiam D. Bern. ait, Heu Heu Domine Deus quia ipsi sunt in percussione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatū, arcem Simonis occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps liberè & potestatiuè tradunt incendio Ciuitatem, non est iam dicere, vt populus sic Sacerdos, quia non sic populus, vt Sacerdos. hæc quidem priuilegia contra iura sunt.

Sed iam veritas tangitur, & rabies excitatur, At scias frater illud Ambrosij in epist. ad Theodos. Imper. Nihil scilicet in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines quàm quod sentiat veritatem non liberè pronuntiare, Malum detestor & tecum alloquor. Ampliora ergo vis Male sacerdos tua audire priuilegia? Ad bona propria es strenuus, ad bona comunia piger, in lecto Vigilas, & in Choro dormis, legumina, dicis ventosa sunt, Caseus stomacum grauat, lac Capiti nocet, potum aquæ non sustinet pectus, caules nutriunt malanconiam, coleram porri accendunt, pisces de stagno, aut de lutuosa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Eia quid est hoc, vt in omnibus fluuijs, agris, hortis, cellarijs, reperiri vix possit quod comedas?

De tuis Priuilegijs loquitur D. Bern. super illud ps. In labore homin. non sunt. Et ait. Cum cuncti status hominum aliquid habeant laboris, & aliquid voluptatis, Clerici inter hæc nouo quodam artificio discernentes totum quod delectat in quolibet elegerunt, & totum quod molestat respuerunt, A militibus acceperunt superbiæ faustum, amplam familiam equorum, falleras & nobiles apparatus; A mulieribus dependentes collo pelles rubricatas, vinum, molliciē, balneum, & gloriam; A Rusticis fructus agrorum, horrea plena: Sed benè cauent militaris loricæ pondus, Muliebrem declinant verecundiam, omnes rustici & agricolæ victum sibi labore acquirunt, hi delitijs affluunt, & tamen adueniente

niente fructuum tempore, promptuaria eorum plena tritico, & vinum bibunt vuæ meracissimum, & inde incrassantur, impinguantur & dilatantur. Hæc Bern. qui & ait de istis, Cum ergo ressurgere ceperint homines quilibet in ordine suo, isti cum quibus ressurgent? Si diuertere voluerint ad milites, ipsos exsuflabunt. Sic cuncti homines à suis finib. arcebunt, & isti qui in nullo fuerint ordine, Vbi putas collocabuntur? Restat ergo vt illum locum sortiantur, Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & sint in laborib. dæmonum qui in laboribus hominum non fuerunt.

Sed de malorum priuilegijs satis diximus ea quidem extinguenda antequam persona extinguatur religiosèque viuendum, Religionis n. cohabitatio abundans est pauperi, mediocri sufficiens; tolerabilis diuiti, Infirmis larga; Delicatis compatiensf, ortioribus moderata; pænitentibus misericors, peruersis seuera, bonis optima. Hæc sunt nouem religionis benefitia & priuilegia quibus gaudere potest religiosus. Cæteraque temporalia priuilegia Sanctissimè Confirmauit SV. Pont. Benignis s. Pater PA. V. Tanquam Penates Deos Tutelares habemus Amplissimos Cardinales Principes terræ; qui manu armata iugiter nos tuentur, ac priuilegia seruari satagunt, Nos Deo toto corde deditі Patres, sanctis feruentibusque orationibus Animarum saluti solùm incumbere studeamus, à Deo omne bonum erit nobis.

Priuilegijs fruuntur pluribus pauperes, inter quæ precipuum videtur, quod in maiori etiam hyeme & nudi pedibus incedunt, & vnica ac trita quidem veste induti, qui quod ita assuefacti sunt, non magis tamen asperitatem frigoris, quàm splendidè etiam calceati atque amicti, molestam habent. Quo loco conuenienter narrandum est, quod adolescentulo cuidam nobili semel contigit. Obuiam habuit rusticum quendam pecora in Campis agentem, atque vt erat altissimum frigus, neque illi calcei, neque penè Vestis vnde tegeretur, commiseratus adolescens indigentiam hominis, rogauit quàm fortiter rigorem illum tanti frigoris ferret, quē vix ipse tot vndique septus indumentis sustinere poterat: respondit verò ille perfacetè, Putasne fili frigeres, si quicquid Vestium habes, indutus esses? cumque statim nihil se


frigoris

frigoris sensurum annuisset. Ne mireris ergo, inquit, si ne vtique frigescam, cum quicquid indumentorum habeam, semper amiciar. quo planè non tam faceto, quàm sapientiæ pleno responso admonuit homo agrestis & imperitus, quantum ad supplendas corporum neccessitates valeret vsus, & quantis pauperes gauderent priuilegis. licet reuerà in vniuersum loquendo verum sit quod dissoluitur delicijs, solidaturq; laboribus humana omnis virtus.

Personale priuilegium sibi fecerat Cleopatra Alexandriæ Reg. vanitatem, que in Ciliciam pergens vt ibi Marcum Ant. videret, nauigium fecit pupi aurea, vellis purpureis, remis argenteis, qui ad sonum musicalem mouebantur in quo quidem nauigio ipsa Cleopatra in tabernaculo auro contexto vt Dea Venus induta morabatur, post quam suauissimi odores flagrabant: hoc tñ priuilegium cum persona perijt, cum ipsa aspidis morsu perijt. Diuitias etiam priuilegium sibi fecerat Darius Persar. Rex q lectũ habebat tanta amplitudine paratum, vt desuper tanquam pergolatum, vitem auream haberet, & tanquam granis vuæ, lapillis prætiosissimis simul iunctis magno artificio pendentem, ad caput verò lectuli quinq; millia talenta auri vnita retinebat, & ad pedes tria millia talenta argenti similiter seruabat, perijt nihilominus sicut & cæteri &c. De consimili inquit Proph. psal. 36. vidi impium superexalt. & eleu. sic. cædrus libani, transiui & ecce non erat, & non est inuentus locus eius; Ac si dicat, putabat impius se priuilegio incorruptibilitatis pollere, ac si cedrus esset. sed ablatus est, vermes insepulchro eũ comedunt transiui & ecce nõ erat, nec ẽt inuen. est locus vbi fuerit; sed vbi nos legimus sicut cedrus, alia littera habet, secundum peritos, sicut Laurus libani, quasi dicatur, putabat impius nõ posse ignem vel fulgur in eum putabat se laurum esse, nec ignem inferni contra eum paratum, non hoc concessum est ei priuilegium, quoniam licet quãdoq; nullus contra eum inualuerit, adueniet tamen alia vita & Infernalis ignis eum comburet &c. A qua nos auertat Dominus, æternam donans. Amen.

OMELIA XX.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.



HOMO sensatus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. Sic docet Salomon. (Eccles. 27.) Luna per reuolutionem fit obscura, per ecclipsim sanguinea, per nubem nigra, hæc quidem ex mutationibus lunæ, sed quid mortalib. ex lunæ mutationib. euenit? quippe, vbi sol nec crescens nec decrescens, sed Isdem persistens, omnib. quæ sub cælo sunt, maximo est profectui, vnde centimanus depingebatur Apollo, è contra Luna cum mutatur crescens ac decrescens profectò in multorum detrimentum per sepè mutatur, Hoc discrimen inter sapientem, & stultum hæc differentia, quia ille in sapientia manet, Hic verò instabilis mutatur, eiusq; mutatio perniciosa in multorum detrimentum cadit, Hinc tempestates, hinc tonitrua, hinc fulgura, quia stultus vt luna mutatur. Ad hoc malum, adhibitum est desuper remedium, Mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum.

Exemplum regulæ, pura in eligente, qui minimè consilium mutare potest in electi detrimentum post scrutinium publicatum, cum per electionem, electo aquisitum fit Ius petendæ confirmationis. De elect. cap. nulli licere lib. 6. Regula firma est, Cum detrimentum alterius interuenit. quare alia non eget declaratione.

Fallit tamen regula in filio cui fauetur circa hæreditatem paternam licet videatur semel repudiasse. vt ff. de col. bon. l. nonnunquam.

Absolute verò regulam hanc intellige in his valere quæ perpetua sunt, quæ mutari minimè debent nisi ex superueniente rationabili causa, ex rationabili etenim causa, Hoc est ex

ingra-

ingratitudine, etiam Donatio ipsa reuocatur. ext. de Donation. c. propter.
Quid si exceptionem proponit, q mutauit ex aliqua exceptione? qui exceptionem proponit, eam probare tenetur. aliter non probans condemnatur, & condemnatur etiam ad expensas. ex. de dolo &. Conctum. c. causæ.
Casus. si proprium sequatur detrimentum mutandum ne est consilium cum aliàs optimum sit? Statuit virgo aliqua in virginitate permanere, nihilominus quis eam violare temptat qui aliter euadere non potest nisi in flumen se immittat & moriatur, Hoc est ne licitum, vel mutandum consilium? Respondendum, Absolutè non quidem licere alicui sibi mortem inferre, preceptũ est n. Non occides. Cæterum si quis speciali Spiritus Sancti instinctu duceretur non peccaret, Ita scribit D. August. li. 1. de ciu. D. de sansone dicens eum ex Dei inspiratione se ipsum cum alijs necasse. Quare ad casum adduci potest quod D. Ambros. lib. de virgini. Refert, dicens sorores duas, militum venereum furorẽ fugientes, cum nullo modo custodire se possent, eorum manus euadentes in flumen se precipitasse vna cum matre. Absolutè verò loquendo subire ex se mortem nequaquam licet. nec per hoc si violatur virgo consilium mutare dicitur. Quinimò D. Lucia virgo Paschasio dixit. si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad Coronam.
Proprium potius eligere habet personale detrimentum princeps quàm mutare leges, cum iustę sunt, in populi maximum detrimentum. Valer. li. 8. huius rei ponit exemplum de Zelanto, qui cum ciuitati lactantium cui preerat lege lata cauisset vt qui adulterium commisisset exocularetur omni miseratione posthabita, deprehenso in hoc crimine filio eius adolescente, præcepit vt vtroq; lumine priuaretur. cumq; plebs ciuium summissis precibus rogitaret indulta ob gratiam principis flagitij veniam, ad deliberandum paululum spatij captans, sibi & filio vnum oculum districtus Iudex effodit. pium patrem & seuerum Iudicem declamando, egit itaq; censura mirabili vt sibi & filio videndi vsus superesset, & in vltionem flagitij duo lumina, vt decreuerat carerentur.
Principem mutare consilium etiam in rebus fidei docuit Impius

pius Machiauellus pro status conseruatione. Oh peruersa iniquitas, oh deploranda huius erroris discipulorum calamitas, Audite Tacitum Pollitici, Mortem potius oppetere quàm fidé exuere est generosissimi animi, ait Tacitus. quod si uerù est de fide humana multò magis erit d fide Christiana. Mutare consi ium quis non potest in alterius neque in sui detrimentum. errat Inscius & impius Machiauellus, nedum quoad propositionem quod vz, liceat Principi fidem amplecti populorum & suum proprium mutare consilium, sed etiam quoad rationem, Nempè, pro status conseruatione. Hæreses dissimulare, hæreticos admittere, an hoc Regna confirmet & tueatur dicant Græci, referant Alemani, hoc iudicent Galli, addiscant illud Angli, predicent Miseri omnes, an præsidio fuerit suis locis & regnis fidei inimicos sustinere & quod eorum principes in rebus fidei consilium cum eis mutasse ostenderint, an regna firmauerit, vel potius detrimento omnium extiterit manifestent. Et quidem quoad primum, si cum religionem mutat populus, princeps quoque religionem mutare habet vel mutasse ostendere debet, Vtique princeps deterioris esset conditionis quàm sit subditus, quis vnquam talia audiuit? fides, ac ceremoniæ principum à fide & ceremonijs subditorum pendere debent? In fide parentum saluantur pueri, & in fide populorum saluabitur princeps? è contra in sacris & prophanis historijs edocemur, populos nimirum principum fidem sequutos, quinimò Moyses hæbreorum Dux cum eos Idolum conflasse vidit, non illud adorauit quòd sui adorare concupierunt, sed furijs inuectus, Idolum ipsum adstante Idololatrante populo & summo Sacerdote, confregit, in cineresque redegit, atq; potandum in Idololatrantium & Idoli ipsius contemptum Idololatris tradidit.

Hinc Constantinus Imperator, primus Christianæ religionis in Romano Imperio fundator in quadam epist. ad celsum Affricæ Vicarium, fatetur nil sibi & eius offitio conuenire magis, quàm religionis errores tollere, ac temeritates sedare, curareque Vt omnes, Deo, fideliter, puro corde, ac vero cultu inseruiant.

Hinc, vt in Conc. Tolet. 3. habetur. Rex Ricardus asserit, quod

si

si Reges totis uiribus curare habent ut malorum mores reformentur, utq; Ciuium pax seruetur, Maiori profectò studio uacare tenentur Diuinis, tanquam sublimioribus, per quæ populi ab erroribus liberantur.

Quid absurdius excogitari potest quàm quod Princeps esto in rebus temporalibus iubeat populis,& populis præcipiendi ius habeat, in spiritualibus tamen & in re tam graui in moribus & in fide è contrà, princeps sicut populo placet ita faciat? Negaret In principe, quod in spiritualibus se summo Pontifici, & orthodoxę Sanctorum Patrum Ecclesiæ subiaceat, & non veretur impius suadere Augusto vt vulgari sententię inscij agrestis & stulti populi conformetur. Dolet Propheta Oseas. (cap. 10.) dicens Transire fecit Samaria sicut spumam regem suum. Defert vnda ex flatu vehementi spumam modo huc modo illuc, vadit & reuertitur spuma vt ab fluctu fertur, sed tandem, en vnda fluens ad littus solam relinquit spumam, quæ sola manens nil efficitur. Ita sanè populi vt fluctus maris mutabiles, vt spumam cupiunt regem proprium ducere hinc & inde, sed animaduertant Domini quod sicut spuma ad nihilum per hoc redigentur. Quod si dicat quis populum tumultuare. respondeas cum Tacito lib. 1. an. Hæc est natura multitudinis, vt vel tum maximè cum terret paueat.

Cum uerò Iurent principes Christiani cum ad principatum assumuntur, precipuè ea quæ religionis & fidei Catholicæ sunt, seruare & tueri; Cur contra Iuramentum agere docet Machiauellus? Mentitorem, & periurum uult principem facere, Impium, subditorum inferiorem, ac eorum uanitatum sequacem, & infidelem Impius Machiauel. Docet Plato fidem, ueram esse firmitatem, puram sinceritatem,ac claram philosophiam. (Plato. epist. 10.) Cicero uerò fidem quandoq; comunem securitatem appellat,quan doque iustitiæ fundamentum, quandoque Reipublicæ conseruationem. (Cice. orat. pro Ros. 1. off. 2. de Diuin.) Valer. max. hanc eandem fidem dicit esse turum salutis portum. (Valer. lib. 6.) Dyonisius Alicarnas. lib. 8 refert Antiquos, fidei, templum ædificasse, in quo tractatus omnes circa pacem, confederationes; iuramenta publica habe-

habebantur, ex quo significabatur, à fidelitate bona omnia esse: cur ergo docet imprudens Machiauellus principem Infidum & infidelem euadere & consilium mutare facti Iuramenti? (alia circa hanc materiam habes in his omelijs.)

Quoad id quod peruerse, ac dolose, presumitur Regna scilicet conseruari si sectæ permittantur (vltra prædicta omel. 3.) Dico primo quod religio omnibus bonis est preponenda, Secundò dico falsum esse regna per sectas seruari. Quoad primum, religionem scilicet anteponendam ostendit Augustus Imp. qui (vt refert Sueton. in oct. cap. 35.) statuit vt cum Senatores in templo erant (semper n. Senatorum consilium in templo aliquo habebatur) illicò in primis ante Altare antequam federent inclinarent, ibique Vinum & Incensum deuoti offerrent. Additque Alex. ab Alex. lib. 4. c. 11. Ita Romanos Religionem magnifecisse vt quandocunque Senatus congregabatur semper ante omnia, post positis & ommissis quibuscunque, & si grauissimis pertractandis, De religione prius sermonem facerent. (Bapt. fulg. lib. 1.) Nunquid verò non est super omnia diligendus Deus? plus facimus temporale regnum, quam æternum? Vah quæ pestis irrepsit ex Mechiauelli maledicto dicto, Oportere videlicet principem pro status conseruatione etiam contra Charitatem, contra religionem, contra fidem agere, quod penitus idem est dicere oportere principem contra Deum agere. Oh Infernale & simul insipidum dictum, Negat perfidus iste per hoc, æternam vitam, negat fidei neceßsitatem, Negat euangelium. Qui crediderit, (ait Dominus,) saluus erit, sed dicit Machiauellus, volo vt credat princeps, sed corde tantum, Negas ergo Doctrinam Pauli, ore autem confessio fit ad salutem, operum neceßsitatem negat. phantasticumque contendit principem facere. vult verò, vt neget quod credit, & falsus sit omnino.

Aristotiles, etiam Tyrannum hortatur vt ita agere studeat, vt omnes eum religiosum, & pium erga Deum existiment, ex eo prius, quoniam subditi eum talem putantes, certò existimabunt iustè & rectè iudicari debere ab eo, qui Deum colit & reueretur, secundò quoniam subditi ipsi contra eum non insurgent, qui ab ipsis Deo carus iudicatur. Cum verò rarò qui reuerà religiosus non est, religiosus existimatur,

quia

quia partim simulata perseuerant, hinc dicendum est, non fictitiam religionem à principe preferendam sed veram.

Lex etiam naturalis docet, hominem subijci suo creatori, & quod ad ipsum verè ordinatur per obedientiam. Quare ait Tullius in rethorica, Ius naturale est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit, vt religionem, pietatē, gratiam, obseruantiam, veritatem, & postea sequitur, Religio est pars iuris naturalis.

Quod si Machiauellus vellit principem subditum non esse Deo licet dicat D. Pau. Rom. 3. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Dicat, Cur si princeps non subditur Deo eius mandata non seruans, & eum minimè vt par est colens, subditum eum vult esse voluntati populi sui & subditorum? sed peruersus omnia peruertit & cum peruerso peruersus erit semper. Dio Phs. etsi ethnicus. orat. 3. de regn. ait, qui est Rex primum quidem pius est erga Deos, vt potè adeptus à Dijs maximum honorem, & fidem.

Iustitia verò generalis profectò requirit vt voluntas humana debito obsequio, diuino obediat imperio, quod sic patet, Nam ille qui obedit, per imperium eius cui obedit mouetur, sicut res naturales per suos motores mouentur, sed quemadmodum Deus est primus motor omnium quæ naturaliter mouentur, iuxta illud Boetij, de consol. li. 3. stabilisque manens dat cuncta moueri, vnde & phil. 8. phisic. probat ipsum esse viam motus, quia est deuenire ad aliquod immobile quod sit causa aliorum motuum, Ita etiam est primus motor ipse Deus omnium humanarum voluntatum, & ideo sicut naturali neccessitate omnia naturalia Diuinæ motioni subduntur, Ita etiam quadam neccessitate iustitiæ omnes voluntates humanæ obedire tenentur diuino imperio. (D. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 4.)

Quantum verò spectat ad id quod supponit Machiauell. nempè regna propter tolerantiam ac hæresum dissimulationem perseuerare, hoc dicimus omninò erroneum & à veritate deuium. Valer. max. lib. 1. cap. 1. de cultu Deorum affirmat, Romam à Dijs in imperio auctam propterea, quia religionem non deseruerat nec ceremoniarum obseruantiam ommiserat. Plutarchus in vita Marcelli asserit tenendum, Rempublicam facilius tueri ex diuino cultu, quàm armorum

strepi-

strepitu: Cicero, lib. 3. de nat. Deorum, astruit vrbem Romanam magis munitam, & circumamictam fortiùs, per religionem quàm per muros, Numa, Pompil. dicenti sibi eius inimicos contra eum bellum parare, subridens, respondidit. Et ego Dijs sacrifico. Clarè innuens Inimicos ex religione, & Dei cultu expugnari. Hinc cum Simeon Machabeus ciuitatem Gaza acquisiuit, Vt tuta maneret, Ait sacer textus (1. Machab. 13.) Collocauit in ea viros, qui legem facerent. Sic etiam exod. 18. Iethro iussit Moyses prò conseruatione suæ Reipublicæ dicens. Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum.

Hoc intellexit Iustinianus Imp. qui asseruit se Ecclesiarum curam habere, ac propterea credere, Deum, Imperij regimen sustinere. Nouil. 4. de epis. & cler. & alibi ait, Diligenter curandum vt Sacri Canones seruentur, & vt Diuinæ legi obediatur, cum hæc pro salute sint statuta, Constit. 123. In auth. de ordin. episc. & cleric. colla. 10.

D. Cyrillus epist. 17. testatur sibi scripsisse Imperatores Theodosium & Valentinianum, dicentes sustentaculum, ac firmitatem Imperij à Catholica pendere religione, Duoq; hæc simul inter se se connexa, ita vt, cum augetur religio, necceßariò & augeatur Imperium, deficiente verò religione Imperium minuatur.

Hinc Zenon Imp. in suis edictis, religionem Catholicam, fundamentum, basim, ac præsidium Romani Imperij, matrem perpetuam, & Immortalem sceptri sui appellat. Euag. li. 3. c. 14. Niceph. li. 16. c. 12. Hoc etiam fateri voluit Carolus Mag. qui vt refert Caro. Sig. de reg. Ital. li. 4. asseruit, Si nos liberales sumus cum Ecclesiæ ministris ac Dei seruis, studeamusq; cum eorum voluntate condescendere, scimus hoc in augmentum & profectum nostri Imperij esse, & quod maius est, valere hoc ad premij æterni consequutionem.

Hanc prædictam veritatem ostendit Doct. Angelicus D. Tho. opus 20. lib 2. fi. dicens. Omnes Reges solliciti ad reuerentiam Dei, habuerunt fælicem exitum, qui autem neglexerunt fuerunt infælices.

Rursum, quis negabit pacem in regno, regni firmitatem & stabilimentum esse, è contra verò regnum in se diuisum dessolari? Sed pax esse non potest vbi Deum aduersum Princeps

habet,

habet Iob. 9. quis restitit ei & pacem habuit? Nec secus Esaias. 49. Non est pax impijs dicit Dominus. Pacem habeamus cum Deo & pax erit in regno. Audiamus senecam in lib. de quatuor virtutibus. Quisquis iustitiam sectari desideras. Deum time prius & ama, vt ameris à Deo. Audiamus Diabolũ ipsum, dicentem B. Brigidę, Time dominum & timebris ab omnibus, Ama Deum & amaberis ab omnibus.

Prouerb. 25. Rex pacificus sapientissimus salomon, ait, Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum, aufer impietatem de vultu regis, & firmatur iustitia thronus eius; constat satis rubigine argentũ ita obscurari & infici vt nitor eius & splendor omnis aboleatur, Regis autẽ splendorẽ in potestate consistere omnes intelligũt, quare vt rubigine detersa purgatisue sordidus scoriæ argentũ mirificè fulget, sic regia potestas, iniustitia, & impietate obscuratur ac debilitatur, Iustitia verò & pietate corroboratur & viget.

Respublica quasi vinea est quę nec in flores nec in fructus ascẽdit, ni cælestibus influentijs ac humana industria adiuuetur, Religio Christiana cęlesti gratia Rẽpublicã fouet, adhibita etiam temperantiæ virtute, qua vitia ab ea rescindantur.

Regnorum quippè ac Rerumpub. euersiones ac ruinæ, à quo deueniãt docet ecclesiasticus, cap. 10. dicẽs, Regnũ à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Neq; enim armis & firmo exercitu deffendi regna possunt quæ dominator cæli & terræ peruersis meritis regum auferri iusserit, sicut superbo regi Nabucdonosori dictum diuinitus est. Dan. 4. Donec cognoscant viuentes, quoniam dominator excelsus in regno hominum & cuicunq; voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum, & post nonnulla, Tibi dicitur Nabucdonosor Rex, Regnum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs terræ erit habitatio tua, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, det illud.

Diuinam postremò legem seruandam, & Dei cultum habendum semper, & mutandum non esse in hoc consilium docentur speciali ratione Reges, Deut. 17. Vbi de rege dicitur, Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à

Sacerdotibus leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius quæ in lege precepta sūt, nec eleuetur cor eius in superbiā super fratres suos neq; declinet in partem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filius eius. Quid clarius? habetur hic quod obseruantia legis diuinæ præsidio est regno, habetur quod lex accipienda est à Sacerdotib. & nō cōdēda noua à rege secundum propriam voluntatem, Habetur tandem quod cunctis diebus eandem legem legere debet Rex ac seruare nec mutare consilium posse circa legem diuinam sed iugitur in eadem manere debere, patent omnia, vnde hæretica est Machiau, pseudochrist. Doctrina.

Prudens esse debet princeps ac virtuosus non stultus, stultus n. vt luna mutatur, cui .n. maiori opus est prudentia quam qui rebus de maximis consultat, & cui exactiore iustitia quàm ei qui maior est legibus? cui validiore fortitudine, quàm ei sub quo omnia seruantur? cui modestia contentiore quàm ei cui omnia licent? quem autem magis delectant virtutis facta quam eum qui omnes homines sui ipsius animi spectatores & testes habet, vt quicquid faciat latere non possit, non magis quam sol ingredi per tenebras, omnia .n. cætera illustrans primum semetipsum ostendit.

Discretio autem maxime principi est neccessaria circa omnia eligenda: de hac enim D. Ber. Discretio virtutum est Auriga, & D. Anton. Discretio est omnium virtutum generatrix, custos, & moderatrix, & Io. Cassia, Discretio, lucerna est Corporis & oculus, Discretio etiam à Salomone dicitur consilium, cum inquit omnia fac cum consilio. Qui n. impetu magisquam studio & cura valent, idipsum quo plus possunt, cū ipsis simul extinguitur. cōtrà quæ meditatione, & labore fiunt, ea in posterum valescunt, Itaque quisquis sui ingenij monimenta æternum retineri eorumq; autoritatē gliscere cupit nihil nisi meditatum & elaboratum ædere debet.

Non est verò in alicuius detrimentum mutandum consilium, aliter ruit Respublica. Huc facit quod antiquitus Romani in Nūmo imprimebant, Geminas scilicet manus simul connexas, cum tali inscriptione, fides exercituum, &, fides Romanorum, Ac si hoc pacto diceretur, Cum fides in promis-

sis

ſis ſeruatur, tunc Reſpublica optimè defenditur atqui in hoc exercitus potior eſt pars, quinimò tunc fælicia, ac proſpera eueniunt ei, In cuius ſignum, cum predicto modo iunctas imprimebant manus, ſimul quandoq; ſuper eas caduceum maximæ fælicitatis & pacis Symbolum deſignabant, Addi poteſt quod manus operationes ſignificant, Hæc verò Rempublicam agunt, quare Salomon de prudenti ait, operata eſt conſilio manuu ſuarũ; optimũ conſiliu m, conſi ium manuũ, hoc eſt operari, quinimo ſapiẽs antequam loquatur, operatur, Huc facit quod Hieroglipiticis ſignificabant egiptij cum ſapientem pingebant manum ad os tenentem, linguamq; tangentem, quo ſanè innuere voluerunt ſapientem illũ iure dici poſſe, qui priuſquã loquatur iam bonum operatus ẽ. Quippè multa cõſilia ita ſecreta eſſe conuenit vt prius executioni mandata eſſe debeant quàm publicata, Hinc Vegetius de re militari, Nulla conſilia meliora ſunt, ſicut illa quæ ignorat aduerſarius antequam facias.

Quęſita alia inſurgere poſſunt circa regulam, Mutare conſilium. &c. Cum ſacratiſs. Virgo MARIA Virginitatem ſeruare iam ſtatuerit, ex conſequenti filios minimè procreare deliberauit, Cum ergo Chriſtum Dom. Vt hominem genuit, dicendum ne eſt conſilium mutaſſe? Abſit hoc dicere, Quandoquidem Cum Beatiſs. Virgo à filijs abſtinere decreuit, Hoc quidem decreuerat de regulari & ordinaria procreatione intelligens, Vt ſemper intacta Virgo ſeruaretur, Cum verò Dei, ſuis viſceribus, concepit filium, nil contra intentum eſt ſequutum, vnde nil detrimenti Virginitati eſt illatum. Vis Videre hoc? Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, ait B. Virgo, Ac ſi apertè dicat, Partus quidem meus non habet exemplum in ſexu mulierum, ſed habet ſimilitudinem in naturis rerum. Queris quomodo Virginitas genuit Saluatorem? Sicut flos vitis odorem, ſi corruptum inueneris florem pro eo quod dedit odorem, Violatum crede pudorem quia edidit Saluatorem. Quid potes calumniari in proprietate ſimilitudinis? Quid enim aliud eſt virginitas quam flos inuiolati corporis?

Tu verò frater, ne detrimentum proximo fiat, ſi in interiori, caſtitatis conſilium mutas, In exteriori tamen nequaquam illud mutes, Cæterum Caſus hic queritur. Nunquid mi-

nus malum exterius bonitatem & Virtutem simulare & hyppocritam esse, quàm profanum, &, Vt dicunt realem, non fictum? Dicimus Duplex esse hyppocritarum genus. Alij enim sunt, qui in exterioribus probitatem quidem demonstrant, licet interius ambitione pleni sint & vanitate, atq; & si in corde suo sint mali; prauitatis suæ Deo rationem reddent, nobis autem vtiles sunt, & hoc vnum est hyppocritarum genus: Alterum verò est profanorum illorum qui in nullo alio, nisi in lingua ac verbis hyppocrisim præferunt, peruersa autem operantur, Iustitiam quidem prædicant, & depredantur, & malum operantes, id bonum ac sanctè gestum & pro conscientiæ debito excogitatum haberi volunt, sicque in peccato ipso honorari contendunt. Huius hyppocritarum generis erant Pharisei, qui cæco dicebant (*Io. 6.*) Da gloriam Deo, &c, ac si Diuini essent honoris Zelatores, Cum tamen non Dei honorem, sed Christi Domini detractionem querebant, Vnde dicebant, Da gloriam Deo, ac si dicerent, ne credas hominem istum tale fecisse opus, Deus hoc fecit, illi, non huic da gloriam. qui etiam cum blasphemabant, iactabant se benè dicere, Non ne benè dicimus nos, quia Samaritanus es? Huius etiam generis maledictus Achaz fuit, cui cum Esaias diceret, Pete tibi signum à Dom. Deo tuo (Isa. 7.) respondit, non petam & non tentabo Dominum, ac si diceret. Absit, Domino meo molestus non ero; quæ responsio proculdubio, non ex humilitate vel religione processit, aut ne contra Dei mandatum faceret, sed ne Deo gloriam illam daret, nolebat n. Dei Omnipotentiam in miraculo ostendi, Idololatra nanque erat, fingebat verò se miraculum ex Dei reuerentia minimè exposcere velle; liberet nos Omnipotens à tali hippocritarum genere. De talium hippocrisi Pinctus in cap. 9. Isaiæ ait, Hippocrisis est capitalior & perniciosior aperta iniquitate, quoniam in Virtutis Imagine delitescit, Nam vt in magno mari perniciosiores sunt scopuli qui breui operti acqua tristem ac cæcum & miserabilem non obseruantib. inferunt introitum, quàm rupes eminentes, quas nautæ facilè vitare possunt; sic hippocritæ qui in

in animi recessibus & latebris malitiam retinentes, speciem pietatis foris ostendunt, tetriores sunt & capitaliores improbis illis qui sunt ab omni Virtutis simulatione alieni, quoniam horum pestem facilè poteris fugere, illos autem non facilè.

Porrò hypocritæ isti (qui certè sunt inter hominum genus mutabiliores) semper detrimentum, etiam cum Cęlestia nobis loquuntur ii ferunt. Vidistis incautum puerum præmanibus aureum habentem? Accedit ad eum vir Callidus, incauto puero suggerit, suspice cælum, vide, quàm pulchra stella, quàm pulchra *Auicula*, Puer nil mali suspicans suspicit, erigit caput, Interea astutus de manu Innocentis aureum surripit & confestim abit; Puer illusus, solus relictus plorans, quod stellam vel auem non viderit & aureum amisit, inconsolabilis manet: *Ita* planè hippocritæ multi erga simplices agunt, cælestia quandoque illis suggerunt, quam pulchrum videre Deum, cælestibus semper inhiare, omnia in Dei obsequium distribuere, aiunt, Dum verò simplices cælestia appetunt, isti terrena à simplicibus subtrahunt; De his hippocritis loquitur *Iob* dicens. Frater fui Draconum, & socius struthionum. Alas habent & volare in cælum videntur, ac semper in terra manent, Dracones, in terrenis prudentissimi, struthiones, sibi omnia digerunt. Primi verò prædicti hippocritæ quamuis sibi mali, alijs tñ detrimentum non afferunt, quinimò vtiles sunt, statua n. quæ iuxta ficulneam est posita, esto non viuat, ad passeres tamen deterendos, ne ficus comedant, prodest; Ita hippocrita qui exterius iusta operatur, licet interius paleis ac vanitatibus sit plenus, statuæ instar, cum tamen sanctus appareat, homines verò nil aliud quàm exteriora aspiciant, Vtilis est, eius etenim exemplo se à malis cohibent proximi. Ne ergo detrimentum proximis fiat, ne muteris sed perseueres saltim in exteriori.

Sed sequere regulam, mutare consilium quis non potest &c. Mulier de facili consilium mutat, quare Poeta quidam canit. Quid leuius flamma, fumo? quid mollius vnda? flamma, fumo, vnda, fæmina sed leuior, ex instabilitate verò mulieris Catullus canit. Nulli se dicit mulier mea nubere

malle,

malle, quam mihi non si se Iupiter ipse petat, Dicit, sed mulier cupido quod dicit amanti, *In vento, & rapida scribere oportet aqua.*

Cæterum queritur quæ causa est quod sic in mei detrimentū, in mei contemptum mutatur amicus? Dico autem quod sicut sanies ex vlcere, sic ex superbia contemptus manat. Dicit ille alia tibi contulisse beneficia pro quibus gratias minimè reddidisti, ac propterea animo erga te mutatum fore, vtrerque igitur vestrum Senecam consulat dicentem, Hæc beneficij inter duos lex est, Alter statim obliuisci debet dati, Alter accepti nunquam, qui dedit beneficium taceat, narret qui accepit, Vnusquisque verò à cauilatione quam isdem Seneca refert, caueat, Ab Antigono Cynicus petit talentum, respondit plus esse quam Cynicum deceret petere, repulsus petit denarium, respondit minus esse, quam quod regem deceret dare, Turpissima quidem cauillatio, inuenit n quomodo neutrum daret, *In* talento Cynicum, in Denario Regem respexit, cum posset & denarium Cynico dare, & talentum tanquam Rex. Seneca lib. 2. de benefic. Tu verò si consilium mutasti ex inopia proximi tui quam denuò incurrit propterquam eum contemnis in maximum ipsius detrimentum, audi quid doceat Seneca, vt discas veram hominis extimationem habere, ait enim epist. 77. Cum velis veram hominis estimationem habere & scire qualis sit nudum inspice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat, animum intuere, qualis, quantus sit, alieno aut suo magnus. & alibi isdem Seneca. dolens, ait, Peccunia ex quo in honore esse cepit verus rerum honor cecidit.

Denique si pauper est qui mutauit consilium in Diuitis Detrimentum quænam huius causa? Dico Inuidiam esse mali huius & aliorum causam. Hinc Alanus de complanc. naturæ. ait. *Inuidia* quid monstruosius monstrum? aut quid damnosius damnum? quæ culpabilior culpa? quæ pænalior pæna? Hæc est erroneæ cæcitatis abyssus, humanæ mentis *Infernus*, contentionis stimulus, corruptionis aculeus: qui sunt *Inuidiæ* motus nisi humanæ tranquilitatis hostes, ? mundanæ temptationis satellites, animi laborantis vigiles hostes, alienæ fælicitatis excubiæ?

Exhor-

Exhortatione omnes egemus D. Greg. in omelia quæ ponitur 23. quæst. 4. dicit, Hæc Vita quæ inter cælum & infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita vtrarumque partiũ ciues comuniter recipit, quos tamen Sancta Ecclesia & in di stincte suscipit, & postmodum in egressione discernit; Si igitur boni estis quamdiu in hac vita subsistitis equanimiter tolerate malos; Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est quia bonus non est: Abel esse renuit quem Cayn malitia non exercet. ferrum quippè nostræ mentis ad acumen non potest peruenire virtutis, nisi eum craserit lima alienæ prauitatis.

Interim cum vides hominum instabilitatem noli in homine spem tuam reponere etiam si tibi magna promittat, etenim inquit patientissimus Iob, si vidi lunam incedentem clare, & lætatũ est cor meum quæ est iniquitas maxima & negatio contra Deum Iob. 31. Luna quæ sit audistis, stultum in quam qui Vt luna mutatur vt ait Salomon, si hunc vidi incedentem clarè & lætatus ex hoc sum, scilicet confidens, Hoc quidem iniquitas maxima & negatio contra Deum In quo solum confidendum, Maledictus verò qui confidit in homine, noli Confidere mutatur vt luna homo stultus in tui detrimentum.

Sed quomodo firmabitur homo ne sic nutans in consilijs incedat, quomodo stabilis & constans in virtute persistet? Philosophus, Albertus, Isidorus, & D. Ambros. in exameron, referunt quod piscis reperitur paruus semipedalis, qui quamuis exigui sit corporis, maximæ tamen virtutis existit, magnam enim Nauem, cum ei adheret firmissime retinet, licet enim ruant venti, sæuiant procellę, Nauis ipsa cui paruus ille piscis adheret quasi in mari radicata stare videtur, nec procedere potest nec ad litus venire, quare Hunc piscem latini moram appellauerunt, eo quod ipsa magna nauigia morari & stare compellat: Moraliter per hunc piscem Christum hunc Domin. intellige de quo Abac. facies hominis quasi pisces maris, tam paruus ex humilitate qui ait ego sum vermis & non homo, Hic cordi tuo adhereat firmiter in hoc mari magno in quo procellę & Venti sęuiunt non in scopula non in inimicorum manus fluens huc illucque nutans in tui & aliorum detrimentum eris sed Con

stans

ſtans Coronam quæ conſtantibus promittitur in cælo accipies. Hanc Det Dominus P. F. & Spiritus San.

OMELIA XXI.

Cum ſunt partium Iura obſcura, Reo fauendum eſt potius quam Actori.



FAcere bonum, & à malo declinare, Iuſtitiæ particularis, generalis, & legalis, quaſi partes integrales vtiq; ſunt (Doc. Angelic. 2. 2. q. 79, 1. 0.) quare ſi in vno horum quiſpiam deliquerit, Iuſtus minimè dici poterit, Non igitur Iudici bonum facere ſufficiet, ſed maximopere curandum vt à malo declinet, nec ſufficiet quidem malos punire, quod bonum eſt, ſed cauendum quoq; ne puniantur Innocentes. Hæc n. nimia Iuſtitia, de qua Aug. de vera relig. ait. Nimia Iuſtitia incurrit peccatum. Cæterum quia pluries periculoſum eſt in hoc ex accuſantium perfidia, offendere, ſtatutum eſt. Cum ſunt partium Iura obſcura, Reo fauendum eſt potius quàm Actori. Nimirum ne in hoc cadat Iudex malum, & à Iuſto, Innocentes damnans, deuiet, ſed vt integra ſuis conſtans partibus ſeruetur Iuſtitia, Regula traditur preſens. Adde etiam traditam regulam vt Iuſtitia ipſa ſuas ſemper virtutes ſecum annexas trahat; Quippè ſecundum Tullium. ſex ſunt annexæ iuſtitiæ virtutes, Religio, pietas, gratia, vindicatio, obſeruantia, & veritas, & sm̃ Macrobium, ſeptem hæ virtutes iuſtitiæ adiunctæ dicuntur, vz. Religio, pietas, Innocentia, Amicitia, Concordia, affectus, & humanitas Vt quid ergo ad vindicatiuam tantummodo curremus? Innocentia verò maximè ſeruetur, & affectus, ac humani-

humanitas, Cum sunt partium iura obscura &c.

Porrò qua de causa Apostolus 1.cor.6.docet, Contemptibiliores hominum in Iudicatura præficiendos? iubet n. sæcularia Iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum. D. Greg. in moralib. ait, Qui minoris meriti sunt in Ecclesia,& nullis magnorũ virtutib.pollent,ipsi de terrenis negotijs iudicẽt quatenus ꝑ quos magna nequeunt,bona minora suppleãtur, quos Apostolus contemptibiles nominat, & tamen sapientes vocat. Contemptibiles verò iudicare habent,vt nempè si quis per accusationem contemnatur, cõpati sciat, & misericordiã q̃ ipse in certis delictis ꝑpetratis exoptat, cęteris saltim in dubijs elargiatur, Ad hoc facit ꝙ D. Greg. in hom. pasch. docet, dicens. Magnæ actum pietatis dispẽsatione cognoscimus,vt is qui futurus erat Pastor Ecclesiæ in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset, vt ex sua infirmitate cognosceret quàm misericorditer alienam infirmitatem toleraret.

Regulam discutiamus,Cum sunt partium Iura obscura,reo fauendum,&c. exemplum. si nec Actor nec Reus aliquid probauerit,iura partium sunt obscura,& ideo fauetur reo, & absolui debet,Vt insti.de interdi. §. comodè.

Cũ obscura, dicitur, sunt Iura. Cũ n. certũ esset reũ obnoxiũ esse puniretur,quia culpa est relaxare vindictam. Vt dist.28. quia sunt. Et hoc dico cũ est certum Iudici vt Iudici, secus si vt Deo. De off. ordin. si Sacerdos,vel vt homini.3.q.7.iudicet. Si verò dubium est Iudici vt Iudici,hoc est sm̃ allegata & probata,reus est absoluendus; sanctius est n.nocentem absoluere quàm Innocentẽ condemnare ff.de pęn.l.absente.

Vera est hæc regula nisi Actor fauorabilẽ foueat causam, puta Matrimonij,libertatis,testamẽti, vel dotis, tunc n.fallit regula. quia actori potius est fauẽdũ.33.q.1. si quis accipit.de ꝓba.ex litteris. Habet verò locũ regula ꝑsens nedũ in sentẽ. ferẽda,uerũ ẽt in lata,puta à duob.ordinarijs,uno absoluente,altero condemnante,tenet n. sententia pro reo absolutoria, quia sic iura sunt obscura ff. de re iudi. l. inter pares.

Cęterũ queritur circa hanc regulã, Cum rões undequaq; sint, cur nõ potius actori fauẽdũ & cõcedẽdũ ꝙ petit? Respon. D. Aug.ď ser. D.in m. Dãdũ ẽ ꝙ nec tibi nec alteri noceat, & cũ negaueris ꝙ petit, iudicãda ẽ iustitia. sed & clarius ad q̃sitũ

Mm dico

dico semper miserabiliorum partes esse magis suscipiendas; quod Dominus docuit ipse cum debitorem conseruum suffocantem reprehendit dicens serue nequam nonne oportuit misereri conserui tui. Ex lege verò diuina, quinimò ex similitudine cum Deo qui debitoribus dimittit homo dimittere debet, & Iudex, sicut Dominus partes rei Defendit, ipse etiam vices Dei gerens idem facere habet. Sanè, vt ait Greg. li. 19. mor. tanto quisq; perfectus est quanto perfectius sentit dolores alienos. Hæc autem dixerim quoad ciuiles lites; In quibus seruanda est regula vt supra, non tamen in obscuris probationibus à reo inductis, quandoquidem illę contra eum interpretantur, De proba. licet. D. Anton. de reg. iur. li. 6. hoc in loco.

In criminalibus verò magis fauendum reo. Quippè in operibus nostris non tantum considerandum venit bonum vel malum quod proximis facimus, quantum attendendum est obsequium aut iniuria quam Deo irrogamus, cum enim pauperem quis cibat, non tantum quod proximo subuenis attendo, quantum quod voluntatem imples Dei qui vt eius amore hoc facias præcepit: Ita cum peccatum quis committit, non tantum quod proximo infertur malum animaduertere debemus, quantū quod hom. sacra & Diuina trāsgrediuntur precepta, sic Sanctus Dauid ps. 50. cum fidelissimi Vriæ vxorem violasset, ipsum quoq; interfici mandasset, veniam à Domino expostulans ait, Tibi soli peccaui. In Deum deliquisse asserit, cum etiam proximum grauiter offendisset; quod profectò ideo egit, quoniam & si iniuriæ & iniustitię quas aduersus Vriam & vxorem commisit maximæ quidem fuerint, Nihilominus si iniuriæ Deo illatæ comparentur, nil prorsus erant. Ob hoc sacri affirmant Theologi, auersionem à Deo in peccato, maiori supplicio (nempè pæna damni) esse puniendam, quàm conuersionem ad creaturas, quæ pæna sensus punienda venit, Cæterum si misericors Altissimus quoad id quod in eum perpetrauit peccator gratis dimittit, eius Imitatores, in eo saltim quod minoris est debiti nos esse conuenit, propterea dicebat Dominus seruo nequam omne debitum dimisi tibi, Nōne ergo oportebat & te misereri conserui tui? ac si diceret, Cur renuisti in parui delicti remissione Dominum imitari, cum Dominus maximum dimisit

delictum?

delictum? Hinc August. Lex Dei Charitas est.

Non est puniendus qui de delicto non conuincitur quandoquidem occulta ad hominum tribunal nequaquã spectant, sed ad Diuinum perducuntur, vt ipse idem cui occulta sunt seruata iudicet. Cũ etiam quis non certum fatetur delictũ absoluendus, Vnde Vlpianus lib. 5. de omnib. tribunal. ait, certum confessus pro iudicato erit, incertum non erit.

Non de facili quis puniendus, quoniam Iustitia ad bonum comune ordinatur, Comune verò bonum, est, non Vt quisquis à singulari homine accusatur, vt bono singularis personæ prouideatur, puniatur, sed vt indifferenter ciuium numerositas pro vniuersali bono conseruetur, quapropter Greg. xiij. Pon. Max. ac cæteri pijssimi Principes etiam si Rei cõstituti de delictis aliquo modo conuincerentur, sæpè morti eos tradere renuebant, dicentes non sic de facili depopulandas Vrbes, nec sic vita à Domino donata orbandos viros in totius iacturam Ciuitatis. Concordat in hoc quod prius Docuit Diu. Greg pariter Pont. 23. mor. dicens. Potestas cum habetur & cogitanda est ad vtilitatem, & dissimulanda propter timorem, quatenus qui vtitur vt prodesse debeat posse se nesciat.

Quippè, octo pænarum genera in legibus contineri Tullius scripsit, Idest Damnum, vincula, verbera, talionem, exilium, seruitutem & mortem. omnia verò hæc ad esse hominis destruendum tendunt, At quia esse hominis permanere vult Deus, vnde etiam in Inferno damnatos in suo esse conseruat. Ideo minimè in obscuris puniendus est reus. & de damnatis quidem D. August. lib. 1. de lib arb. c. 87. & 88. ait, Et hoc siquidem misericordia Dei donatum est ipsis qui etiam in pænis misericordiam elargitur. De hoc Abac. 3. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis, & Dauid. Misericordia eius sup. om. oper.

Reo potius fauendum, Quandoquidem. vt ait Paulus Iurisconsultus. certè humanæ rationis est fauere miseris, & propè Innocentes dicere, quos absolutè nocentes pronunciare non possunt.

Reo potius fauendum quoniam secundum Ciceron. de Fin. Benignitas socia est Iustitiæ. quinimo Benignitas præponenda est rigori iustitiæ secundum Papinian. Iureconsf.

Ostendit regula presens Principem ac Iudicem magis propensum esse oportere ad clementiam quàm ad rigorem, Clementia verò, vt docet Seneca (lib. de clem.) est lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pænis. Sanè Clementiam quidam Nobilis sic pingebat, Mulierem scilicet, quę leua manu processum tenebat, dextera autem in processu scripta delebat, pedibus denique libros præmebat, en quod reo fauendum. contra hoc Iurisperiti clamant, sed reminisci debent Laureatos esse; Cur nanq; Doctoratus laurea est vobis collata Domini? Lauro purificabantur olim qui Deos offendebant. Vos ergo Laureati ex offitio ad Indulgentiam propensi esse debetis.

Abulensis in 3. reg. 21. q. 4. refert morem esse apud antiquos, vt cum quis morti erat condemnandus, Iudex ante sententiam per aliquot dies ieiunaret, & hoc ad ostendendum quod quidem compatiebatur Iudex, & si reum morti tradebat, hoc ex obligatione vtiq; erat, & dolorem sibi hoc inferebat, Displicet nanq; Deo vt Iudex hominem occidat & comedat, & rideat ac si hominem perdere, nil esset. Probat verò Abulensis vsum hunc ex illo quod in sacra dicitur pagina 3. reg. 21. Iezabel misisse vt necaretur Naboth, & tunc precepisse dicens, predicate Ieiunium. Quid ad hoc dicent qui tam libenti animò condemnant, ac si vt dicitur, ad nuptias irent? eia, si ieiunarent forsitan remissiores essent &c.

Pietatem Iudici competere docet regula, & quidem etiam Plato in lib. de legi. ita ostendit Cum ipse leges Mineruę, Soli, & Ioui attribuit, Per ꝙ designare voluit legum perfectionem profectò in his tribus contineri: In Minerua, hoc est in scientia, In Sole, hoc est in potētia, In Ioue, hoc est in pietate, Quēadmodū aūt Dijs cæt. Iupit. eminere dicebāt, Ita pietas alias uirtutes excellere d̄bet apud legū administratores.

Valer. pier. li. 17. refert ꝙ Reges egiptiorum sceptro vtebātur quod à parte inferiori pedem equi fluuialis, animalis crudelissimi, insculptum habebat, à parte uerò superiori caput ciconiæ, quæ pietatis insigne fuit, erat repositum, ut ex hoc admoneretur princeps, uel qui eius gerit uices deponendam crudelitatem, & anteponendā clementiam. Vt docet regula.

Adnotat Rabi Salomon in Coment, quod cum Reges ungebantur

tur Israel, hoc siquidem mirabili fiebat ritu, Quippè in fronte, Rex oleo vnctionis vngebatur, inter palpebras per modum coronæ. cur hoc? hoc erat dicere opus est ô Rex semper te ante oculos misericordiam in oleo significatam plusquam rigorem pre, onere, opus est te memorem esse vnctū fore & molem non asperum erga subditos, erga subditos demonstrandum, Hæc autem pietas per modum Coronæ fit tibi ex quo intelligis quoniā magis ornatur rex & in regno perseuerat per Clementiæ opera quā auro & pretiosis margaritis.

Hinc dicas quod regula presens traditur, vt etiam per clementiam in miseros firmentur Regna Prou. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Tutior nanq; modus regendi populos per clementiā fuit, Tutius est cordas remitti intensius quā protēdi, remissarum nanq; intensio, artificis peritia conualescit, sed quę semel rupta est nullo artificio reparatur. Hinc Seneca in octaui. Pulchrum est inquit eminere inter illustres viros, consulere patriæ, parcere afflictis, fera cæde abstinere, tēpus atq; iræ dare, orbi quietē, sæculo pacē suo, Hæc summa Virtus, petitur hac cælum via; sic ille patriæ primus Augustus parens complexus astra est, colitur & templis Deus. hæc Seneca.

Huc spectat quod 3. reg. 10. legimus quod scilicet Lanceas aureas, & scuta aurea fecit rex Salomon quæ in templo in eius custodiam locauit. Ais nanq; an non ex ære meliora fierent arma in templi Diuini defensionem? benè quidem, sed aurea in mysterium facta sunt, vt enim Deum ac Dei honorem defendas ac tutum facias optima est Charitas per aurum significata, per opera amoris & clementiæ optimè seruatur Deus, quod maximè in sumo Sanctiss. Inquisitionis tribunali clarè cernitur. Hinc Vida Poeta lib. 5. Christiad. religiosus, fingit Iouem pro nuncio non mercurium sapientem sed clementiam habere, ac si dicat omnipotentem media Clementia seruari.

Casus obiter accidit. si non potest alteri subueniri nisi alter lædatur quid agendum? respondet verò D. Ambr. in lib. de offic. si non pōt alteri subueniri nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari quam grauari alterum, & infra, Sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus, posse autem solius est Dei. 24. q. 4. deniq;

Magis

Magis fauorabiles sunt partes rei, ne accusantium verisimilis opinio fallat, ne decipiat versutus sermo, sanè, vt asserit Chrisost. sup. matt. fornicarius neminem putat Castum, vbi Castus de fornicario non facilè suspicatur, superbus neminem putat humilem, Vbi humilis neminem putat esse superbum, sic qui non est ex Deo sacerdos neminem putat Sacerdotem ex Deo, ac tandem sicut difficile aliquem suspicatur malum qui bonus est, sic difficile aliquem suspicatur bonum qui ipse malus est. Qui mare nauigant, & qui in Curru velociter vehuntur, videtur eis quod montes & pallatia dimoueantur, cum tamen stabiles sint montes, ac suo consistant loco pallatia, sed cum ipsi cæleri ferantur cursu cætera omnia in motu iudicant, Ita mali inquieti sensibus, inquietos omnes falsò existimant.

Videntur pacato animo Accusatores contra pretensum reum loqui, ex quo magis nocere possint, quod magis dolet Propheta psal. 49. Dicens, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, quænam differentia vt magis sedens quam stans accuset? sedet qui pacatum ostendit animum & ex veritate loqui indicat, & id quidem offitiosum & magis perniciosum resultat. Tales Accusantes describit D. Bern. sup. Cant. ser. 24. dicens, Detractores, quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videbis à detractore alta præmitti suspiria, sicque cum quadam grauitate & tarditate, vultu mæsto, demissis supercilijs, & voce plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto persuasibiliorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde non inuido, & magis condolenti affectu quam maliriose proferri; Doleo, inquit, vehementer pro eo quod diligo eum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum, & alias mihi quidem benè compertum fuerat de eo istud, sed per me nunquam innotuisset, at quoniam per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum, reuerà ita est, Hæc Bern. de his etiam Hugo victor. super ps. 51. ait, Congregant paulatim minima vt post longum silentium cuncta simul obiecta plus noceant, quæ minus opinionem læderent, si per se singula prolata fuissent. Contra hos malignos, vt ait Auicena. 10. Metaph. neccesse est sit homo qui non permittat homines sequi suas sententias, diffiniendo

finiendo quid sit iustitia & quid iniuria, cuius esse magis necessarium est quam natiuitas supercilij & palpebrarum.

Fauendum reo & humiliandi Calumniatores. sic egit Iustus Dominus ac Saluator noster, pro quo rogat S. Rex Dauid ps. 71. dicens, Deus Iuditium tuum regi Da, subdens, Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum & humiliabit calũniatorẽ. Vbi notandũ quod vbi nos legimus, humiliabit calumniatorem, In Græco legitur, Humiliabit Sycophantam, Sycophanta verò ille dicitur qui molestiam alicui inferre cupit. Et hunc Dominus humiliat, veluti cum phariseis discipulos calumniantib. ac dicentib. quare discipuli tui man. non lauant. respondidit, quare & vos transgredimini mandata Dei p. traditiones vestras, Dignum verò notatu est, vt Ambr. calep. animaduertit, quod cum lex apud græcos esset vt nullus sub pæna mortis ficus in alieno horto colligeret, qui ficus colligentem accusabat sycophanta dicebatur; sycophanta nuncupabatur ergo qui tàm crudelis erat vt pro tam parua re qualis est ficus vitam hominis traderet. Talem verò humiliat Iustus princeps dominus, & hi humiliandi sunt à Iudicib. quos si non humiliant Iniusti Iudices, humiliabit ille qui iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit sycophantam, sic nanque eos humiliauit qui ante eum accusarunt dicentes, quare discipuli tui transgred. man. sen. non enim man. suas lauant &c. sycophantæ enim sic erãt, vt pro tam minima transgressione seruorum Dei famam labefactare conarẽtur.

Reo fauendum est per excusationem, Bern. sup. cant. ser. xi. Noli, inquit, iudicare proximũ, sed magis excusa, excusa intentionẽ, si opus non potes, puta ignorantiam, puta surreptionem, puta casum, quod si omnem omninò dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus tibi, & dicito apud temetipsum, vehemens fuit tentatio, quid de me illa fecisset si accepisset in me similiter potestatem. Ita Bern. & Seneca, Puerum ætas excusat, fæminam sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas, Amicus est scilicet qui offendit, fecit quod noluit, Inimicus fecit quod debuit. Sed & D. Isidor. lib. 1. soliloq. ait. Quamuis vera sint quæ dicuntur, credenda non sunt nisi quæ certis inditijs comprobantur, nisi quæ manifesto examine conuincuntur, nisi

nisi quæ ordine iudiciario publicantur, non enim qui accusatur, sed qui conuinctus reus est. Compati ergo miseris debemus accusatis, nec mente solum compati debemus, sed & opere, Gregor. lib. 19. mor. sic mens per compassionem doleat, vt etiam larga manus affectum doloris ostendat.

Tertij reg. 16. dicitur, In throno Salomonis sedile positum fuisse & manus hincinde sedile tenentes, sed & duos leones iuxta singulas manus stetisse. Sedile est principis mentis tranquilitas vel temperantia, Manus sunt largitas, & munificentia, Leones verò sunt fortis seueritas Iustitiæ, ac vigilantia, vt discernant superbosq; deijciant. Adde verò quod Leo iustissimi principis est symbolum, Leo etenim Simiæ singularis est inimicus, Vnde quidam Inuictissimus princeps depingere fecit Leonem vnguibus Simiam dilaniantem, & hoc vt misticè designaret principum munus fore inimicos se prebere fictis hominibus & simulatis per simiam designatis. Accedunt quamplures mille fictitijs verbis & calumnijs ad principem contra probum virum, sed vigil. Dominus tales penitus destruat & dissipet, summa verò videtur esse principis aut Iudicis Iniquitas si reum aduersariorum multitudine, eloquentia, & potentia oppressum, atque adeo indefensum, Ipse voce vultu crebris interrogationibus insuper vrget territat, ac premit. Paria autem sunt fouere deterimos & sæuire in bonos; sed is pessimus Iudex dici potest qui obiecta crimina pro adprobatis accipit.

Debilium sustentaculum debent esse principes in cuius signum forsitā baculum vel sceptrum deferunt, ad regimen debilibus præstandum, ac si ipsimet baculum se præbeant in auxilium fragilium ne ruant. Sed in hoc considera illud exod. 4. quod precepit Dominus Moysi vt baculum suum in terram proijceret, quo facto in serpentem versus est, ita vt fugeret moyses, At cur fugis moyses, nunquid non est hoc tuum sustentaculum baculus tuus? respondere potest moyses, An non fugiam ab eo quod baculum meum putabam, in quo confidebam, & video serpentem esse? Ita certè principes & Iudices quorum munus est regere debiles atq; defensare, si in terram cadunt, & terreni fiant, qui cælestes esse tenentur. Si terrenorum cupidi & sordidi fiant, In serpentes veneno pleni, aduersus sibi subditos conuertuntur,

virusq;

virusq; in eos effundunt, cum per eos eorum bona per phas & nephas rapiuntur, famaue aufertur, quare miseri subditi instar Moysis deterentur, & ab eorum facie fugiunt, Videntes id in quo plus spem refugij ponerent, serpentem fore.

Cæterum non est ita à Iudice lenitas amplectenda vt omninò aduersus malos seueritas ommittatur, sed vt docet Greg. 20. mor. miscenda est lenitas seueritati faciendo quoddam ex vtroq; temperamentum, vt neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi archa designat, in qua cum tabulis virga simul & manna erat, sit in Iudice virga discretionis, sit manna dulcedinis. Hinc Dauid, virga, inquit, tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, virga enim percutimur, & baculo sustentamur, sit ergo discretio virgæ quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet, Moyses sic amauit eos quibus præfuit vt pro eis nec sibi parceret, & tamen delinquentes sic persecutus est quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret, vtrobiq; ligatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gaudijs allegauit. ita Gregor.


Væ autem nobis. Officium officialium (vt ait Pet. Blesen.) est hodie Iura confundere, lites suscitare, transactiones rescindere, dilationes innectere, supprimere veritatem, fouere mendatium, questum sequi, æquitatem vendere, inhiare actionibus, versutias continuate. Vera ne sunt quæ dicimus? Verissima, manu omnia, & plura, & peiora tangimus, sed cur sic mali sunt officiales? respondeo hoc esse quia eorum Consultores sunt pessimi. At quinam sunt Consultores hi pessimi? Salust. in con. Cathel. Ira, & cupiditas Consultores pessimi. De Iudice cui tales consultores assistunt ait Sydon. li. 2. epist. 1. Ipse indicit vt Dominus, exigit vt Tyranus, calumniatur vt Barbarus, tota die à metu armatus, ab auaritia ieiunus, à cupiditate terribilis, à vanitate crudelis, à consilio tacet, in ecclesia iocatur, in ieiunio prædicat, in cubili damnat, in quæstione dormitat, implet quotidie siluas Latronibus, Villas hostibus, Altaria reis, Carceres clericis. Vah quot mala ab Ira, à cupiditate in eo Cui Iustitia est comendata, Perijt perijt Iustitia à cupiditate, ab ira suffocata.

Nn Hæc

Hæc verò Iustitia à quo in mundo suscitanda? Memor esto quo | Deipara Virgo Speculum Iustitiæ ab Ecclesia canitur, Speculum Iustitiæ, ora pro nobis, Cur Iustitiæ Speculum appellatur Maria Virgo? Narrat Ioannes Zonara Proculum Mathematicum propè Constantinopolim per specula Vstoria naues Classis Vitiliani Anastasij Imperatoris rebellis combusisse, Talium verò speculorum Inuentor dicitur Archimedes aduersus Romanos Syracusam eius patriam obsidentes, de hisq; vstorijs speculis tractatum confecit Orontius Fineus, Hæc autem combustio fieri perhibetur cum speculum ante solis iubar exponitur; Cæterum Maria Sacratissima speculum Iustitiæ dicitur, quandoquidem cum Iustitia iam cum charitate refriguit, à Maria speculo splendidiore iterum acenditur, cum ipsa semper in conspectu solis Iustitiæ qui est Christus Deus noster assistat, Hoc speculum sibi suscipiant Iudices, Aduocati, Curiales, litigantes & Principes. Vt sine macula deinceps inueniantur; Amen.

OMELIA XXII.

Non est sine culpa, qui rei quæ ad se non pertinet se immiscet.



INcensum in Dei templo Rex Ozias offerre concupiuit, obtulit, & percussus est lepra (2. paralip. 26.) Nimirum Incensum Altissimo offerre profectò Sacerdotum munus erat. Laicus Iudex etiam malefactores Christi Domini clericos iudicando, nec culpam nec excomunicationem euadit. De sen, excom, vt fam. nisi de licentia suorum prælatorum.

torum. Ratio verò illa est, quandoquidem ad eum non pertinet etiam si ille malus vel pessimus existat. Quare Oza qui Dei arcam inclinatam & ruentem deorsum retinuit à Deo percussus fuit (2. Reg. 6.) Porrò Cur Domine eum ad mortem percutis qui tuam ne ruat archam piè retinet? Quia ad ipsum hoc non attinebat offitium. Quia Clericum licet malū tangi nullo quoque modo volo ab illo qui laicus existit. Non est sine culpa q. rei. &c.

Clara est hæc regula. pone casum in clerico iaciente lapidem, Di. 50. clerico. Et de Monacho Chirurgico. De homi. tua. Et in cæco sagitante, 15. q. 1. Vt itaq; ibi de lamech cæco sagitta occidente Cayn. Pone etiam casum in eo qui se Iuris peritum asserit, cum Canonici & Ciuilis sit iuris ignarus, & pretextu assertionis in Iudicem fuerit assumptus per imperitiam malè iudicauit, videtur enim fuisse in culpa, quia rei ad se non pertinenti se immiscuit. Dyn. hoc in loco. Idem dic de eo qui se medicū asserit cum medicinam ignorat, & per imperitiam aliquem lædit, vt, ff. de offi. presi. l. illicitas. §. sicuti. Item in quolibet artifice asserente se peritum cum sit imperitus. Quia culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. Vt. ff. loca. l. siquis fundum. §. Celsus. Item in eo qui inuadit possessionem vacantem, quia cum sciat eam ad se non pertinere videtur fuisse in culpa, & propterea tenetur. Dyn. hoc in loco.

Contra hanc regulam arguunt Doctores, D. Anton. & Dynus precipuè dicentes, Si vera est hæc regula ergo culpa est gerere aliena negotia, & offitium tractatus, & sic est contra id quod habetur. ff. de neg. ge. quia cum gerens aliena negotia sine mandato sit in culpa, debet sibi actio denegari. tamen facilis est solutio huius difficultatis, Sciendum igitur quod propriè loquendo inter Deum & hominem est religio (22. q. 4. vnusquisq;) Inter Prælatum & subditum obedientia (ij. q. 6. qui se scit) Inter maiorem & minorem reuerentia (Di. 93. per totum) Inter patrem & filium dilectio (5. q. 5. non osculatur) Inter Consanguineos pietas. Inter Dominum & seruum seruitium, Inter patronum & libertum obsequium, Inter hominem & hominem offitium, Naturaliter ergo homo homini offitium debet. Vt ff. de serui. expor. l. seruus. ea l. magis suum offitium vide-

tur adimplere quam culpabiliter rei alienæ se immiscere, il- lud .n. fecit quod inter homines natura constituit faciendum. Quinimò è contra Damnatur Cayn dicens, nunquid Custos sum fratris mei. Machiauelistæ sunt sibi solis vacantes, se ipsos amantes. Vnde successores Caym dici possent.

Est autem bona mater Charitas, ait Bern. quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniuersos, cum te arguit mitis est, cum blanditur simplex est, piè solet seruire, sine dolore mulcere, patienter nouit irasci, humiliter indignari, Charitas hominum mater est & Angelorum, non solum quæ in terris, sed etiam quæ in cælo sunt pacificauit, ipsa est quæ Deum homini placauit, & hominem Deo reconciliauit.

Queri hic posset, Possumus ne pro alijs orare? Error nanq; fuit Ioannis Vuicleff impiè asserentis pro alijs non esse orandum, qui error damnatus fuit In conc. Constāt. sess. 8. Nimirum ex sacra scriptura docemur clarè pro alijs proficuam fore orationem. Iob. 42. præcepit Dominus eliphaz vt pro se orare faceret Iob. In actib. etiam Apostolorum, cap. 12. legitur Ecclesiam pro Petro orasse, Paulus etiam Tessalonicensib. scribens affirmat pro ipsis orare. 1. Tessal. 5. & Rom. 15. Ipsemet Paulus Romanos rogat, Vt pro ipso orent, Idem petit à colossen. (c.4.) Idem à Timotheo (1. Tim. 2.) Gen. 20: Abimelech precipit Dominus vt in Intercessorem Abrahamum sumat. Iob. 5. legitur quod præcepit Dominus Iob, dicens, Ad aliquem Sanctorum conuertere. Hinc dicunt Sancti aduersus Dominum (per os Dauid ps. 65.) Posuisti tribulationes in dorso nostro, Imposuisti homines super capita nostra (è Vn' Atlante qualsiuoglia Santo, che porta tut'il Mondo in spalla) sed aliàs orat Dauid. Intret postulatio mea in conspectu tuo Domine. Vbi legit D. Ambro. Intret dignitas mea in conspectu tuo, Dignitas verò hominis (ait Doct. Incog.) Sancti Dei sunt, Intrent ij ad deprecandum igitur pro me, & saluus ero. Idem Propheta Mansiones Sanctorum Altaria dicit esse, cum ait. Quam dilecta tabernac. t. Beati qui hab. Altaria tua Dom. virtut. Beati q hab. in domo t. Cur Altaria Mansiones Sanctorum? Ita certè, quoniam super Altaria preces sac. Sacerdotes pro popu-

populo offerunt, Et in cælo hoc Beati peragunt &c. Percutit .n. sol in clypeos aureos, & resplendent montes ab eis, & fortitudo gentiũ dissipatur. Mille clypei pendent ex Eccl. &c.

Porrò Proficuam esse Sanctorum Intercessionem sacra ostendit pagina multis alijs in locis. Luc. 4. habemus quod Socrus Simonis precibus Apostolorum sanatur. 4. reg. 19. ait Dominus ipse, Protegam Vrbem istam, propter me & Dauid seruum meum. Hinc Dauid, ps. 132. ait, Memento Dom. Dauid &c. Hinc Baruc. 3. Audi preces mortuorum Israel. Hinc Hierem. 15. si steterint coram me Moyses, & Aaron. &c. 2. Macab. 15. Tobiæ 12. Apoc. 5. idem habetur. Hinc (Luc. 6. Centurio Intercessores ad Christum mittit. Hinc Luc. 16. Christus ait, facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, qui introducant vos in æterna tabernacula. Hinc Iacob (Gen. 48.) Inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorum Abraham & Isaac. Hinc Dan. (3.) Ne auferas misericordiam propter Abraham.

Hoc affirmant patenter Sacri Doctores, Augustinus, dicens, Oremus Diuum Laurentium. D. Ambros. dicens. Obsecrandi sunt Angeli, obsecrandi Martires. D. Hieronim. dicens. Vale Paula & tui cultoris vltimã senectutem orationib. iuua. D. Basil. dicens, Orandi sunt Sancti. Origenes, dicens. O Beate Iob, ora pro nobis. Idem confirmant Sacra Concilia. Concil. Gangrense cap. 20. Concil. Aurel. cap. 29. Concil. Gerundense. cap. 3. Concil. Toletan. 5. cap. 1. Concil. Toletan. 6 cap. 2. Concil. Bracarense 2. c. 9.

Animaduertite fratres hoc in loco quod sæpè Beatiss. Virgo Dei Mater. Colũba in sacra pagina nuncupatur, vnde in Cantic. ait Dilectus, Veni Colũba mea &c. At cur Colũba dicitur Dei Genitrix? Mirabile profectò est ꝙ de colũbis ab his qui experiẽtia didicerunt, fertur, vz. ꝙ Aliqui columbas vehunt ex aliqua vrbe, & si neccessitas ita postulet & res alicuius momenti se offerat, litteras ad annulos ex columbæ crurib. dependentes solidis nexib. applicant, dimittentes inde Columbã. q̃ auolans litteras simul secum in locũ destinatũ ꝑ aerem vehat vnde vz. Colũba oriunda fuit. nec raro talis legatio (vt dicitur) vltra mille milliaria à Colũbis cõficitur Colũba ergo Dei Genit. nostris eã orat. de cælo trahimus. ei nostras commẽdemus petitiones, & eas in cęlũ coram Dño benignè offeret.

Ferunt

Ferunt nonnulli fuisse quosdam qui Absenti Amico occulta manifestare volentes, illa in speculo scribebant, Idque Lunæ ostendebant, In Luna verò omnia, absens amicus legebat; fatuum hoc putamus, sed, speculum iustitiæ appellatur MARIA. Nos, Deo contendimus occultas nostras manifestare angustias, & si omnia ex se nouerit, sed vt subueniat petitiones porigimus, Ad Mariam curamus quæ semper Lunę humanitatis filij adstat, & per Dominum nostrum Iesum Christum omnia concedet eternus Pater.

Orant ergo pro nobis Iusti ex maxima eorum Charitate de qua dicitur, quod non querit quæ sua sunt, sed pascit esurienres charitas, eosdem etiam pascit superbia, at Charitas vt Deus laudetur, superbia vt ipsa laudetur, vestit nudos Charitas, vestit & superbia, sed Charitas ne pereat pauper, superbia vt viuat propria fama, Ieiunat Charitas, ieiunat & superbia, sed Charitas vt seruiatur Deus, superbia ut seruiatur numus. En quod Charitas non querit quæ sua sunt ad superbiæ differentiam.

Ideo Teofrastus cum quidam diceret, Ille illius amicus est; Cur ergo, inquit, illo Diuite pauper est, amicus non est qui fortunæ particeps non est: Vnde & Seneca. epist.48. Non potest, ait, quisquam benè degere, qui se tantum intuetur, Alteri uiuas oportet si uis tibi uiuere, hæc societas diligenter & sanctè obseruata quæ nos homines hominibus miscet, & iudicat aliquid esse commune ius generis humani. Ita & Tullius de amicitia scribit. Amicitia absentes adsunt, egentes abundant, Imbecilli valent, & quod difficilius dictu est, mortui viuunt; & Cassiodor. sine amicis omnis cogitatio esset tædium, omnis opatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum, sine quorum solatio viuere esset mori. Amicitia tandem, sm̃ Tullium, est diuinarum, humanarumq; rerum summa cum beneuolentia consensio.

Stat ergo vt sine culpa aliena tractare possimus negotia, quinimò virtus est pertractare ea, sed ne quid nimis animaduertit regula ne Charitatis limites exeamus in proximorum perniciem, sanè nimius salis vsus in pernitiem vertitur, virtus etiam ipsa si moderata non sit virtutis nomen ammittit, & vitium est, vt affirmat Richardus S. Victor. Timor .n. nimius sæpè cadit in desperationem, Dolor nimius in

ama-

amaritudinem, spes immoderata in presumptionem, lætitia superuacua in dissolutionem, Ira intemperata in furorem, Ita amor superfluus in Adulationem vertitur. Virtutes n. in vitia omnes vertuntur si per discretionem non moderantur.

Casus. Iam ex presenti Regula, Cum Sacratiss. Virgo in Conuiuio Galilex filio, dixit Vinum non habent, Nunquid culpabilis fuit? Nimirum respondit ei Dominus, Quid mihi & tibi, si Vinum non habent, Ac si diceret ad nos non pertinet, rei alienæ te immisces Mater. Quid ergo, in Culpa fuisse B. Virginem dicemus in nuptijs? Respondet Richerius lib. 3. de laud. Virg. c. 19. Increpata Maria non est, quia omnis expers culpæ, quod filius manifestauit faciens quod petijt, nec n. faceret si malè peteretur, sed propter nos responsio illa data est instruendos primum non à matre accepisse vnde miracula faceret, sed à Patre, vnde se Deum osten dit. secundò ne in spiritualib. agendis parentum curam geramus nec ad eos nimium efficiamur, sed solum Dei spectemus gloriam. Maximus etiam hom. 1. in fest. epiph. & Gaudentius trac. 2. dicunt Mariam spiritu prophetico afflatam petijsse vinum, & ministris dixisse, quodcunq; dixerit vobis facite. secura argo de miraculo & gloria Dei non fuit culpabilis.

Sed Cur Dominus eam culpabilem videtur ostendere? iam diximus quid Domini verba preseferant, sed iterum adijciamus, Verba illa comendare erga nos Mariæ amplissimum amorem & nimiam solicitudinem, tanta verò erga nos est Mariæ beneuolentia vt reprehensione digna videatur, Reprehensum Deum à sanctis propter ineffabilem in peccatores pietatem pluries audiuimus in sacris litteris, Iam Diuina misericordia excessus Dei appellatur, Iam multus ad ignoscendum ipse dicitur, Iam vino inebriatus, iam obiurgant illum Prophetæ Ionas & Abacuc, Quare non respicis contemptores, & taces deuorante impio iustiorem se? & Dauid vsque quo peccatores domine? De hoc murmurant qui prima hora venerunt, Iam filius senior irascitur. Ad quid hæc omnia in sac. scriptura dicuntur? Num in Deo culpa? nunquid reprehensione dignum? Absit, sed vt tanta significetur misericordia, vt limites excedat humani Iudicij & superabundans videatur. Simile Mariæ contigisse videtur,

tanta

tanta eius in nos misericordia, Cura, Charitasque, vt oret pro omnibus etiam ad eam non pertinentibus, etiam pro profligatissimis, Cui Christus quid ad te & ad me, de his qui inimici sunt, quasi eam reprehendit Christus, non quod reprehensibile illa prestiterit, sed vt maxima & superabundans eius in nos Cura demonstretur, Quia hęc est illa sponsa Isaac, quæ non solum homini, sed etiam Camelis potum tribuit, & in hoc dignoscitur Dei sponsa, si peccatores omnes recipiat, si etiam eos qui longè sunt trahat.

Non est sine culpa qui rei que &c. Non est Laicus princeps Iudex eorum quæ ad religionem spectant, sed Ecclesiasticus. Aggei 2. Hæc dicit Dom. Deus exercituum, Interroga Sacerdotes legem. A Sacerdote ergo querendum de lege, quid scilicet agendum, & ipse iudicabit. Malach. 2. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. quia Angelus Dom. exercituum est. Pro hac materia diffusè tractanda, videatur Belarm. Tom. 1. de Verbi Dei interp. li. 3, c. 6. 7. & 8. Culpabilis est ergo Princeps laicus, qui iuxta perfidam Machiauelli doctrinam circa religionem Iudicare contendit. Hinc D. Athanas. epist. ad solit. Antichristum appellat Constantium Imperatorem, ex eo quia authoritatem Ecclesiasticam & spiritualem sibi vsurpauerat, affirmatque abhominationem eam esse dessolationis de qua Daniel propherauit.

D. etiam Ambros. epist. 32. reprehendit Valentinianum Iuniorem, qui ab Arrianis deceptus in Ecclesiasticis iudicare contendebat. Idemque Ambros. epist. 33. ad sororem. affirmat disputationem in eis quæ sunt fidei ad Sacerdotes pertinere. & in epist. 32. ait, Ad Imperatorem attinent palatia, ad Sacerdotem Ecclesia.

Seuerus Sulpit. lib. 2. sac. hist. in fi. scribit Diuum Martinum dixisse Maximo Imperatori, Nouum esse, inauditum, & abhominabile quod sæcularis princeps Ecclesiasticarum rerum Iudex fiat.

D. Gregor. Nazianz. orat. 17. ad Ciues timore perc. ait, Vos qui oues estis, nolite pastores vestros iudicare, leges legislatoribus nolite ferre.

D. Chrisost. de uerb. Esa. hom. 4. hortatur reges ut infra limites suos contineantur, dicens, Reges iudicare terrena habent,

bent, sed sacerdotum potestas de cælo venit, propterea regis caput sub potenti sacerdotis manu inclinatur.

Heroicis temporibus vt Aristot. testatur, curam sacrorum habebant quidem principes, non quod ipsi sacrum facerent. licet Matusalem Rex esset ac sacerdos, sed curam illam sumebant, vt sacrifitia ipsa magnificè cælebrarentur.

Diotimius verò tria scribit principi neccessaria, Pietas, Iustitia, Militia, Pietasque neccessaria est principi pro se ipso, vt perfectus ipse fiat, Iustitia neccessaria est pro suis, vt ipsi benè ordinentur, Militia tandem neccessaria extimatur, vt extranei & Inimici procul pellantur.

Cæterum vidimus temporibus nostris quod tam regnum quã sacerdotium aliqualiter sit corruptum, quod probauit iam Ailredus sup. illa verba Gen. fecit Deus duo magna luminaria &c. vbi dicit, sunt in Sanctæ Ecclesiæ firmamento à Domino creata duo magna luminaria, Sacerdotium scilicet, & regnum, Rex, & Episcopus, Princeps, & Clericus, Dies spiritualia, Nox sæcularia prefigurat. Ita luminare maius Sacerdotium, vt presit diei, idest spiritualibus, luminare minus, regnum, vt presit nocti, idest sæcularibus: Contra naturam proinde est, si Sol nocti, si præsit Luna diei: Si princeps ad spiritualia se ingerat, si sacerdos nimis sæcularium negotiorum tenebris, conscientiæ suæ serenum obnubilet. Væ nobis qui in ista infelicia tempora incidimus in quibus Sol in tenebras est conuersus. Eia videant ipsi Pontifices quorum vices gerunt, quorum obtinuerunt cathedras, quorum infulis gloriantur; & iudicent ipsi si non est ita vt cernimus; considerent quos scieutiæ radios, quæ virtutum lumina, quas charitatis scintillas, quæ spiritualium corruscationum fulgura suis emittebant temporibus, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Martinus, & mille alij; fælicia tempora, in quibus tam rarò malus, quam nunc bonus in Ecclesia inuenitur. Nunc etiam Luna versa est in sanguinem, Nam manus principum plenæ sunt sanguine, exactionibus & vectigalibus, effundentes viscera miserorum, iustificantes impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferentes ab eo. Hæc Ailredus.

Non est sine culpa, &c. Casus, cadit ne in Canonem excommunicationis qui potest defendere Clericum à violenta

manu & non defendit? Reuerà fautor mali presumiturqui ipsum prohibere & impedire potest, & non facit, Dicimusque in Canone latę sententię ab ipso iure incidere,& maiori excommunicatione ligari eum qui potest defendere Clericum à violenta manuum iniectione & non defendit. Ext. de sent.excom. quantæ presumptionis. Hoc verò non solùm restringitur ad illos qui tantum ratione potestatis & officij hoc prohibere possunt, 23. q. 4. forte. & c. duo ista nomina. Sed etiam intelligitur de illo, qui, & si non ratione potestatis vel officij hoc prohibere potest, potest tamen aliter, puta quia scit hoc fieri debere per alium, Cui si diceret, Caueas ne illud facias, statim abstineret. vt patet satis apertè in. c. decretali, quando dixit, ne autem solos violentię huius actores, idest qui hoc faciunt, vel precipiũt hoc fieri, vel in hoc expresse consentiunt aliquorum præsumptio extimet puniendos. facientes & consentientes, pari pæna puniendos catholica condemnat auctoritas. eos delinquentibus fauere interpretans, qui, subaudi, quamuis expressè non consenserint, tamen hoc fieri debere scientes. cum possent, subaudi, nudo verbo tãtum hoc prohibere manifesto facinori desinunt obuiare, 83. dist. §. 1. & c. sequenti & c. error & 86. dist. faciatis. ff. ad se con. Silla. l. ij. §. potuisse & §. sequenti & §. pen. & hoc hodie comprobatur, ext. de sent. excom. dist. innuitur.

Non est sine culpa qui rei quæ ad ipsum non pertinet se immiscet, Curiositas damnatur per hanc regulam, Curiositas enim superflua est inuestigatio ad se non pertinentium, sunt n. qui desertis virtutibus (*August.* in lib. de morib. Ecclesiæ) & nescientes quid sit Deus, & quanta sit Maiestas semper eodem modo manentis naturæ, magnum aliquid se agere putant si vniuersam istam corporis molē quam mundum nũcupamus curiosissimè perquirant, vnde etiam tanta superbia gignitur, vt in ipso cælo de quo sæpe disputant sibimet habitare videantur. Quare Isdem August. de vera religione. *In* consideratione, inquit, creaturarum non est vana & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia & semper manentia faciendus. Nihilominus, vt ait Hyeron. Nugas tenemus, & fonte veritatis ammisso opinionum riuulos consectamur, *P*ersimiles adolescentibus

sumus

sumus de quibus ait Chrisostom. in prolog. sup. Mat. Adolescentib. in ludo literarum positis non tam placent solida quam picta, quique potius pulcra quam vtilia sectantur, nec tam agentia diligunt quàm sonantia, magis gaudent foliorum amenitate conspargi, quàm fructuum vbertate nutriri.
Quæ Deus occulta esse voluit non sunt scrutanda, vnde Chrisost. sup. illud mat. 11. Nemo nouit filium nisi pater, Pharisei, inquit, De Deo querere contendentes, nihil aliud se inuenisse contesti sunt, nisi quod incognoscibilis est Deus, sed sicut qui inauigabile Oceanum vsurpat nauigare, dum non potest transire, neccesse est vt per eandem viam reuertatur, sic & illi ab ignorantia ceperunt, & in ignorantia finierunt. Acrior tamen est cupiditas ignota cognoscendi (vt docet Seneca) quàm nota repetendi, hoc in Histrionibus, hoc in oratoribus, hoc in omnib. denique rebus videmus accidere, ad noua homines concurrunt, ad noua conueniunt, adeo vt quicquid insolitum est in turba etiam notabile est. Hinc quidam antequam disciplinis elementaribus imbuantur scire contendunt quid Anima, quid fatum, quid casus, quid liberum arbitrium, queruntque de materia & motu, de principijs corporum, de progressu multitudinis & magnitudinis sectione, quid sit tempus, quid inane, quid locus, de reflexione oceani, de ortu Nili, De varijs latentis naturæ secretis, De varijs figuris causarum, de primis rerum initijs, & alijs quampluribus. que plenioris scientiæ fundamentum, & eminentiores exigunt intellectus, Quos hortatur Seneca dicens. Relinque istum ludum literarum philosophorum qui animum minuta dicendo diminuunt & conterunt, & id agunt, vt philosophia potius difficilis quàm magna videatur, Socrates qui totam philosophiam reuocauit ad mores, hanc summam dixit esse sapientiam, bona, malaque distinguere. Sophistas verò istos ridet Isdem Seneca epist, 49 inquiens, Mus syllaba est, Mus autem Caseum rodit, sillaba ergo caseum rodit. quid mihi ex ista sententia periculum imminet, quod incommodum? An fortè acutior est ista collectio, Mus sillaba est, syllaba autem Caseum non rodit. ò pueriles ineptias in hoc supercilia subduximus, in hoc barbam demisimus, hoc est quod tristes docemus & pallidi, quę dementia ē superuacua discere in tāta tēporis egestate?

Compescat se igitur humana temeritas in inuestigatione inutilium & ad humanum Christianúq; intellectum non spectantium. Verum minus est hoc malum curiositatis in inuestigatione syderum & elementorum, malum est maius quod dimissis hijs accedunt homines ad perscrutandas etiã proximorũ cogitationes q̃ solius est Dei, vnde & temeraria fiunt sepè iuditia, quare Hugo lib. 1. de anima, Plura, inquit, machinatur cor meum vno momento, quàm omnes homines perficere possent vno anno, sed redi frater ad Cor tuum, ac subtiliter discute te ipsum, frustra enim cordis oculum errigit ad videndum cæteros, qui nondum idoneus est ad videndum seipsum. Si tamen pietatis causa requisitus consilium prestare poteris, libenti animo accurendum, vt n. dicit D. Ambros. lib. 2. de offic. Quid tibi prodest habere sapientiam si consilium neges? si consulendi copiam includas? Clausisti fontem, vt nec alijs influat nec tibi profit.

Causam verò cur quis alterius errorem percipit magis quam proprium reddit D. Chrisostom. sup. illud mat. væ uobis scribæ & phar. qui edif. sep. dicens, Alter alterius culpam citò intelligit, suam autem difficilè, quia homo in causa alterius tranquillum habet cor, in sua autem turbatur, perturbatio autem cordis, non permittit hominem considerare quod bonum est.

Casus. Culpabilis ne est Religiosus qui relicta propria cella sępè uisitationib. sæcularium uacat? Respondet D. Iacobus in epist. c. 1. dicens, Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hęc est, uisitare pupillos & Viduas in tribulatione eorũ, & immaculatũ se custodire ab hoc sæculo, exponit D. Thom. ut uisitare pupillos corporaliter, cõsolatione uerborũ, & erogatione munerũ & protectione malorũ, unde p̃ hæc intelligit oĩa opa misericordię, Nõ diuites in tribulatione eorũ, inquit, nõ in p̃speritate sicut multi faciũt qui socij sunt mensæ. hæc D. Thom. sequitur uerò D. Iacob. dicẽs, & ĩmaculatũ se custodire ab hoc sæculo, hoc est, Visitãdo pupillos & Viduas, religio bona est, si immaculati se custodiãt ĩ hoc religiosi ab hoc sæculo si nõ maculẽtur, supple, à pupillis siue à uiduis. De qua uerò macula loqui uellit Apostolus, intelligit qui mulierum ac puerorũ naturalia non ignorat.

Absolutè loquendo dicendum nisi vrgeat neccessitas culpabi-

le

le esse, viro religioso sæcularibus interesse, laudabile uerò proprijs uacare cellis. Origen.hom.9 i.super leuitic. sic ait, Quandiù quis permixtus est turbis, & in multitudine fluctuantium uolutatur, non uacat soli Deo, nec segregatus est à uulgo nec potest esse sanctus, hæc Origenes. Quinimò & Seneca hortatur dicens fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge & unum, unus pro populo mihi est, & populus pro uno, mihi satis est unus, satis est nullus, hæc Seneca. Laudatur ideo Dominus à propheta regio dicente, Qui habitare facis unius moris in Domo, ubi de religiosis utique loquitur qui unius moris sunt, & ordinis humilitatis, Arbores extra uiridarium, periculo exponuntur, Religiosi quanto magis abundant uirtutibus si extra claustra apparent, periculis subiacent innumeris &c. tuncque occasionem laudandi Deum populis tribuunt cum in domo extra non cursitantes inhabitant. Insignes quoque uiri appellantur in sacris litteris suis Vacantes, Vnde Iudic. 6. Angelus Gedeoni apparuit in propria domo granum mundanti & dixit, Dominus tecum uirorum fortissime. Magnum ne quid est granum mundare? Voluit Spiritus Sanctus ostendere quod qui suis segregatim uacat, fortissimus, laudabilis magis est quàm cæteri & comendandus. Quod si dicat quis uelle è Conuentu egredi ad uidendum solum sed non concupiscendum, Respondet D.Hieron.ad Eustoch.Non licet uidere, quod concupiscere non licet.

Probat etiam Gilbertus sup. Tren. Candidiores Nazarei &c. quod frequentare sæcularia propositum sanctitatis & habitum decolorat.dicens Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubic. ebore antiquo. saphiro pulchriores, denigrata est super carbones facies eorum. Magna certè collaudatio, sed misera commutatio, candor niuis lactis nitor, eboris rubor, pulchritudo saphiri & puritas, carbonis obducitur nigredine. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt agniti in platheis. Non sunt utique pro Nazareis cogniti iam in platheis, silebo de alijs, ordinis nostri cernite Viros, quàm admirabile erat nomen eorum in uniuersa terra, in initijs quando uix erant in platheis, statim cogniti pro sanctitatis signo erant in eis, Nunc autem nullo religionis discrimine, nullo priuilegio conuersationis, aut

nullo

nullo aut pertenui distincti, & signati sunt à cæteris, Ideo non sunt cogniti quasi Nazarei In platheis, frequentia plathearum decolorat Nazareos, & peregrinam speciem inducit. Hæc Gilbert.

Hinc Gregor. Nazianz. de vitæ itinerib. ait, forum, vitiorum schola. Hinc Rubertus Abbas, in Luc. c. 3. de Iohanne Baptista loquens, obseruans verba illa, factum est verbum Domini super Ioannem in deserto, docet quod postquam Ioannes plenus fuit gratia in mundo natus, absconditus fuit à Domino in deserto, cur hoc? Ne oculi, inquit, visuri presentiam veræ lucis, quidpiam haurirent de concupiscentia carnis, nec digitus qui monstratutus erat agnum Dei, aliquid tangeret de passa piscis coinquinati, & pulchritudo oris eius à quo audiendum erat primum verbum gratiæ, aliquomodo defloresceret.

Quid? torpentes nè dicendi erunt religiosi? similem humanam vitam dicebat Pythagoras congregationi hominum in theatralibus conuenientium, in qua alij viribus & corporum agilitate, Alij equorum cursibus præmium victoriæ, & popularem procurant auram, Alij tamen magis graues & incliti, nec gloriam, nec plausum, nec lucrum querentes, solum se ibi spectatores prebent, nil aliud querentes quàm scire quid eueniat: Ita sanè in vita hac vt in spectaculo, Alij lucrum, alij gloriam expostulant, Nonnulli tamen Nil temporalia, vel vtile, vel humanam laudem aut delectationem facientes, tantummodo rerum naturas scire contendunt, scrutanturque diligenter quæ fiant, & hi, inquit Pythagoras, studiosi sapientiæ videlicet Philosophi nuncupantur. Ita certè Religiosi qui litterarum studijs diligenter, & iugiter vacant &c.

Queritur etiam, licita ne est Clericis venatio? Concil. Francicanum inter ea quæ sacerdotib. prohibet, hæc inserit dicens, Nec non & venationes, & Syluaticas vagationes cum canibus, omnib. seruis Dei interdicimus, similiter vt accipitres & falcones non habeant. Concil. verò Turonense sub Carolo magno congregatum, cap. 8. sic asserit, Sacerdotes venationes ferarum vel auium, minimè sectentur. In concilijs autem Agatensi. cap. 55. & epauuensi cap. 3. hæc verba, concorditer habentur, Si Episcopus delatus sit canes vel accipitres

pitres habere ad venandum tribus mensibus se suspendat à comunione, Præsbiter duobus mensibus, Diaconus verò ab omni offitio, vel comunione cessabit.

Adde autem prædictis quod si culpabile absolutè dicitur Religiosum conuersationes cum sæcularib. habere, vel etiam videre, Multò magis eorum cum fæminis consuetudo culpabilis & perniciosa erit. Quare D. Hieron. ad Ocean. ait. Præcipuè illud reor attentius tibi esse prouidendum, quia prima temptamenta sunt Clericor. mulierum frequenter accessus, Ille sexus, reprehensibiles exhibet Clericos; quid tibi reuerà cum fæminis, qui ad Altare cum Domino fabularis. & inf. Germinant .n. fæminæ spinas cum viris habitantes, & archana mentium acuto Mucrone percutiunt, Monachum vel Clericum, solitudo facit non publicum. hæc Hieron. Qui etiam ad Nepotian. ait. Caueto omnes suspitiones, & quicquid probabiliter fingi potest deuita. Et idem Doc. S. in reg. ad Monac. mihi crede, inquit, Non potest toto corde cum Domino habitare qui feminarum accessibus copuletur. Et superius. Nociuum genus fæmina, Ianua Diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, Cum proximat stipula, accendit ignem, fæmineo igne percutit conscientiam pariter habitantis, exuritq; fundamenta montiū.

Casus verò queri potest. Nunquid maioris virtutis est cum fæminis colloqui & contemnere voluptatem, &c.? Respondet D. Hieron. in reg. ad Monac. licet quidam putent maioris esse virtutis presentem contemnere voluptatem, Tamen ego sęcurioris arbitror continentiæ nescire quod querat.

Sed dicunt, per has conuersationes, temporalia in benefitium Congregationis procurare. Vah, quid dicis frater, si sic, ergo, Non perfectus es Christi Discipulus, qui ait, Nolite cogitare de Crastino. Audi D. Bernardum Iesu Dom. seruum. Ait .n. Bern. Fęlix Domus, & Beata semper Congregatio, vbi de Maria, Martha conqueritur, Nam Mariam Marthæ æmulari indignum prorsus est. hæc Bern. Audi D. Chrisost sup. epist. ad hæb. ser. 25. vbi ait. Cōtēne diuitias, & eris locuplex. Cæterum Negotiator dici potes qui sæcularium pro lucro captando familiaritates queris. Audi D. Hieron. ad Nepotian. de vita Clericorum Negociatorem Clericum, ait ipse, ex inope Diuitem, ex ignobili gloriosum,

quasi

nullo aut pertenui distincti, & signati sunt à cæteris, Ideo non sunt cogniti quasi Nazarei In platheis, frequentia plathearum decolorat Nazareos, & peregrinam speciem inducit. Hæc Gilbert.

Hinc Gregor. Nazianz. de vitæ itinerib. ait, forum, vitiorum schola. Hinc Rubertus Abbas, in Luc. c. 3. de Iohanne Baptista loquens, obseruans verba illa, factum est verbum Domini super Ioannem in deserto, docet quod postquam Ioannes plenus fuit gratia in mundo natus, absconditus fuit à Domino in deserto, cur hoc? Ne oculi, inquit, visuri presentiam veræ lucis, quidpiam haurirent de concupiscentia carnis, nec digitus qui monstraturus erat agnum Dei, aliquid tangeret de passa piscis coinquinati, & pulchritudo oris eius à quo audiendum erat primum verbum gratiæ, aliquomodo deflorescceret.

Quid? torpentes nè dicendi erunt religiosi? similem humanam vitam dicebat Pythagoras congregationi hominum in theatralibus conuenientium, in qua alij viribus & corporum agilitate, Alij equorum cursibus præmium victoriæ, & popularem procurant auram, Alij tamen magis graues & inclit, nec gloriam, nec plausum, nec lucrum querentes, solum se ibi spectatores prebent, nil aliud querentes quàm scire quid eueniat: Ita sanè in vita hac vt in spectaculo, Alij lucrum, alij gloriam expostulant, Nonnulli tamen Nil temporalia, vel vtile, vel humanam laudem aut delectationem facientes, tantummodo rerum naturas scire contendunt, scrutanturque diligenter quæ fiant, & hi, inquit Pythagoras, studiosi sapientiæ videlicet Philosophi nuncupantur. Ita certè Religiosi qui litterarum studijs diligenter, & iugiter vacant &c.

Queritur etiam licita ne est Clericis venatio? Concil. Fraucicanum inter ea quæ sacerdotib. prohibet, hæc inserit dicens, Nec non & venationes, & Syluaticas vagationes cum canibus, omnib. seruis Dei interdicimus, similiter vt accipitres & falcones non habeant. Concil. verò Turonense sub Carolo magno congregatum, cap. 8. sic asserit, Sacerdotes venationes ferarum vel auium, minimè sectentur. In concilijs autem Agatensi. cap. 55. & epauuensi cap. 3. hæc verba, concorditer habentur, Si Episcopus delatus sit canes vel accipitres

pitres

pitres habere ad venandum tribus mensibus se suspendat à comunione, Præsbiter duobus mensibus, Diaconus verò ab omni officio, vel comunione cessabit.

Adde autem prædictis quod si culpabile absolutè dicitur Religiosum conuersationes cum sæcularib. habere, vel etiam videre, Multò magis eorum cum fæminis consuetudo culpabilis & perniciosa erit. Quare D. Hieron. ad Ocean. ait. Præcipuè illud reor attentius tibi esse prouidendum, quia prima temptamenta sunt Clericor. mulierum frequenter accessus, Ille sexus, reprehensibiles exhibet Clericos; quid tibi reuerà cum fæminis, qui ad Altare cum Domino fabularis. & inf. Germinant .n. fæminæ spinas cum viris habitantes, & archana mentium acuto Mucrone percutiunt, Monachum vel Clericum, solitudo facit non publicum. hæc Hieron. Qui etiam ad Nepotian. ait. Caueto omnes suspitiones, & quicquid probabiliter fingi potest deuita. Et idem Doc. S. in reg. ad Monac. mihi crede, inquit, Non potest toto corde cum Domino habitare qui feminarum accessibus copuletur. Et superius. Nociuum genus fæmina, Ianua Diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, Cum proximat stipula, accendit ignem, fæmineo igne percutit conscientiam pariter habitantis, exuritq; fundamenta montiũ.

Casus verò queri potest. Nunquid maioris virtutis est cum fæminis colloqui & contemnere voluptatem, &c.? Respondet D. Hieron. in reg. ad Monac. licet quidam putent maioris esse virtutis presentem contemnere voluptatem, Tamen ego sęcurioris arbitror continentiæ nescire quod querat.

Sed dicunt, per has conuersationes, temporalia in benefitium Congregationis procurare. Vah, quid dicis frater, si sic, ergo, Non perfectus es Christi Discipulus, qui ait, Nolite cogitare de Crastino. Audi D. Bernardum Iesu Dom. seruum. Ait .n. Bern. Fęlix Domus, & Beata semper Congregatio, vbi de Maria, Martha conqueritur, Nam Mariam Marthæ æmulari indignum prorsus est. hæc Bern. Audi D. Chrisost. sup. epist. ad hæb. ser. 25. vbi ait. Cõtẽne diuitias, & eris locuplex. Cæterum Negotiator dici potes qui sæcularium pro lucro captando familiaritates queris. Audi D. Hieron. ad Nepotian. de vita Clericorum Negociatorem Clericum, ait ipse, ex inope Diuitem, ex ignobili gloriosum,

quasi

quasi quandam pestem fuge.

Non est sine culpa qui rei quæ,&c. qui nocturna illusione propter lectionem librorum gentilium in quib. vana habentur, polluitur, dicendus ne Culpabilis? D. Isidor. in lib sent.& Dist. 37.ait. Ideo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta fabularum, nimium excitant mentem ad incentiua libidinum; Non .n. solùm thura offerendo dæmonib. immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo. hæc ille, consulat igitur quisq; propriam conscientiam, &c.

Alius est casus. licet ne viro muliebrem induere vestem & è contra? Non diù immorandum in hoc. Quippè Hæbreorum lege immundus censebatur esse omnis qui vel muliebrem vir, vel virilem mulier uestem induerentur. Quod si uerè, ut inquit Ambr. discutias, longè ab ipsa abhorret natura. Cur .n. ait, homo non uis uideri esse; quod natura es? Cur alienam tibi assumis speciem? cur mentiris fæminam, uel tu fæmina uirum? Suis unumquemq; sexum ornauit natura, indumentis. Deniq; diuersus usus, diuersus color, uires, motus, incessus. Huiuscemodi igitur amictibus abstinendum erit, quos aut ratio, aut consuetudo, aut natura non suscipit.

Cæterum, culpabiles ne sunt Adolescentes & alij qui instar mulierum comas nutriunt? Sæpè D. Hieron. Cincinnatulos pueros, & Calamistratos acriter damnat. D. verò Ambr. ad Iræneum scribens, ait. Quid de alijs dicimus qui hoc ad luxuriam deriuandum putant. vt Calamistratos & torquatos habeant in ministerio, ipsi promissa barba, illos remissa coma? meritò illic non seruatur castimonia, vbi non tenetur sexus distinctio, quàm deforme, virum facere opera muliebria? Ergo & pariant, ergo parturiant, qui crispant comam sicut fæminæ, & tamen illæ velantur, isti belligerantur. fugienda sunt hæc nimirum, ac tanquam Gorgonis facies formidanda, quæ & magnis nonnunquam ac præstantibus hominibus summam ignominiam, maledicendiq; causam pepererunt. Huiusmodi ergo vsibus abstinendum est. Vrbanissimè Solon Cresum reprehendit, qui cum se exquisitissimè omni ornamentorum genere composuisset, sublimiq; in solio sedens, interrogasset, an pulchrius vnquam

specta-

spectaculum vidisset, Gallos (inquit) Gallinaceos, phasianos, atq; Pauones, naturali n. eos florere, speciosioreq; amictu vestiri.

Non est sine culpa. Qui, &c. Casus. Dum Iudex vel Prælatus in peccato existit, ad eum non videtur pertinere subditum de eodem peccato reum corrigere, Peccat ne ergo talis subditum corrigens? D. Th. 2. 2. q. 33.5.0. Respondet, quod existens in peccato mortali etiam occulto ex officio corrigens, vel iudicans alios, peccat, Non autem hoc agens vt frater, nisi propter Scandalum. In fine autem articuli Isdem sanc. Doc. docet quod existens in graui peccato potest ex officio, & debet Cum humilitate & timore redarguere & iudicare consimiles, vel etiam existens in minori peccato, non autem si suum peccatum sit publicum. Sed quomodo (dicis) hæc stant, Peccat, & non peccat, Non pôt corrigere vel iudicare, & potest? Respondeo primum dictum esse verum de Iudice in proposito peccandi perdurante, quod scilicet iste corrigere nequaquam potest, secundum autem dictum, quod corrigere possit & debet, verum est de conante ad ressurgendum. Dicimus etiam quod in primo loco intelligit Doctor Angelicus de Iudice qui ex malitia peccat, in secundo autem loco, de Iudice ex fragilitate peccante, Distingue etiam de Iudice Laico & Ecclesiastico, vterque tamen cum humilitate & timore iudicet, alioquin quisquis sit, culpabilis profectò esset.

Non est sine culpa qui &c. Si nobilis negotijs & mercaturæ vacat non est sine culpa, si non quoad Deum saltim quoad homines. Lycurgus prohibuit Lacedemonior. populo negociationem, extimans vilibus hominibus hanc tantummodo conuenire, Plato etiam (2. & 8. de Repub ac in Thimeo) docet, Nobiles à mechanicis & ab exercitijs lucratorijs abstinere debere. Hinc Nobiles in Alemania, In Hispania, in Gallia, In Vngaria, In Polonia, In Lombardia, & Neapoli à negociationibus cauent. In Aegypto & apud Indos ac alibi cum regimen multis ordinibus concinabatur, nulli permissum erat vt vxorem quæ alterius conditionis, vel status à proprio distincti esset, sibi duceret. Nec êt quisq; exercitiũ poterat alr. exercere, Non .n. licitum erat vt miles terram coleret, vel vt vir doctus artifex fieret. si sic, ergo nec li-

cet vt vir nobilis mercator euadat. Adde quod si non licet ascensus qui magis homini decens videtur, Non liceat vtique descensus ex auaritia, Quod si necessitas cogat, Neccessitas, legem vel non habet vel nouam sibi condit.

Quid faciet ergo Nobilis? stultitiæ arguendus mos ille Domitiani quem in solitudine solitum tradunt (vt narrat Maph. Veg.) delectis quibusdam horis quotidie, muscas stylo præacuto insectari. quam indignum principe aucupium? quam dignum verò eo aucupio dictum fuit illius, qui interrogatus, an, cum Cęsare quisquam intus esset? perfacetè respondit. Nec musca quidem. uacandum est igitur bonis artibus, ut, cogitare res graues, ac sanctas, operique iuxta temporum oportunitates ac ingenij facultatem studendum; vel literis, vel militiæ vel magistratui, vel si par est, imperio.

Latrunculorum quoque ludum, licet ingenio constet, non multum tamen literatis hominibus conuenire arbitramur: quòd mentem iam literarum studijs fatigatam, recreare magis cessatione & quiete, quàm nouo meditationis labore grauare oporteat: de hinc, quòd tempus, quo nihil habemus pretiosius, ea ludi vanitate totum ineptè consumimus.

Non est sine culpa &c. Laici presumentes in Ecclesia docere, & alij Apostatæ, in culpa sunt falsa docentes, etiam si vera putent, cum ad ipsos officium docendi non pertineat cum non sint missi, Nemo ergo se ingerat, nisi vocatus à Deo tanquàm Aaron. hebr. 5. Sicut misit me pater, ait Dominus & ego mitto vos, ac si dicat, Vt ego missus sum non me intrusi, obedientia me misit, & quidem voluntaria, Ita vos tunc legitimi eritis cum mittemini. Vos verò mittenti, obedite, vt ego patri. Cui gloria in sæcula Amen.

OMELIA XXIII.

Ea quæ fiunt à Iudice, si ad eius non spectant offitium, viribus non subsistunt.



Ecte Gregorius Mag. ait. In precipitè pedem porrigit qui mensurarum suarum limitem non attendit, & plerumq; ammittit quod petit qui audaciter ea ad quæ pertingere non valet, arripere festinat. Quot autem sunt Iudices qui sibi impositos limites transgredi conãtur? Tenent ne Acta istorum? Quemadmodum qui puttos & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, non tamen eos possunt dirigere, Ita & isti fallaces tantum linunt. Hinc Amos, Trulam Cementarij ego video. Trulam Iudicem huius tempestatis, appellat. Sed quæ ab ipso sunt viribus non subsistũt. Ea nimirum, quæ fiunt à Iudice, si ad eius non spectant offitium, viribus non subsistunt.

Casus est. Laicus Iudex aliquem, quem clericum esse constat, condemnat; valet ne ipso iure eius sententia? si constat reuerà clericum illum esse, vtique non valet. Sed si non constat, sententia tenet. Aduerte autem quod Clericus cum Conuenientem habitum per quem distinctè vt Clericus haberi possit, non defert, non creditur, etiam si affirmet esse clericum, sed debet ostendere Iudici Laico instrumentum clericatus ad Iudicem instruendum. Cepol. conf. 13. col. 2.

Queritur verò an singuli Clerici indifferenter gaudeant priuilegio fori. Cui quesito respondendum est, quod Clericus ad hoc vt priuilegio gaudeat fori, & personę, debet incedere in habitu & tonsura clericalibus. Clem. fin. §. dignitatem. De vita & honest. cleric. & habitus debet esse condecenter honestus & conueniens à capite vsque ad pedes, vt per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam

ostēdat. Afflic. cōst. Reg. verb. Apostata, & DD. clem. & hoc ꝓcedit tam in maiorib. ordinib. quàm in minorib. cōstitutis.

Prima tonsura initiatus, indistinctè gaudet ne priuilegio fori? Respondeo, Nullus prima tonsura initiatus fori priuilegio gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram defferens alicui ecclesiæ ex mandato episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum. Conc. Trid. sess. 23. c. 6. De reformatione.

Habitus verò debet esse decens & vsq; ad talos; Nec habitus nec tonsura sufficiunt, nisi alicui Ecclesiæ inseruiant. Ita censuit Congregatio In una Neapolitana, & altera Adrien.

Potest tandem laicus Iudex capere clericum in fragrāti, sed vt cognoscit clericum esse remittere eū tenetur ad suū prælatū.

Casus. Laicus statuit, Vt in hac Ciuitate nullus audeat poma sub tali pæna colligere. Hic laicus facit ne contra libertatem Ecclesiasticam cum in hac Ciuitate etiam Ecclesiastica connumeretur persona? Respondeo, Ad hoc ut aliquod statutum contra Ecclesiasticam dicatur libertatem, debet esse factum intentione derogandi, ei, aut eiusmodi quod ex sui natura aduersetur eidem, quale est statutum, ne Ecclesiasticis eleemosinæ uel decimæ dentur. Nauar. c. 27. de excom. lib. 6. num. 120. Quod etiam ex Caietano desumitur, Propterea si statutum est quod ullus de Ciuitate cuiuscunque status sit & conditionis colligere audeat poma, per hoc statutum, laicum, excomunicatum nequaquam dicimus, cum hoc suapte natura ad Ecclesiam non dirigatur, Non n. Ecclesiasticorum proprium est colligere poma, quinimò uilium hominum opus habetur, à Diuinorum ministeris alienum: Adde quod & si tangeret statutum illud Ecclesiam quia tamen non tāgeret Ecclesiam, quatenus Ecclesia est, sed quatenus Congregatio hominum, non esset contra libertatem Ecclesiæ, sed tantum presumeretur esse. Ita Nauar. ubi sup. paulò ante, & ex Caietano Colligitur.

Si ad eius non spectant officium &c. De supr. Iudice, Ait Isa. 9. factus est principatus super humerum eius, Super humerum ait, Ac si sceptrum suum super humerum deferat Dom. Defferunt mundani, principes sceptrum premanibus, quandoquidem multa ab ipsis gesta de facto solùm tenent, deferunt etiam in signum principatus Coronas in capite, vt significent multa per ipsos fieri ex proprio capite non secun

dum iura; solus nouus Rex Christus D.nouæ glorie potestatem,ac sublimitatem,in humero extulit totis viribus ponderans quid facere possit ac debeat, vt non vltra precipiat quàm se extendant vires, licet omnia possit, docens ita principes facere oportere &c.

Cur Lites & Causæ per tot annorum circulos protrahantur im mortalesq; fiant ante Iudicum & Principum tribunalia queri solet. Respondent uerò Iudices quesito huiuc, & primò dicunt Protractiones fieri causarum, ex eo quia partes, uiri Idiote sunt, quare circumstãtias explicare nesciunt, Titulos ignorant, proprias confundunt rationes & iura, scripturas non afferunt, uellentque ut Causidici uel Aduocati Diuini essent, uel Astrologi, qui à semetipsis quæ sua sunt diuinarent. Secundam addunt dilationum Causam, Dicuntque Iuris terminos sic expostulare, vt non tam citò lis expediatur,requiruntur nanq; multa,vt, petere Copiam, appellare, suspectum allegare, nouos producere articulos, processus impinguare, iterum videre causam, & huiusmodi, quæ quidem ex sui natura,temporis ingerunt dilationem. tertia red ditur huius infinitatis litium,ratio, quia vz.lites multis constant persepè capitib.ac dum vnum eorum detruncatur, succedit,ut in Idra Lernæ,reliquum,vnum quodque verò illorum dilucidari ac distingui debet, Addunt postremò Iudices, culpam in alios retorquentes, Initio siquidem litis Causidicos & Aduocatos à capite non cepisse, à quo initium dessumi debuerat,& ideò protrahi neccessariò lites.

Verum Causarum & litium protractio, vt plurimũ,ut uideo, fit quandoquidẽ multa mutantur tribunalia, & hinc,aridæ iam causę denuò virescunt ac antiq; repubescunt,ac ita noua Mõstra noua lucri fame eas agnoscunt; Ministerialiũ siquidem tãta ẽ multitudo quãta ẽ locustarũ ut istis resideñtib.alij succedant,ꝙ ex parte fuerit deuoratũ alij exicialiter deuorent & cõsumant, impleturq; propheticũ ut ait Pet.Rauen.Residuũ erucæ comedit locusta, ressiduũ locustæ comedit brucus,ressiduũ bruci comedit erugo. Mutatio uerò tribunalium quandoque fit profectò neccessariò quoniam nonnulla in lite reperiuntur que ad offitium prioris Iudicis non spectare cernuntur, Ea uerò quæ fiunt à Iudice si ad eius non spectant officium,uiribus non subsistunt.

Casus.

Casus. Dubitatur an quis sit Competens vel Incompetens Iudex, Cum verò adest dubitatio, citatus tenetur ne comparere? Dico, in dubio, Contumacem esse Citatum non comparentem. Quoniam regula hæc intelligitur quando infallanter constat ea quæ facta sunt ad officium facientis non spectare, si verò dubitatur, iam non constat. In spiritu verò libertatis vineret citatus Iudicem non habens competentem, quod absurdum maximè censetur dicere.

Casus. Iudex Competens quoad Iurisdictionem parte vna reluctante sententiam Die feriato in honorem sanctorum fert, valet ne processus vel sententia? Dico Iudicem hunc aliàs competentem Diebus feriatis Incompetens esse, quare sententia ipso iure non valet, quamuis suspectum de fuga debitorem die etiam feriato capi facere possit. Addit. sup. Dyn hoc in loco. Hoc facit quod D. Isidor. docet, dicens, Is qui præest si præter voluntatem Dei, vel præterquod in sacris scripturis euidenter precipitur, vel dicit aliquid, vel imperat tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur. D. Isidor. & habetur, 11. q. 3.

Numorum verò Cupiditas recti Iudicij turbatrix est, Iustitieq; iniusta Nouerca, quare maius damnum à Iudicibus sentiunt litigantes quàm ab Aduersarijs. Videtur autem hoc tempore Iustitia similis lapidi Iaspidi pretioso, vnde Io. apoc. 4. sedem in cælo vidit, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis Iaspidis. Sanitatem corpori affert Iaspis, Iustitia similiter in Repub. Morbos sanat. Sed quemadmodum lapis hic pretiosus sanguinem effluentem non retinet nisi argento colligatus, Ita sanè non communicatur Iustitia nisi donis & argento copuletur, Non poterat vir sacco indutus ingredi in Assueri domum, Ester. 4. Ita non intrat ad tribunalia lis, nisi auro, vel argento super induta appareat; Ex quo rem pauperum prestant diuitibus, Arenti certe aquam tollunt, & flumina quæ non indigent irrigant. Vbi ergo intrat argentum apud modernorum iustitiam omnia fiunt sanguisque restringitur, ac ea etiam quæ apud ipsum Iudicem fieri nequeunt statuuntur.

Veritas sola est spectanda. Diodor. sicul. li. 2. Bibliotecæ, ait, Simandius Rex egipti sepulchrum sibi fecit magnificum, in quo statuæ erant eos representantes qui de rebus dubijs discep-

disceptabant, & in Iudicijs sententias ferebant, In quarum medio erat statua Principis, cuius à collo suspensa, veritas, pendebat, in quam ipse oculos, ad alia subclausos conijciebat, librorum cumulo circunstante, Hæ quidem Imagines preferebant Iudices integros esse oportere, & regem precipuè, & primum Iudicem qui solam deberet intueri veritatem, quæ sola in medio librorum etiam post mortem hominum viribus subsistit.

Sed dolet Mich 3. dicens Principes eius in peccunia iudicabũt. Mercatores sunt qui veritate reiecta peccuniam tantummodo spectant. Sic.n. modo pictura Iustitiæ fienda quæ stateram teneat, Quinimò ipsimet Iudices stateram hanc pre manibus habent, non quidem ad merita causarum ponderanda, sed vt se ostendant paratos semper ad iustitiam vendendam, peccuniarumq; valorem statere periculo ponderandum, His uerò dicit Dominus, Veh qui iustificatis impium pro munerib. & iustitiam iusti aufertis ab eo. Hierem.

Lucra etiam quæ ad alios pertinent Iudices sibi querunt, sed Princeps priuabit &c. Brachium fascia alligatum non modo sanguinem suum in cætera membra non distribuit, sed cæterorum ẽt sanguinem tàm bonum q̃ malum ad locum qui fascia præmitur attrahit, & ideò qui sanguinem eliciunt, hac solẽt industria uti, ut prius brachium fascia deuinciant & cum sanguine intumuit, Lanceola vulnerant, & ita exilit sanguis ibi uerò nil preter uulnus remanet. D. Chrisost. asserit quod auaritia ligat hominem auarum, qui peccuniæ seruit, ò Iudex auare, tu es brachium auaritiæ fascia deuinctum, & ita non solum sanguinem tuum, idest lucra tempor. retines, sed etiam aliorum membrorum & Iudicum sanguinem ad te ipsum per fas, & nefas attrahis & quacunq; ratione potes pauperum sanguinem sugere curas, sed moneo ut caueas, quia cum plus sanguinis habebis, princeps ipse te Carceris uel mortis lancea uulnerabit & tam proprio quam alieno sanguine te exhaustum relinquet & nihil preter peccati & ignominiæ uulnus remanebit.

Hoc mare magnum, inquit Dauid, & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus Mare locus est vbi Iustitia administrari debet, In quo tot strepitus fiunt vani, In quo, Nauigantes letigantes modò sursum spe victoriæ, modo

modo deorsum desperatione exagitantur, Hoc verò mare spatiosum est manibus, Vah quot manus, rapientes, solicitatores, Actuarij, Causidici, Aduocati, Illic reptilia sub aqua. Iudices, quorum non est numerus; & quia quæ ab vno fiunt viribus non subsistunt, ad alium compellunt te ire deuorandum.

Excusantur qui incompetenti Iudicio procedunt dicentes putasse prima facie competentes esse Iudices, quibus tamen considerandum erat prius quid agendum. Veteres Philosophi pro Principibus Bouem pingebant humano vultu prçditum, supra Caput Delphinum preferentem, ita Pinctus refert in Dialog. Per Delphinum velocitatem, per Bouem verò tarditatem significabant, In quo significare voluerunt competere siquidem velocitatem ac prestolationem in expiditionibus, sed prius neccessaria est tarditas maturi consilij, vt lento pede incedat Iudex ruminans, aransq; scripturarum sulcos & merita causarum distinguens.

Propter innumeras quæ à Iudicibus fiunt Deceptiones audi, & contremisce, dubitatur, An Iudices saluentur vel ne? Quod verò non saluentur extat quod recensens D. Ioannes, apoc. 7. prædestinatorum numerosam multitudinem, ex qualibet tribu duodecim millia signatos fuisse asseruit, & cum singulas referret, solam tribum Dan silentio pertransijt, nullam n. ex hac tribu signari vidit ad salutem; Varia sunt circa huius loci literam expositorum placita, Nihilominus secundum quod huc spectat, illud est quod Dan, idem quod Iudex significat, de quo Gen. 49. dictum est. Dan iudicabit populum suum; & statim subditur. fiat Dan coluber in via. Cerastes in semita, quia Iudex quasi Coluber tortuosus est, & quasi cerastes in subdola insidias parans, & in administratione iustitiæ æquitatem & rectitudinem non obseruans; Talis equidem (Proh dolor) inter electorum numerum supputandus non est, vnde Iohannes nullum talem inter electos vidisse commemorat.

Verum si Iustus sit Iudex saluari affirmamus, quare Petrus de Palude in 4. sent. scripto, Refert de quodam Pagano Iudice, qui in iudicando Iustissimus extitit, sibi à personarum acceptione cauens, Quamuis in Infidelitate mortuus fuerit, preseruatus tamen per longissima tempora ab infernali con-

demnatione

demnatione fuit, Demum fodiente quodam in agro, vox audita est dicens, leuiter percute ne me lædas, Interoganti verò quis esset, Respondit se Gentilem fuisse ac Iudicem; & propter Iustitiam suam à Deo quousque baptismo lauaretur preseruatum, Rogauitq; eum vt pro Episcopo mitteret, vt ei baptismum conferret, quo facto, subito in cinerem dissolueretur. ò admirabile Dei iudicium, Caluaria eius integra erat & lingua in ea Viuens, recens, ac loquens, Aduenit Episcopus, ab ipsomet prius narrata à Caluaria audiuntur presentibus clero & populo, Baptismo verò recepto, in cinerem ressolutus est Iudex, Anima ipsius in Cælum aduolante. Ecce Iudices quid Iustitia operetur, si n. rectè administretur iustitia misericordiam Diuinam conseq. Iudex, ꝙ forsitan innuere voluit regius propheta cum ait; Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, Iustitia & pax osculatæ sunt. Pax Domini tibi copulabitur si in te Iustitia inueniatur. officium porò Iustitię illud esse dicimus, si Deum Iudex amat, vt Deo quem diligit libentissime seruiat, cæteraq; omnia partim sibi subiecta regat, partim subijcienda presumat.

Reminiscantur postremò Iudices neccesse est illud D. Patris Cassiodori. dicentis, Iura publica certissima sunt humanæ vitæ solatia, Infirmorum auxilia, potentum fræna, vnde & securitas venit, & conscientia proficit. Det Dominus & vt proficiamus & securi semper in ęterna fælicitate collocemur. Amen.

OMELIA XXIV.

Ignorantia facti, non Iuris excusat.

ORdinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formamq; meritorum, ut Ambros. (sup. Beati imac.) affirmat.

firmat. Ideò D. Aug. Pessimæ, inquit, matris ignorantiæ, pessi næ eidem duæ filiæ sunt. scilicet falsitas, & dubietas, illa miserior, ista miserabilior; Illa perniciosior, ista molestior. & Gregor. in morali. Qui .n. lucem videt, scit quid de tenebris æstimet, nam qui candoris lucem ignorat, etiam obscura pro lucidis approbat. Porrò scienda nesciuntur, (Bernard.) aut sciendi incuria, aut discendi desidia, aut inquirendi verecundia, At proculdubio huiusmodi Ignorantia excusationem minime habet, frustra etenim (ait Bern. sup. 12. grad. humilit.) sibi de Infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius peccent ignorant, vel infirmantur.

Verùm aliqua reperitur verè ignorantia quæ excusationem ignoranti proculdubio affert, de qua August. ait, Melior est fidelis ignorantia quàm temeraria scientia, vt autem exactè sciamus quænam ignorantia damnabilis, quæ verò excusans, referenda sunt verba quæ habentur 1. q. 4. §. notandum, & seq. vbi sic dicitur, Est Ignorantia alia facti, alia Iuris; facti, alia est eius facti quod oportuit scire, alia quod non oportuit scire: Quod non oportuit scire, sicut Apostolus ait, Si quis infidelium vocauerit vos ad Cenam quicquid vobis appositum fuerit, comedite nihil interrogantes, si quis dixerit hoc Idolis immolatum est, nolite comedere; ecce quod uocatum ad cenam non opportuit scire carnes sibi appositas Idolis fuisse immolatas. Quod opportuit scire, sicut Ignorantia Iudeorum, ac reliquorum Infidelium, qui ea que à Prophetis de Christo fuerāt pronunciata adhuc ignorant esse completa, vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus, Hæc neminèm excusat. In quo tamen est animaduertendum quod secundum D. Th. & alios, dupliciter Infidelitas accipi potest, vno modo secundum puram negationem, vt dicatur Infidelis, ex hoc solo quod non habet fidem, alio modo potest intelligi Infidelitas sm̄ contrarietatem ad fidem, qua vz. aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam sm̄ illud Isa. 53. quis credidit auditui nostro. & in hoc propriè perficitur ratio infidelitatis & sm̄ hoc infidelitas est peccatum: Si autem sm̄ negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis penę quia talis igno-
rantia

rantia diuinorum ex peccato primi parentis consecuta est; Ideò qui sic sunt Infideles damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt, non autem damnantur propter infidelitatis peccatum; Vnde Dom. dicit, Io. 15. Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, quod exponens Aug. dicit quod loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Christum.

Ignorantia verò Iuris, alia est naturalis iuris, alia Ciuilis: Naturalis, omnibus adultis damnabilis est, Ius verò Ciuile alijs permittitur ignorare, alijs nequaquam. Iuris Ciuilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negotium inde contigerit, vt si minor peccuniam dederit filio fam. repetit eam; In maiori verò quasi delictum est; Item si successionem etiam tibi maiori delatam cum alio sine iudice diuidas, putans testamentum iure subnixum cum non esset, solidam successionem obtinebis, vel si id quod nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti sed ciuili, tanquam ex Chyrographo soluas, aut promittas, repetis; Non ita si delictum, Nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere, incidit in Constitutionem Codicis lib. 8, ti. Vnde vi. Imperator Valerius August. Palea. Si quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum ante euentum iudicialis arbitrij violenter inuaserit, Dominus quidem constitutus, possessionem quam abstulit, restituat possessori, & dominium eius rei ammittat. Si verò alienarum rerum possessionem inuasit, non solum eam possidentibus reddat, verùm etiam estimationem earundem rerum restituere compellatur. In hoc autem non fuit ignorantia Iuris sed facti & illius quod non oportuit eum scire, à reatu ergo criminis symoniæ eum ignorantia excusat paterni debiti, quod & si oportuisset eum scire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat. Hæc hab. n. ur. 1. q. 4 §. notandum & seq.

Glosa non indiget hęc regula cum eius materia plenissima habeatur in prædictis locis & in Glo. eorundem. tantum nota secundum D. Ant. hoc loco quod cum queritur de condemnatione expensarum litis, dicimus quod in principali causa probabilis error excusat condemnationem expensarum. ij. q. iij. c. paulum. sed in causa appellationis indistinctè vi-

ctus condemnatur victori in expensis. ij. q. vi. omnimodo. Ratio huius diuersitatis colligitur per hanc regulam. In principali enim causa est error facti, quia in ea ex probationibus quæ in facto consistunt proceditur, sed in appellationis causa proceditur ex actis prioris causæ, Vnde ibi est error Iuris,& ideò non excusat à condemnatione, Vt hic in regula; tamen secundum Innoc. & Host. ac D. Anton. si in causa appellationis non proceditur per sola antiqua acta, sed inducuntur probationes nouæ per quas pronuntietur, probabilis error tunc benè excusat victum à condemnatione.

Vtilem hanc materiam extendit D. Anton. & ait, Duplex ignorātia, scilicet facti,& Iuris, Ignorantia facti excusat à toto, si quis dabat operam rei licite, & adhibuit debitam diligentiam, nec est contra. 34. q. ij. in lectum. Vbi imponitur pænitentia ignorāti probabiliter factum in re licita, sed illud fit ad cautelam. si autem daret operam rei illicitæ ut ludendo ludo noxio, inaduertenter occidit, uel non adhibet diligentiam, non excusatur à toto, sed à tanto,

Ignorantia Iuris diuini & naturalis, in his quæ sunt neccessaria ad salutem, neminem excusat habentem usum rationis à toto, sed à tanto. Si est Crassa, idest ex negligentia procedens, sed si est affectata, ut scilicet liberius peccet nō uult scire, nō excusat, sed auget peccatum, quinimò speciale est peccatū.

De ignorantibus extat figura in ueteri lege cum Dominus primogenita animalium offerri iuberet, primogenitum Asini nolebat, sed ait, Primogenitum Asini mutabis oue, Asinus enim animal stolidum, symbolum est Ignorantium, hi autem à Deo reijciuntur. Scire tenemur & agnoscere Deum, Amor etenim non fertur nisi in rem cognitam, si ergo amare cōtendimus Deum, quod ad salutem est neccessarium, opus est ipsum agnoscere. hoc autem fit per fidei articulos, si hos ignoras Asinus es à Deo repelleris.

Ignorantia autem Iuris Canonici vel Ciuilis quantum ad Comunia precepta Ecclesiæ, non excusat à toto, eos, qui potuerunt copiam habere docentium, excusat tamen illos qui docentium copiam non habuerunt. dist. 38.§. 1. Prælati ergo religiosi & Clerici quantum ad ea quæ pertinent ad statum suum, ex ignorantia non excusantur sua. di. 38 si in clericis. quantum verò nociua sit ignorantia prælatorum osten

dic

dit D. Hieron. ad Ocean. dicens, Innocens absq; sermone conuersatio quanto exemplo prodest, tanto silentio nocet, Nam latratu Canum baculoq; pastoris luporum rabies deterenda est. Sed aduertite prælati illud D. Hieron. ad Pamach. & marcel. in epistola incipiēte, Et vestris. & multorum litteris, vbi ait, litteræ marsupium non sequuntur, sudoris Comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum non saturitatis, Conscientiæ non luxuriæ.

Sed dicent Prælati, Nunquid non Deus ipse quandoque dicitur nescire? Dicetur n. Reprobis à Do. testante summa veritate, Amen nescio vos, Ita affirmat D. Tho. quod Deo conuenit aliquid nescire 1. d. 36. q. 1. 2. c. sed respondemus, quod aliud est nescire, aliud ignorare; Nescire dicitur, qui ea quę minimè tenetur agnoscere non agnoscit; Ignorare verò dicitur, qui nescit, quæ iure scire debet. sic Deus non tenetur agnoscere reprobos. Quomodo? Dicimus secundum D. Tho. quod nescire dicitur Dupliciter videlicet metaphoricè, i. reprobare, & propriè, i. carere notitia. primum conuenit Deo, respectu aliquorum, non autem secundum, 1. d. 36. q. 1. 2. c.

Quantū autem ad lucrum captandum vel temporale damnum vitādū quomodo excuset Ignorātia, Vide. 1. q. iij. §. notādū.

Si quis contenta in citatione ignorat, quia impedit vel procurat quod citatio ad ipsum non perueniat, talis ignorantia eū nequaquam excusat, sed talis pro citato debet haberi ff. de re iu. ad ea §. semper ff. de condi. & demonstra. l. iur. ciuil. & l. quibus dieb. Ideo talis non comparens contumax est.

Animaduertendum verò quod etiam Ignorantia Iuris excusat ad tempus, cuius exemplum est, quia Ignorantes constitutionem factam infra duos menses post diuulgationem, non ligantur. ex. de consti. cognoscentes. & 82. di. proposuisti infi. Nam constitutio post 2. menses à publicatione incipit arctare. Vt in auct. facte noue. con. in ipsa Rescri. & Res. §. 1. col. v. extra ne clerici vel monachi. c. vlt. extra de sent. excom. nouerit. elapso autem hoc tempore non potest quis allegare ignorantiam, quia non singulorū aurib. inculcanda. 16. Di. quod dicitis. 12. q. ij. qui in humanis.

Quod etiam Ignorantia canonis aliquando excuset, patet, quia si quis Episcopus constitutionem ediderit quod quicunq;

furtum

furtum fecerit sit excomunicatus, vel consimilem aliam, extranei qui etiam intra eius territorium contra hoc faciunt, si ignorant sententiam latam, nec tantam moram traxerunt quod scire præsumant, non ligantur. Nec n. ligatur excomunicat. sententia nisi sciens. ex. de sen. excom. significauit. & c. cum desideres. Nec etiam talis extraneus scrutari tenetur alterius regni Decreta. C. de commercijs. l. mercatores.

Ignorantiæ tamen excusatio haud admittitur, vbi potest homini aliquid imputari: si .n. puto percutientem me percutere, & percutio alium, hac ignorantia, non excusor. ff. ad l. aquil. l. v. §. 1. & l. scientiam. §. penult.

Vniuersaliter Principes omnes singulari ratione legem naturæ, & Dei, scire tenentur. vñ Deut. 17. precepit Dom. Rex postquam sederit in solio reg. sui describet sibi Deutoronomiũ legis huius in volumine accipiens exemplar à sacerdotibus leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnib. dieb. vitæ suæ, vt discat timere Dom. Deum S. & custodire verba & cerimonias eius quæ in lege præcepta sunt. Quinimò in Paralip. lib. legimus quod vngentes Ioab in regem, posuerunt super caput eius coronam, in manu vero librum ei legis dederunt, per quod significatum habetur, Principes semper præ manib. legem Dei habere debere, vt seruetur. Quinimò, vt affirmat Car. pasc. in li. 4 an. Tac. Princeps debet habere mentem quietam, & intelligentem humani, Diuiniq; Iuris, neque n. aliam ob causam Princeps est, quàm vt discernat Ius & Iniuriam, vnde non est mirum si Iuris consulti asserunt, In illius pectore esse omnia Iura.

Nec detorquendum est à Principib. Diuinum Ius. D. Ireneus lib. 1. cont. Valentin. Quemadmodum, inquit, solet peritus Architectus si viderit lapidem ipsum aut lignum non coherere in sua regula vel perpendiculo, non iam de regula, vel perpendiculo curat aliquid detrahere, sed potius de ipso lapide vel ligno; sic etiam facere viri probi solent, vt scilicet se conforment & mores suos componant ad perpendiculum legis, non autem ipsam legem frangunt: Hæretici autem contrà faciunt. Regulam ipsam & perpendiculum corrumpere volunt, vt prauis eorum morib. quadret, cum potius debeant mores suos componere, & emendare ad regulam ipsam legis, atq; hac ratione rudem decipiunt plebem.

Litteris

Litteris itaq; vacent Principes, ait nanq; Pet. rauen. Totius prudentiæ compendium in litteris continetur, Si Respublica regenda est, Si prælia committenda sunt, si castra mutanda, Si machinæ erigendæ, si renouandi aggeres, Si propugnacula facienda, si militiæ cultus, si reuerentia legũ, si finitimarum gentium amicitiæ sunt seruandæ, libri hæc omnia erudiunt ad profectum. Princeps sanè sine litteris Nauis est sine remige & volucris sine pennis.

Cæterum apud istorum permultos experimur illud Greg. x. mor. exponentis illud Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Vbi ait. Huius mundi sapientia, est, Cor machinationib. tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare, hanc qui sciunt cæteros superbiendo despiciunt, Hanc qui nesciunt subiecti & timidi in alijs ipsum mirantur, Hæc sibi obsequentib. præcipit honorum culmina querere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt nullis resistentib. cedere, cum virtutib. possibilitas deest quicquid per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate simulare.

Apud Pharaonem & egyptios Ranas fuisse dicit Sac. textus exo. 8. hisq; animalib. terra egyptiorum replebatur. Apud quamplures huius tempestatis Pharaones & Principes (idē n. sonat Pharao quod Princeps) Ranę infinitæ reperiuntur. porrò egyptus mundus est (Pintus) mundus verò plenus est ranis, sed precipuè principum palatia, Ranæ sunt, vt docet Rabanus homines illi qui vana, inutilia, & damnosa obloquuntur, Ranæ sunt, vt docet Origenes, sophistæ litterarum quidem professores sed indocti, Poeteq; cues; Hisque ranis plenæ sunt Principum Aulæ, atque qu madmodum Ranæ in luto sepulte, voces quidem indesinenter emittunt, sed nil quod sit proficuum loquuntur. Ita proculdubio Innumeri qui Curias sectantur, vana solùm & inutilia criminosaq; proferunt. Sed Pharao. hercle & egyptij ex malo ranarum tristes efficiebantur, dolebantque, Moderni verò Principes, perniciosissimas has ranas, adamant, querunt, fouent, amplectuntur. Eia Domini, hos Ignorantes eijcite proijcite ruinæ vestre ipsi Fomentum, Gentiles Mineruam vt Deam adorantes sapientiæ, eam armis indutam, lanceam acutissi-

nio

mo ferro præstantem habentem; inuictissimè pugnantem, pinxerunt. Per sapientiam tuta erunt Castra vestra, securiq; per eam semper eritis, Sapientia præditus fuit Salomon, vnde & Rex fuit in regno tutissimus, rexq; extitit pacificus. Consultores insuper probos ad vos vocate, Quidam .n. Philosophus olim dixisse fertur, Mallem iniquum regem optimis consultorib. comitatum preesse Reipub, quàm iustum & sapientem, & iniquis consiliarijs constipatum.

Generaliter autem omnes Offitiales, Medici, Aduocati, Artifices, &c. qui aliqua exercere habent ex quib. proximo notabile damnum ex ignorantia inferri posset quia offitia talia assumere minimè debent nisi ad illa exercenda sufficienter sint instructi, Imputantur profectò cum dicunt ignorare, nec per ignorantiam excusantur.

Et de Medicis quidem ait Seneca in epist. Medicorum Consilia deuita, qui parum Docti & satis seduli offitiosissimè multos occidunt. ex horum etiam Crassa ignorantia D. Ambr. sup. ps. 130. dicit. Contraria diuinæ conditioni, precepta medicinæ sunt, A Ieiunio reuocant, lugubre non finunt, Ab omni intentione meditationis abducunt, itaq; qui se Medicis dederit, se ipsum sibi abnegat. hæc Amb. Audi ò Medice Senecam in prouerb. Non est leuius omninò nescire quod liceat, quàm facere aliquid quod scias non licere. Damnāt præcipuè nonnulli medici Ieiunium & Abstinentiam à carnib. quid facitis Inepti, Prima quam aliàs adhibuistis medicina nunquid non fuit Abstinentia? Videte quantopere Abstinentia homini prosit. D. Hieron. Theolog. ac Pilosophus vobis & nobis longè peritior, sic ĩ quadam epist. ait, Mater sanitatis est abstinentia, mater ægritudinis voluptas, sine carne n. & vino friget venus, & à Patre libero ad in concessam venerē proximus est intemperantiæ gradus. Et Alibi Isdem Doctor S. Ciborum, inquit, maxima uel delicata substantia, ardentes Diaboli sagitte; cerebrum non vides & genitalia turbata ò Immunde propter delicatā ciborum substantiam? D. Aug. de Diffinitionib. ait, Carnis Afflictio est per quam lasciuæ mentis seminaria, castigatione discreta comprimuntur.

Asserere audent Impudici purgatiorem fieri Intellectum, & ad studia magis aptum ex comestione & conditis poculis, ferculisq;

culisq; delicatis. Contra peruersum hoc dogma astruit D. August. Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentię nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit. Aduertite fratres quod D. Hieron. cont. Vigilant. epist. incip. Iustum quidem fuerat. docet, dicens, Non est eiusdem hominis, & aureos nummos, & scripturam probare, degustare vina, & Prophetas vel Apostolos intelligere. Quis verò Hæreticum dogma esse non cernit affirmare perspicatiorem fieri mentem ex delicatis cibis & poculis &c.? Hoc nanq; contrarium est ab Ecclesia decantatę propositioni, Qui corporali Ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, Virtutem largiris &c.

A veritate etiam alienum est quod pertinaciter affirmant, hominem vz. per Ieiunium ita debilem reddi. Quinimò si pregnans mulier quandoq; ieiunauit, fortissimum peperit filium. Sic asserit Leo Papa ꝙ Samnson ita fortis à Deo est factus, quandoquidem multis ieiunijs eius mater macerabat corpus. E contra argutè Diogenes, ventrem vitæ Charibdim appellat. cuius nimia ingurgitatione, nihil est Animæ corporiq; nocentius, nihil ꝙ Ingenia magis enecet, magisq; pudorē cōfundat, nihil quod stoliditatē magis generet, atq; vecordiam. Hinc D. Hieron. ad ocean. venter mero æstuans, citò despumat in libidines. Et Amando Presbit. isdem Hieron. ventrem, inquit, distentum cibo, & vini potationibus irrigatum, voluptas genitalium sequitur, pro membrorum ordine, ordo vitiorum est.

Laudatus hinc est Tacitus Augustus, quem amariores etiam cibos ferunt appetisse, panemq; nisi siccum, ac sale, nunquam autem alijs rebus conditum comedisse. Phasianam quoq; auem, nisi suo & suorum natali. diebusq; solemniorib. mensę adhibuisse. Laudem etiam assecutus est Augustus, qui cibo minimo, atq; vulgari ferè vtens, secundarium panē, & pisciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum, & ficus virides biferas maximè appetebat (quid ad hæc Religiosi? Quid si Principes abstinentes sunt, verbo & opere epulas predicant?) Adeò autem parsimoniam veteres Romani obseruarunt, vt non modò victus tenuitate, & domestica disciplina, sed publicis etiam ac plurimis quidem sancitis

citis legib. eam custodierint. Eiusmodi fuit lex Fabia, lex licinia, lex Emilia, lex Cincia, lex Iulia: quib. & cenarum sumptus, & personarum conditio, & dierum solemnitas, & ciborum genus, ac Modus præfinitus est. obserua verò Dilecte illud Hieron. Fuganda sunt omnibus. & abscindenda, languor à corpore, Imperitia ab animo, Luxuria à ventre, à Ciuitate seditio, à domo discordia, & in comune à cunctis rebus Intemperantia. Obserua rursum quod qui sapiens esse cupit mundi illecebras fugere habet, Amorem scilicet superfluum, Ait n. Publius Sirus in Mim. Amare & sapere vix Deo conceditur. & hæc tibi epulo pro modestia sufficiant.

Quid verò de Mercatorum Ignorantia dicendum? Mercatorum Ignorantia vitij eorum que veneunt, an excuset discutiendum esset. Et quidem D. Amb. 3. de offit. In contractibus vitia eorum quæ veneunt prodi iubentur regula iustitiæ manifesta est, quod à vero declinare virum non deceat bonum, nec damno afficere quemquam, nec aliquid dolo annectere rei suæ.

Contra mercatores tales animaduertit Tullius, & ait, Sordidum est eorum offitium qui emunt à mercatoribus quod statim vendant, nil n. proficiunt, nisi quemadmodum mentiantur, & August. super psalm. ait, ecce Diabolus proposuit lucrum, & mutauit ad fraudem, lucrum habere non poteris nisi fraudem feceris, sed lucrum esca est, fraus laqueus, sic attende escam, vt videas & laqueum, quia lucrum habere non poteris nisi fraudem feceris, fraudem aũt si feceris Capieris. hæc August. propter hoc Gentiles sub Deo latronum dicebant Mercatores esse, vt asserunt nonnulli, quia & ipsorum plurimi furantur aliena.

Christianus vllus excusatur si rationis est Compos, dicens, peccaui ignorans, si oportunam non adhibuit diligentiam vt sciret ad salutem neccessaria. Itaq; Doctor subt. Scotus & Ricar. de media Villa Casum proponunt duorum quorum vnus vt peccata agnoscat & ea in Sacramentali confessione accuset ad predicationes, lectionesque audiendas accedit, Alter verò ad hæc ire negligit, Deinde vterque æqualiter propriam conscientiam discutiens ad confessionem accedit, Primus verò qui predicationi interfuit tacet centum

peccata

peccata mortalia, vel ex eo quod eorum non reminiscitur, vel quia ignorat ea peccata esse vnde de eis non se accusat & dicunt præfati Doctores talem Ignorantiam eum rectè excusare, adhibuit etenim ipse omnem diligentiam vt ea agnosceret & non agnouit, Vnde non dimisit ipsorum accusationem ex propria malitia, Alter verò qui neglexit predicationes audire, equali discussione facta vel examinatione premissa, non tamen recordatur vnius peccati mortiferi, vel ignorat id peccatum esse, quia tamen nō adhibuit ex se omnem diligentiam pro salute & scientia neccessariorum, asserunt præfati Doctores & benè, quod iste miser dimittens in confessione hoc solum Crimen vel quia non cognoscit illud vel quia de eo non recordatur, inualidam facit confessionem, Cum Ignorantia vtique hæc, ex negligentia vel Contemptu ipsius proueniat,

Omnes ad scientias hortor, Ignarus dici potest qui cibis, & ferculis anxiè vacat, Quare Seneca li. 2. de Benef. c. 34. ait, Parsimonia est scientia uitandi sumptus superuacuos, aut ars re familiari moderatè utendi.

Eia omnes ad scientias solidas hortor, fugere uerò Ignorantiam, omnis n. Ignorans malus inquiunt philosophi, Propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam. Gentiles asseruerunt Mineruam à Ioue genitā quam etiam Virginem pingebant, per quod occulto Dei iudicio innuitur scientiam ab altissimo Deo prouenientem honestam Castissimamque fore à terrenis liberam Hæc neccessaria, est quare ad paradisi Ianuam statutus fuit Cherub propterea certè quia non nisi per Christianam cælestemque scientiam paradisum quisquam intrabit, quinimò ascendendum super cherubim cum eo qui uolauit uolauit super pennas Ventorum. Ascendet homo ad cor altum per cognitionem & exaltabitur Deus per laudem &c.

Obuoluitur Dauid frigidus senex uestimentis duplicibus induitur, regia non deest illi extrinsecus purpura, nec superpelicia, intrinsecus crocus & byssus, sed oleum deficiebat in lampade, extinguebatur ignis, non calefiebat miser, Adolescentulam Virginem quesierunt, quæ staret Coram rege, foueret eum, & Calefaceret, Ita Complexu repetito adolescentulæ non tepescit Vir Sanctus, Quid eloquia sancta com-

memorant? an inhonesta suggerunt? absit, Nec enim Rex cognouit eam, Quæ est igitur ista Sunamitis vxor & virgo tam feruens, vt frigidum Calefaceret, tam sancta vt Calentem ad libidinem non prouocaret? exponat sapientiss. Salomon patris sui delitias (inquit D.Hieron.) & pacificus bellatoris viri narret amplexus, Posside, ait, sapientiam posside intelligentiam, Ama illam, & seruabit te. omnes penè corporis virtutes mutantur in senibus, & crescente sola sapientia, cætera decrescunt, Ieiunia, vigiliæ, Eleemosinæ, huc illucq; discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, instantia orationum, & perseuerantia, visitatio languentium, & operatio manuum, & cuncta quæ per corpus exercentur fracto corpore minora fiunt: Nec hoc dico quod in Iuuenib. friget sapientia, quæ in plerisq; senibus ætate marcescit, sed quod Adolescentia multa corporis bella sustineat, & inter incentiua vitiorum & carnis titillationes quasi ignis lignis virid. suffocetur, vt suum non possit explicare fulgorem, Senectus verò eorum qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerant, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, vsu certior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos fructus metit. Porrò Sunamitis, secundum Hieron. dicitur, vt significet calere sapientiam, & diuina lectione feruere. Hæc Abisag nostra quæ nunquam senescit, Iam nos amplexetur, in nostro quiescat sinu, quo in Dei amore feruentes viuamus.

Quilibet certè sapientem se existimat, Vnde Varro in Menip. ait. Omnes videmur nobis esse belluli, & festiui, & sapere. Hinc asserit Socrates quod si in Theatro preciperetur vt Omnes Sutores surgerent ac starent, solùm profectò Sutores ipsi surgerent &c. & sic de fabris alijs; Verùm si preciperetur, vt surgerent starentq; Omnes Sapientes, Tunc, hercle, Singuli in Theatro surgentes starent, Quandoquidem vnusquisq; haud dubiè se Sapientem putat. Hinc est quod, vt ait Seneca, Bona mens non emitur, nec commodatur, & puto, si venalis esset non haberet emptorē, ita Seneca. & hoc, opinor q̃a quilibet penè bonā putat habere mentē .s. intellectū. Quod si Sapientem ab insipiente discernere cupis, scias quod sapiens ab insipiente, non alia re dignoscitur, quàm hac vna, si scit

si scit

si scit vti, ac seruire temporibus. Nec certè alius ad capessen dam Rempub. vocari debet, quàm qui temporum callidus est; Quippè qui ad hunc sapientiæ gradum peruenit, hunc planè (ait Carol. Pasc.) præsentem Deum hom. habere possunt.

Queri autem hic potest. Optandum ne est vt omnes philosophentur? Quis verò negat? Sed hoc dico, nos experientiã doceri, esse genus hominum, quod latè patet, qui dum id agunt vt multa scire videantur, eo tandem inertibus studijs, & vana doctrinæ ostentatione euadunt, vt segne otium hoc studiorum nomine velent, ac sibi ipsis inutiles, cęteris non ferendi, morum optimorum, legum, principum, deniq; omnis disciplinæ sint contemptores; deniq; aspiciantur molesti, intempestiui, contumaces, & refractarij. Quare Principis interest habere subiectos magis viros bonos, quã litteratos, Præstatq; rudem esse bonarum artium, quàm ijs prauè vti.

Sancta quoque Illa Ignorantia est de qua S. Dauid. psal. 70. ait, Quoniam non cognoui litteraturam introibo in potentias Dom. Domine memorabor iustitiæ t. solius. Quid est hoc? Legunt alij. quoniam non cognoui negociationem. Alij, quoniam non cognoui numerationem (pereche non m'intendo d'Abaco &c.) vidistis quibus claudantur repagulis à viatorib. Corycia (le Bolge) vt super equum reponantur? Ita quidem eis admotæ opponuntur seræ, quæ vulgo, luchetti, appellãtur, vt non possint à transeuntib. quæ ibi recluduntur bona *Sunt vero Lucheta quędã numeris, ~~auferri~~ vel Caratetibus signata, quæ qui legere vel computare aut combinare, nescit, minimè aperiet, Bona hæc viatorum sunt Mundi, qui hæc non agnoscit, negociationemq; illorum ignorat vel numerare nescit, Magnalia quidem Dei considerare studet. Quoniam non cognoui litteraturam, vel negociationem vel numerationem, Introibo in potentias Domini, Memorabor Iustitiæ tuæ solius. Nil ex hoc attendit Iustus nisi Iustitiam Dei, quod scilicet reddit Deus vnicuique secundum merita. Reddet vnicuique secundum opera sua. *auferri

Studio autem & lectioni iugiter vacare nos debemus D. Chrisostom. hom. 31. in c. 4. Io. ait. Si in quacunq; domo euangelium est, Illuc diabolus ingredi non audet; quanto minus animam assiduis lectionibus familiarem, neq; Dæmon

neque

n. q; peccatum attinget? Sanctificas animam & corpus, si euangelium in anima habueris & lingua. hæc Chrisost. & Clem. Alex. ad gentes, ait. Sunt verè Sacræ litteræ quæ sacros faciunt, & deificant. D. etiam Hyeron. in comparatione lectionis sacrorum librorum cum lectione prophanorum, ait. Quæ n. communicatio lucis ad tenebras? Qui consensus Christo cum Belial? Quid facit cum psalterio Horatius, cum euangelio Maro? Cum Apostolis Cicero?

Quid verò est quod tot Doctores inepti audiuntur? Sunt n. Quidam. quos & pisces facundia, & actu ranæ superarent & nihilominus aptiorib. spretis audiuntur &c. Seneca, inquit, Habet Tybicen quoq; Græcus, & præco concursum &c. Dicendum quod quemadmodum in eisdem pascuis, Apis florem sequitur, Capra fruticem, sus radicem, Quadrupedia fructum; sic in Doctorib. alius aliud querit, Hic historiam, Ille sermonis ornamenta, Alter probationes, Alter precepta viuendi &c. Vt plurimum autem quilibet Doctor aliquid boni habet.

Cęterum noui propemodum quod omnes homines docere difficile sit; in errorem autem inducere, facile. Dio orat. 11. Troian. & discunt quidem homines tardè, si quid modò discunt à paucis scientibus. In errorem autem inducuntur ocyssimè à multis nescientib. & hoc non solum ab alijs, uerum etiam ipsi à semetipsis. Veritas n. amara est, & iniucunda stultis: Mendacium autem dulce & blandum. Quemadmodum (opinor) ijs quibus dolent oculi, lumen uidere molestum est, tenebræ autem absque tristitia sunt & amicæ, eo quod uidere non sinant. Aut quomodo ita sæpè inualuissent mendacia, quum ueritas esset præsto, nisi per uoluptatem uicissent, cum autem difficilè sit (ut dixi) docere, Queris, quid difficilius, docere, an dedocere? Respondet Dio Philos. ubi sup. Cum difficile sit docere, longè tamen difficilius est dedocere, presertim eos qui longo tempore mendacia audiuerunt, neq; ipsi soli in errorem inducti sunt, sed & Patres eorum, & Aui, & omnes ferè maiores. Non n. facile est horum auferre opinionem, etiam si quis manifestè conuincat. Quemadmodum puto & ijs qui suppostitios pueros alunt, difficile est tandem eximere opinionem, etiam si quis uera dicat: quæ quidem initio si quis dixisset, nun-

quam

quam eos suscepissent. Porrò hoc ita ualidum est, ut multi mala potius sibi uendicent,& confiteantur aduersum se se, si prius sint persuasi, quàm bona, post longum tempus audientes. Hinc est quod Angli. fide digniores putant Caluinistas prædicantes qui pessima aduersum eos mendacia confingunt quàm Catholicum Romanum Vera dicentem &c.

Audiuntur certè Ignari hæretici &c, rectè dicitur In sacra pagina futurum esse quod homines adorabunt Talpas & vespertiliones. Planè absurdum Illud & incredibile quod de noctua fertur, & hic apud plures accidit. Illam.n.cum nihilo cæteris volucribus sit sapientior, neq; speciosior, sed talis qualem scimus, quando fortè vocem emittit tristificam, prorsusq; insuauem, circumsistunt aliæ Aues: Imò si eam tantum vident, partim propè assident, partim in gyro circumuolant. Hoc ego cum Dione Philosopho Aues facere puto in contemptum vilitatis & infirmitatis. Sed alij dicunt, quod Aues circumstantes noctuæ noctuam admirentur. Quomodo autem fit vt non magis Pauonem admirentur ita pulchrum & varium, atque semetipsum extollentem; pennarumq; pulchritudinem ostentantem quando delitias erga femellam agit, infringens caudam, & circumstatuens sibi vndiq; tanquam speciosum Theatrum, aut pictura quadam cælum syderib. distinctum imitantem, quin & reliquo corpore admirandum, propemodum quasi aurum cæruleo metallo mixtum esset? Cur non admirantur eandem Auem quod in summitate pennarum species illi quasi oculorum inest aut radiorum, tam secundum figuram quàm aliam similitudinem? Cur neque animaduertunt miram omnium pennarum leuitatem vt non difficiles neque importabiles sint propter longitudinem. Neque quod in medio se se quietum & immobilem spectandum præbet quasi in pompa quadam circumactus. Neque quando perterrere volens concutit pennas, sonumque aliquem non iniucundum reddit, tanquam si ventus haud vehemens siluam aliquam densam commoueret? At neque pauonem se se accuratè ornantem, his omnibus modis Aues videre cupiunt: Neque lusciniæ quicquam audientes vocem antelucani erga eam afficiuntur: Quin neque Cygnum amplectuntur propter musicam, ne tum quidem cum cantat nouissimam cantionem, vtpotè

in

in extrema senecta præ voluptate & rerum in vita molestarum obliuione, prospera sibi imprecans, simul & deducens absq; dolore semet vt par est, ad mortem minimè molestam. Ne tunc quidem congregantur carminib. demulsæ, ad fluminis alicuius ripā, aut latum aliquod pratum, aut mundum lacus littus, aut paruam aliquam herbosam fluuialemq; Insulam. Sic multi quoq; cum tot amæna habeant vel habere possunt spectacula, tot quoq; auditiones, partim quidem vehementes Rethores, partim autem conscriptores iucundissimos & carminibus & prosa in moralib. catholicos; Partim varios pauones, nempè multos scholasticos, gloria & Discipulis elatos quasi pennis, Illi inquam his relictis, Noctuam conueniunt, & audire eum volunt qui solùm noctu non per lucem incedit, Hæreticum, Angulos cursitantem &c. nil veri noscentem &c. Cùm Aues ad Noctuam accedunt tanquam ad sapientissimam & eam quæ nouerit omnia, Illa nil consulit, sed solum lamentatur. Ita profectò Isti Nebulones nil prorsus consulunt, sed tantum lamentantur, dicentes quod nos Catholici Romani facimus, quod dicimus, deblaterantes semper &c, nilque solidum docent.

Improbat Dom. nonnullos; dicens. Canes muti non valentes latrare. Esa. 56. quemadmodum indoctæ, & lasciuę canes in venatione non intelligentes neq; cognoscentes uestigia, decipiunt alios uoce & forma: ex scientibus autem atque uidentibus Canes multi eas sequūtur, stultiores propemodum quàm Canes quæ frustra latrant. Canes hi qui uocem non emittunt sed silent & decipi uolunt petulantissimi & stultissimi sunt, qui canes errantes imitantur, tumultum excitantes, atq; eo imitantur vt & alios seducant. Eiusmodi quiddam inuenies & circa eos qui dicunt sophistæ quos interdum multa sequitur turba lasciuientium Doctorum, qui initio tacere volunt, canes muti, quos etiam sequitur stolidorum turba. Vos sapite, æternam sequimini sapientiam In Nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

OMELIA XXV.

Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.


ABET malitia (docet Bern.) Currum ſuum rotis quatuor conſiſtentem, ſeuitia, impatientia, audatia, impudentia; Valde enim velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinem, qui nec Innocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur; trahitur autem duobus Equis ad omnem perniciem paratiſſimis, Terrena potentia;& ſæculi pompa, Porrò præſident his duobus equis Aurigæ duo, Timor, & Liuor, timor quidem pompam, liuor potentiam agit, Hæc Bern. Currum hunc ſiſtere debet Innocentia vel Ignorantia partis, Sanè quid in culpa eſt filius ſi Pater aliquid mali tibi fecit? Certè ex malitia ꝓcedere iam auſus es contra proximum, Quare ne amplius progredi valeas ſtatuitur in Iure, Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere, Propterea hæres vendens rem depoſitam, credens illam fuiſſe defuncti non tenetur ad rem ſed ad pretium ff. depo. l. 1. in fine.

Intelligitur autem hæc regula de quolibet ſucceſſore ſiue ſit ſingularis, ſiue vniuerſalis. Archiep. flor. de reg. iur.

Quod verò in regula dicitur, verum eſt ſi cum ipſo ſucceſſore agatur, ſecus ſi ipſe agat, quia certus debuit eſſe de facto ſuo, cum ad Iudicium prouocat.

Caſus eſt, quem querit Dynus, An Hæres emphiteotæ qui ſoluere ceſſauit Eccleſiæ Canonem per biennium vel priuato per triennium excuſari poteſt & debeat pretextu ignorantię quod videtur per verba iſtius regulæ. Reſpondetq; Dynus quod propter iuſtam ignorantiæ cauſam reſtitutio concedi debeat, Adde tamen quod & ſi talis heres cauſam ignoran-

tiæ adducat, & Nihilominus constat non ipsum ignorasse, sed certiorem fuisse, potest de iure deijci a iure emphiteotico. Etenim sic Ignorantia excusans ignorantem, non excusat scientem.

Queritur vtrum heres teneatur ex delicto vel quasi delicto defuncti, Heres etenim ignorantiam adducere potest delicti illius, Respondetur quod Crimina morte extinguuntur, 23. dist. quorundam & nullus post mortem accusari potest. 24. quest. ij. c. 1. (33. q. ij. admonere. Nisi in casibus hæresis, 24. q. ij. sanè, vel si hæreticos instituit hæredes, de here. si quis Episcopus, vel si decessit in Crimine notorio. vt no. in glo. d. c. quorundam & 24. q. ij. in summa.. vel generaliter quandocunq; defunctus commisit crimen propter quod ipso facto pæna à lege inflicta sit, sicut in hæresi & crimine lesæ maiestatis quia tunc accusatur & agitur contra hæredem, non vt puniatur ex illo delicto, sed ut bona auferantur ab eo, quæ in commissum ceciderunt. & facit. l. commissa. ff. de publi. & tex. bonus. in c. ij. de prescrip. lib. 6.

Aliàs non tenetur hæres pro quocunq; delicto commisso à defuncto siue in contractu quocunque siue extra omnē contractum, nisi in duob. casibus, primò si lis fuit contesta cum defuncto, ut l. unica C. ex delicto. defun. ratio, quia in iudicio quasi cōtrahimus, ut in l. iij. §. idē scribit. ff. de peculio. & licet non teneatur heres ex delicto, ut diximus ex contractu tamen tenetur. Ideoq; per contestationem litis uidetur contractus initus cum defuncto. Secundò si aliquid peruenit ad hæredem ex delicto defuncti, quia in tantum tenetur & non plus. ut in d. l. unica.

De Iure autem Canonico indistinctè tenendum est, quod tenetur hæres satisfacere quando quis agit pro damni satisfactione contra hæredem, intellige quantum hæreditas se extendit, & hoc sequuntur omnes Doctores quod tutius est in conscientia.

Queritur, Cùm homo in ius Angelorum rebellium successerit, cur cum Angeli maxima pollerent scientia sic sic homo inscius & ignorans, precipuè diuinorum existit? voluit pro fectò Deus vt rationalis & intellectualis creatura suum clare non attingens obiectum anxia fatigaretur ad illud acquirendum, nec his materia inuolutis contenta viribus omnibus ad

sublimio-

sublimiora adhibitis ad altiora iugiter rederet, solemus enim obscuriora curiosius inuestigare, ob id & Clem. alex. li. 5. stromat. refert egyptios in valuis templorum consueuisse sphinges collocare in obscuritatis symbolum, vt docerent Diuina non passim vulganda. Propterea sacram scripturam obscuram videmus, ita ut dicat D. Hier. li. de Virg. ad Eust. scripturam sacram esse margaritum quod potest ex omni parte perforari. Adde non esse mirum si Diuina scriptura tot difficultatib. sit inuoluta, Cum etiam archana Philosophię, moraliaque dogmata Pythagoras uarijs contexit Symbolis, quorum nonnulla reffert Plutarch, lib. de instit. puer. Quinimò & D. Hier. in apolog. adu, Ruf. ubi multa commemorat simulq, interpretatur, cuiusmodi est illud, Coronam minimè carpendam, idest leges urbium conseruandas, & illud, Cor non comedendum, idest mærorem de animo eximendum, & hirundinem in domo non recipiendam, idest garrulos & verbosos homines sub eodem tecto non habendos & alia similia, Iure etiam factum fuit vt sacra scriptura obscura esset propter Infideles, ne vz. altissima fidei mysteria quæ nõ intelligunt irrideant, sic docet D. Dyon. Areop. c. 2. cælest. hier. & affirmat Theophil. Luc. 8. Sicut, vt origenes docet lapis pretiosus auro tegitur ne ab ignorante pretium eius contemnatur, ita sacra scriptura pretiosissima gemma sub auro parabolæ iure tegi debet,

Cum quis &c. iustam ignor. causam &c. Queri potest vtrum teneatur hæres ad vota testatoris, Cum ignorantiam deliberatæ testatoris voluntatis adducere possit. Pet. de Palude in 4. distinguit de voto, aut est reale, aut personale, si est votum reale puta dandi, aut exponendi tantum, tenetur hęres, Non autem si est personale, vt ieiunare, peregrinari, aut Continere, Nisi se sponte ad illud obligauerit.

Si verò votum simul est reale, & personale, & vtrumque expressum, tenetur ad reale, vt si vouit ire ad S. Iacobum, & equum offerre tenetur ad equum tantum; Similiter si vouit fundare monasterium, & intrare, Ad fundationem tantum Monasterij tenetur. Et si est expressum personale principaliter, & reale tacitum & accessorium, vt ire ad S. Iacobum, hæres non tenetur ad reale, idest expensas, sicut nec ad personale; Et si vouit religionem, non tenetur hæres tradere

bona, quia sublato principali, tollitur accessorium; Similiter si defunctus suscceperat Crucem, non tenetur hęres expensas mittere quas fecisset, nisi hoc ordinasset. hæc Palud. & Siluest. in sum. ver. Hæreditas 4. §. 10.

Verum, bonum esset si Hæres expensas illas accessorias in Animæ defuncti suffragium erogaret, cum realiter quid distinctum sint à persona. Et licet concesserit hæredi Testator vniuersalem bonorum successionem, Nihilominus, In generali concessione non veniunt ea quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. De regul. iur. lib. 6. in generali. Verisimiliter autem Defunctus heredi non concessisset expensas illas si superuixisset, sed quod Deo sacrandam disposuerat, Deo sacrasset, & rationi congruit vt succedat in Onere qui substituitur in honore.

Animaduertant Hæredes illud Senecæ epist. 83. Errat si quis benefitium accipit libentius quàm reddit, Hilarior esse debet qui soluit, quàm qui mutuat, & lætior esse debet qui ære alieno accepti benefitij exoneratur quàm qui obligatur. Addiscant ab Ambr. sup. Luc. Nescit virtus mensuram gratiæ, nec contenta refferre quod acceperit, sed vult cumulare quod sumpsit, nec inferior fit benefitio, licet æquetur offitio Audiant Cassiod. Inuitat ad magna qui gratanter suscipit modica, & spem de futuris recipit qui transacta benefitia recognoscit.

Sed verum experimur illud D. Greg. sicut boni per contumelias meliores existunt, Ita semper reprobi de benefitio peiores fiunt. Cur verò permulti erga Institutores suos, qui eos ditarunt, ita Ingrati existant, ratio est, quia meruisse dicunt sibi bona relicta, Contra quos D. Bern. de dilig. Deo. ait: Est superbia & delictum maximum vti datis tanquam innatis, & in acceptis benefitijs gloriam vsurpare benefitij. è contra verò Plin. in prolog. de natur. hist. Est benegnissimi vt arbitror & pleni ingenij pudoris fateri p quos pfeceris.

Plorat autem Hierem. (Tren. 4) dicens. Filij syon Incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuũ figuli. Describit Tacit. li. 1. an. exercitus Romani euentum dum contra Arminium pugnare semel pararet, vbi Varus cum trib. legionib. cæsus fuerat, & de Germanico ait. Igitur cupido Cæsarem inuadit soluendi suprema

militib.

militib. Ducique, permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos denique, ob casus bellorum & sortem hominum, præmisso Cecina, vt occulta saltuum scrutaretur, pontesque & aggeres humido paludum, & fallacib. campis imponeret. Incedunt mæstos locos, terret solitudo, terrent tacentes loci, visuque ac memoria deformes. Prima Vari castra lato ambitu & dimensis principijs trium legionum manus ostentabant; Dein semiruto vallo, humili fossa accisæ iam reliquiæ consedisse intelligebantur. Medio campi albentia ossa, vt fugerant, vt restiterant, disiecta vel aggerata. Adiacebant fragmina telorum, equorumque artus, simul truncis arborum ante fixa ora. lucis pro pinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant, & Cladis eius superstites pugnam aut vincula elapsi referebant, hic cecidisse legatos, Illic raptas Aquilas, primum vbi vulnus Varo adactum, ubi infælici dextera & suo ictu mortem inuenerit. Eia fratres dicere forsan potuissent Romani illi super ossa illa, filij Incliti, quomodo reputati sunt in vasa testea. Sed non filij illi Romanorum amicti erant auro primo. Ex nostris qui ad aliã migrarunt Vitam pęnitentes, filij Incliti & visionis, merito appelari possunt, cum gloriosè de Infernali hoste media pænitentia triumpharint, amicti auro primo, nuptiali vz. veste quæ Charitas ẽ auro signata. Hi verò, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuũ figuli? Cum reconditũ inuenitur in vase thesaurũ, thesauro quidẽ retento, vas ipsum proijcitur; Proh dolor, Patris tui retentis diuitijs, Ipsũ Patrẽ iã, ac si testeũ esset vas contemnis, vt vilissimũ quid abiecisti matris nomen, & oblitus es Institutorũ ingratiss. Creatura.

Eia fratres omnes leges annuunt nos amicorum animab. succurrere debere, lex naturæ. quod tibi vis fieri, alteri feceris. Si in camino ignis esses inde extrahi velles, vade & fac similiter erga amicum. In vet. verò lege Num. 19. habetur ꝙ purificationes ꝓ mortuis fiebant Quare Eccl. 7. Mortuo non prohibeas gratiam. Lex amicitiæ hoc expostulat. Pro. 17. omni tẽpore diligit qui amicus est, Tacitus uerò li. 2. an. ait. Non hoc præcipuum amicorũ munus ẽ, ꝓsequi defunctũ ignauo questu, sed quę voluerit meminisse, quæ mandauerit exequi.

Vos autem qui in filios bona dimittentes, facturos quod Ipsi

facere

facere tenebamini sperantes, Audite D. Bern. in ep. Siluestri dicentem. Diligentibus personā tuam non committas animam tuam, committe animam tuam diligentib. suam, Dispone de rebus ante morbum, sæpè quis efficitur Infirmitatis seruus, & seruus testari non potest, liber ergo testeris antequam seruus efficiaris.

A' parentib. habent filij quod Indeuoti viuant nec Animarum curam habeant &c. Ferunt Cratem illum antiquum solitum dicere, exclamaturum se magna voce, si licuisset, ab altissima Vrbis parte, accusaturumque hominum stoliditatem, qui cum cogendarum peccuniarum tanto ardore raperentur, filijs tamen, quibus eas relicturi essent, erudiendis, vel minimam vel nullam curam impenderent.

A' Patre habent filij mores. Hinc Diogines Adolescentulo cuidam ex temulentia desipienti, dixit, Ebrius te seminauit Pater. Cui dicto nec dissimile est quod à sene quodam Docto iactum fuisse narrat Maph. Veg. in quendam puerum imoderatius edentem, quem dum Orci, qui cuncta deuorat, filium appellaret: O semini (inquit) conueniens messis.

Quemadmodum verò diligentius culta lætiores fruges terra producit, Ita matres, quæ diligentiorem sui curam habuerunt meliores etiam proferunt filios. Duos pueros agrestib. parentib. natos accepimus, propter matrum, cum lactis, tum æris inopiam, alterum caprino, alterum porcino lacte, enutritos, atq; hunc à lutosis paludib. illum à dumetis frondosisq; à iugis montium nunquam auelli potuisse. Parcant igitur matres, quasi abse filios ablegantes, alijs alendos dimittere. Desinant proinde ita delicatæ, quid dico delicatæ? Imò ita feræ atq; immanes esse, vt quo formæ, aut tenerioris ætatis florem alijs ostētandum conseruent, quod neque lupæ, neq; leenæ efficerent, filios quasi vel negligentes, vel odio ēt persequentes à pectore suo abijciant. experimento probatum esse affirmant Medici (Veg.) conferre .s. ad queq; quib. infantes anguntur nocumenta. Si admoueantur ori eorum sugendæ mammarum maternarum papillæ. Ne manifesta iam naturæ iura respuantur. Attendite D. Gregorium asserere, matres, non alia causa filios quos gignut alijs mulierib. nutriendos dare, quàm sola ex carnis incontinentia. Nolint igitur matres fontem vberum suorum

pro-

proprijs filijs claudere, Ne imitentur eas quæ turpitudinis suæ consciæ nondum natos fœtus priuant alimonia interioris puriorisq; sanguinis, abortum medicamentis facientes. Quid n. aliud ipse factitant, dum vberrima vberum suorum illis munera denegant? dum tubos, per quos pertiosissima lactis ipsius vnda profluit, arefaciunt? Neq; vllam matres, quod ab alijs ali filios curent, excusationem afferant:

Filij, si fari possent,& vecordiam longè matrum accusarent,& quod ab Artifice natura susceperunt ab ipsis tanquam proditricib. ac salutis eorum inimicis auferri quererentur. Nam quid conuenire magis sustentationi ipsorum credunt quàm consuetum iam & in interiorib. vteri penetralib. antè degustatum sanguinem? Neque n. alius est ac prius in vtero fuit, quamuis vi decoquentis caloris mutato postea colore exalbuerit. Nam nec carbonum, quod aliū cum ardent, alium cum extincti sunt colorem seruent, diuersa tamen est species. Vina quoque quod ex vuis recenter expressa albescant, diutiusq; in fracibus seruata rubescant non diuersa tamen esse existimamus. Dicant verò Delicatæ, si à teneris annis assuefactæ fuerint cuipiam vino, quod (verbi causa) uinea sua genuerit neque aliud unquam exoptauerint, quan tum ad ualetudinem conferre putabunt, si ex diuerso longè orbe prolatum uinum aliud eas ebibere oporteat; Ita profectò est, ut cum nihil applicabilius, nihil similius cui iam in utero assuefacti sunt uictui illis afferri possit, quàm lac proprium matris, nihil etiam sit sustentationi, atque augmento aptius nihil conuenientius.

Dicimus tandem quod Nutricis mores examusim filij comitantur, ac si cor nutricis, atq; animam cū lacte simul imbibant. Discant ergo matres, quos genuerint, alimento eriā proprio non fraudare: intelligantq; filios, non tam liquorem ipsum, quorum gratia is à natura liberalissimè eis tributus est, quàm mores simul ac uitæ conditiones imbibituros esse.

Mirabile est quod Herodotus refert, quod uz. Volens Psammeticus Egiptiorum Rex agnoscere ouænam lingua prior in mundo fuerit, Duos Infantes pastori cuidam nutriendos tradidit, iubens ut nulla unquam persona ad eos ingrediens uel uerbum formaret, sed seorsum educandi supponerentur

capris

capris à quib. lac fugerent; Ita uerò factum est, sic n.uidere volebat quæ verba post infantiles vagitus formassent: Annis igitur duob. trāsactis, ad infantes intrans pastor, En, Ambos ante se prostratos habuit Infantes eleuatis manib. dicentes, Bec, quod idem sonat lingua frigia (iuxta peritos) quod Panis apud nos, Ex hoc judicarunt frigiam linguam, egiptiorum lingua antiquiorē: Sed dicerem ego quod hoc verbum, Bec, prius dixerunt, non quod Patrem Bec putarent, nec quod panem cuius cognitionem nundum habuerant exquirerent, sed quod didicerunt à nutricib. capris. &c, applica quid educatio operetur. &c.

Cæterum optimi filij, Historias & gesta antenatorum legere deberent, & que à parentibus non adiscunt ab antenatis ediscerent. Nimirum Historia à M. Tullio appellatur, Testimonium temporum, magistra vitæ, lux memoriæ, & spiritus actionnm.

Tristatur Reg. Proph. eos cernens qui suorum Immemores, nil boni pro ipsis suffragandis operantur, Inducitq: Dauid prædecessorum Animas quærimonias inferentes, ac dicentes (ps. 108.) & non dixerunt qui præteribant, Benedictio Dom. sup. vos benedix. v. in nom. Dom. Dolent sanè super nos qui in via sumus, & mereri possumus, quia pro ipsis, qui iam ad illam transierunt vitā nec amplius mereri possunt, nō oramus nec bona alia peragimus. Sed vos qui vestros nequaquam benedicitis, Audite quid prophetat Dauid. Fiant sicut fænum tectorum quod priusquam euellatur exaruit. Quid est hoc, priusquam euellatur exaruit? Ante tempus moriemini. Frater antequam euellaris secundum naturæ cursum, consumeris, ethicus fies, Cur? Et non dixerunt qui preteribant Benedictio Dom. sup. vos, Illud, &, causale est, & idem est, ac si diceretur, Fient sicut fænum tectorum, quia non dixerunt, Benedictio Dom. super vos. Benediximus. v.

Eia filij, Viene mos iam hic erat, vt fertur, Cum aliquis moriebatur Pater fam. Filij, vel alij filiorum nomine, altum conscendebant suggestum, Illinc verò solemni ceremonia, & fletu maximo, Clypeum in quo defuncti patris laudes figurabantur, cadere sinebant. In quo quidem innuere contendebant, Patrem Clypeum ac tutamen quo nullum majus

ius filio; mortuoq; ipso sicut qui amisit in bello Clypeum innumeris subiacere periculis. Protegat, nos ab omnib. malis Deus Pat. Filius, & Spiritus Sanct. Amen.

OMELIA XXVI.

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.



AGNI Comentatoris Auerrois opinio fuit, cui cæteri contradicunt insignes Doctores. Nempè quod Vnus sit Intellectus omnium, vnicumq; quo omnes intelligimus Intellectiuum principium, nec socratis intellectus alius quidem sit ab intellectu Titi, nec aliud sit intellectus Theologi ab intellectu Fabri, sed idem vnus sit intellectus omnium; Addunt etiam Aueroistæ, quod non solùm vnitas hæc intellectus hominum detur, sed vnum sit etiam intelligere omnium subiectiuè v z. quamuis respectu phantasmatum obiectiuè, plura intelligere sint, quam quidem phantasmatum pluralitatem, ad hoc quod meum & tuum intelligere diuersum dicatur, sufficere asserunt. Mirabilis profectò est talium opinio, & est, ac si diceremus omnes homines quæcunq; corporaliter vident vno tantummodo oculo omnes & singulos non pluribus suis oculis singula videre. Contra prædicta docet D. Th. p. p. q. 76. ar. 2. impossibile esse Intellectum quo intelligimus vnum in omnibus esse, tripliceterq; Doctor Ang. dictum comprobat suum. Primò in via Platonis 2. in via Aristot. 3 simpliciter. primò ducit ad impossibile, etenim si intellectus esset vnus socratis & Titi, socrates & Titus, vnus homo essentialiter essent, sequela vtique tenet. quoniam apud Platonem, Anima ipsa est homo, In via Arist.

stot.ostensiue probatur intentum, Impossibile est plura numero, vnum esse numero habere, ergo impossibile est plurium numero esse vnam formam numero, probatur, quia forma est essendi principium, ergo non potest esse vnus intellectus, tenetq; sequela, quia Intellectus est potentia animæ, quæ siquidem hominis forma substantialis est apud Aristot. Quo ad tertium ducitur ad impossibile: Si Intellectus esset vnus in omnibus, omnes homines essent unus intelligens, & unum numero haberent intelligere, respectu eiusdem intelligibilis, Hæc sunt impossibilia & absurdissima dictu. Igitur, &c.

Ratum quis haberi non potest (Regula) quod ipsius nomine non est gestum. Ratio huius regulæ vtiq; dici potest, quia contra Auerroem diuersi hominum Intellectus sunt, & quod vnius Intellectus, bonum apprehendit, Alter alterius, malum iudicat. stat enim quod seruus clericum percutiat, hoc vt bonum apprehendens, Cum autem malum hoc viderit Dominus stat vt hoc minimè aprobet (ecce diuersitatem intellectus) quare excomunicato seruo, Dominus non excomunicatur. De sent. excom. cum quis. li. 6.

Quinimò si occidisti clericum nomine tuo, & ego cuius nomine factum non fuit ratum huiusmodi habui, non sum innodatus vinculo excomunicationis; quia quod meo nomine non est gestum ratum habere non possum, vt sup. de sent. excom. cum quis. li. 6.

Querit Dynus An successor prælati possit habere ratum quod gestum est nomine prædecessoris. respondetq; quod si est gestum contemplatione ecclesię, vel dubitatur tali contemplatione esse gestum, ratum habere posse, quia adhuc durat ecclesia cuius personam repręsentat prelatus secundus sicut & primus.

Quod verò maximè adnotandum in hac regula duximus, est in quo fallit ipsamet regula. igitur regula hæc, Ratum quis hab. non pot. quod ips. nom. non est gestum, Fallit in spiritualib. In quib. ratum habeo quod nomine meo non est gestum, fallit verò precipuè in peccato Adæ, etenim non uidetur nomine meo transgressum esse Adam Dei mandatum, ac nihilominus ratum habui peccatum illud, & de illo pænam omnes meremur. Quamuis n. Pelagius, celestinus,

nus, ac Iulianus, & alij hæretici quod Adæ peccatum illi solùm nocuit, docuerint, contra ipsos tamen perniciosissimos uiros Docet D. Paulus Rom. 5. Per unum hominem peccatum in mundum transijt, & per pecatum mors, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem preuaricationis Adæ: super quib. uerbis, Doctor Angelicus, asserit, quod cum peccatum originale traducatur simul cum natura, sicut per uirtutem actiuam uiri, muliere materiam ministrante natura traducitur, ita & peccatum originale. Vnde si Adam non peccasset, Eua peccante, non per hoc fuisset peccatum ad posteros traductum. ex hoc dici potest quod Christus Dominus originale non contraxit peccatum, quoniam sine virili semine ex sola femina carnem accepit D. verò August. Iuliano hæretico, querenti hoc pacto. Non peccat iste qui nascitur, non peccat iste qui genuit, non peccat ille qui condidit, per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentiæ peccatum fingis ingressum, respondet Doctor Sanct. referente D. Th vbi sup. quid queris latentem rimam cum habeat apertissimam ianuam? nam sm̃ Apostolum, per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. Cattholicæ verò huius sententiæ fautores vocat Augustinus, Ambrosium, Ireneum Cyprianum, Retitium, Olimpium, Hilarium, Gregorium, Innocentium, cæterosq; illius temporis Doctores viros. Pro qua verissima sententia, adest regia Dauidica authoritas, ecce n. in iniquitatibus conceptus sum: Contrariumq; per Concilium Mileuitanum, ac postremò per Conc. Trident. sess. 5. apertissimè damnatur.

Aduertas tamen neccesse est, quod quamuis nomine meo vel nomine tuo non videatur Adam peccasse, Nihilominus reuerà omnium hominum nomine peccauit, Nam & philosophi fatentur quod participatione speciei omnes homines sunt vnus homo, Nec dicimus te actualiter in Adam peccasse sed originaliter. vt videlicet in Adam totius humanæ naturæ pregnanti continebaris. Et quemadmodum in Abrahæ lumbis decimatus est leui prosequuturus. (hebr. 7.) ita in lumbis Adam posteri Omnes rei constituti sunt, Adami n. voluntas, voluntatem vniuersi generis hum. representabat, Ita, ac si humanum genus totum presens atque consentiens fuisset: eodem modo omnia eiusdem corporis mem-

bra per vnam suppositi voluntatem peccant, à violenta etenim manu factũ homicidiũ ex mala totius voluntate, totius volũtariũ appellatur homicidiũ, omniaq; patiuntur mẽbra. De Christo verò Dom. quoniam, vt diximus, non ex virili semine ipse est genitus, dicimus quod ipsius nomine non est gestũ peccatum ab Adam, Nec ratum Christus habet, qa absq; originali labe carnem accepit Dom. quare Can. 3. Egregiè dicitur, Egredimini & videte filiæ Syon Regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius & in die letitiæ cordis eius, quem locum egregiè docet Adrianus Finus (lib. 2. flag. c. 5.) intelligendum de assumptione carnis à Dei filio ex Virgine conseruata eius integritate, significariq; docet Finus, non more cæterorum hominum verbum diuinum factum fuisse hominem in Virgine, sed tàm prestanti ratione vt inter cæteros homines regalem coronam regiumque diadema propter nouum conceptionis modum gestauerit. Adde verò Adriani Fini fundatissimę speculationi, Dei verbum incarnatum singulari etiam ratione vt hominem regali corona à Virgine matre redimitum ab instanti primo suæ conceptionis, quia inter quoscunque in vtero conceptos absq; originali peccato est conceptum liberum, non subditum iniquitati, propterea inquam vocantur omnes ad hoc spectandum post hominis casum alias vnquam in vniuerso spectatum, egredimini & videte filiæ syon regẽ Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, cum natura humana assumpta & copulata est Diuine, in die letitiæ cordis sui. Cum exultauit vt gigas ad curendum viam salutis, quare rectè dicimus, peccatum non habuisse ratum Dei filium Incarnatum, Nõ enim Maria Virgo filium inquinauit, Vnde nõ absq; mysterio ait, ecce ancilla Domini, quare ancilla vocaris ò Angelorum Domina Cum Dei mater eligeris, quoniam sic leges disponunt, Ancillas non posse innouando cõditionẽ Dominorũ minuere, sed potius augere l. huic ff. d Iureiur. Obseruat verò D. Chrisost. sup. illud Mat. 12. ecce mater, &c. quod dũ Christus persuaderet populo quod filius esset Dei, Diabolus procurauit aduentum matris, vt turbæ videntes parentes Carnales, Diuinitatis eius obscuraret naturã. hæc ille, sed peccato obscurari nunquã potuit, licet n. Vt ait Iob, nemo

mo sit mundus à sorde, nec etiam infans vnius diei cuius sit vita super terram, hunc tamen scilicet Christum de viris vnum reperit salomon absq; peccato qui sortitus est animam bonam & venit ad corpus incoinquinatum, eccli. 2. qui minimè potuit iuste de peccato argui, quoniam nec valuit vnquam peccare solus inter mortuos liber.

Non fuit igitur peccato subditus Christus Dom. nec ratum habuit quod ipsius nomine non fuit gestum, quod singularissimum esse in Redemptore docêt SS. Doctores, Vnde Hiero. sup. illa verba ps. 12. De manu canis Vnicam meam. ait. Vnica est Anima Christi quia sola est sine peccato. & D. Gregor. 12. mor. affirmat, Nullus sine peccato fuit nisi ille qui in hoc mundo venit sine peccato & D. Ambros. super Luc. c. 2. solus, inquit, per omnia est natus de fæmina sanctus Dominus Iesus. (intellige hoc de prima natiuitate, in vtero vz.)& D. Augus. 2. contra Iulianum omnes homines, ait, filij primorum parentum peccato nascuntur obnoxij, hoc qui negat, Christianæ fidei fundamenta subuertere conatur. hæc Aug.

Quis vero sacrorum quatuor Ecclesiæ Doctorum sacram impugnare ausus fuerit Doctrinam? Quid extranei peius contra orthodoxosos temptabunt? Sciunt preterea Domini Iurisperiti illud, Princeps legibus subditus non est, Augusta autem subdita est .l. Princeps .ff. de Legi. Quare Gratian. De con. Di. 3. & 4. cap. firmissimè tene, ait, Firmissimè tene, & nullatenus dubites, Quod omnis homo, qui per concubitum viri & mulieris concipitur cum peccato originali nascatur. Idem affirmat Io. Andr. super c. conquestus: Ext. de ferijs. Idemq; sensit communior Sac. Doct. Caterua D. Bern. in ep. ad Lugdun. D. Anselm. lib. cur Deus homo. D. Bonau. in 3. sent. Idê sentit Leo Papa in multis ex suis serm. Idê ven. Beda, hom. sup. miss. est Idê Cassiodor. super psalm. Idem Hugo de S. Vict. lib. de sacram. li. 2. p. 2. c. 6. Idem Ricard. de S. Vict. sup. illud Spir. S. superu. in te. Idem Mag. sent. lib. 3. sent. di. 3. Idem Albert. Mag. 3. sent. di. 3. Idem Alanus, in exposit. symbol. Idem Alex. de Ales. insignis inter PP. Scotistas in 3. p. sum. Idem Ricard. de Media Villa eiusdem Scholæ doctiss. in 3. dist. 3. Idem Nicol. di Lyra eiusdemmet ordinis egreg. comentator. sup. illa verba, Spir. S. super

S. super. in te, Idem Principaliores ex Augustinianis Patrib. inter Theologos asseruerunt, Egidius Rom. in quolib. & Gregor. Arim. in 2. di. 30. q. 2. Idemq; senserunt Hireneus, Gyprianus, Retitius, Olimpius, Hilarius, Gregor. Theologus, Innocentius, Basilius, & Innumeri alij quos connumerare longum foret. quare Prædicatorum ordo in hac doctrina nil noui sentit sed tantummodo (Catholicorum more) sacrorum Doctorum & Patrum Doctrinam firmissimè tueri constantissimè protestatus est, nisi aliter in contrarium forsitan Sācta Mater Ecclesia orthodoxa Romana, cui obnixe obtēperandum, sentire decreuerit, quod hucusq; præfatorum SS. PP. edocta doctrina, nullo modo decreuit. Quamuis ex popularium & vulgarium imperitia, abstinere ab his Concionatorib. mandauerit PA. V. & quidem ad euitandum Imperitorum passiuum scandalum. Non per hoc tamen habenæ cæteris laxandæ contra S. Pont. intentum, Ita vt contra Sanctorum Patrum doctrinam predicetur. Sanè mos orthodoxorum est (& hoc Su. Pontificib. periucundum) ab incertis cauere propositionib. & ab illis quæ Patrum sententijs dissonant; Quandoquidem maius scandalum haud dubiè ingerit fidelibus predicatio contra Documenta sacrorum Doctorum, quàm sermocinatio contra communem populorum opinionem. Porrò Iustorum Doctrina fulget Ecclesia vt Sole Luna. Atqui cum S V. Pontifices in rebus fidei aliquid deffinire volunt, Regula quidem eorum Sanctor. ipsorum Patrum sunt Sententiæ. Quid verò extranei dicent, Regulam ipsam ab ipsis nobis, sic in re graui improbari videntes? Christus itaque solus (iuxta sanctorum placitum) ratum non habuit originale peccatum, quod ipsius nomine non est gestum, qui ex purissimis Virginis Matris visceribus, qui ex Innocentissima, super puras creaturas extollenda, à Deo prima, non ex virili semine sed mistico spiramine, sancto obumbrante spiritu, est genitus. Huius verò Augusta Mater ipsa aptè laudabitur, Cum Dei Mater, quo nil inter feminas maius excogitari potest prędicabitur, In hoc Mariæ solemnia fiunt, In hoc lætantur Angelici spiritus, dicentes, Lætabimur & exultabimus in te memores vberum tuorum. Quas querimus solemnitates? Qui potest capere capiat.

Ratum

Ratum verò habere poteſt quis etiam in ſpiritualib. quod ipſius nomine geſtum fuit, quod vtiq; clarum conſtat, cum in Baptiſmo pro paruulo promittunt Patrini, Ratum habetur à Patrinis geſtum. Sed queris. Cur paruuli de fide interrogantur, cum fidei capaces minimè exiſtant, reſpondetur autem per Patrinos? Dicimus quod ſicut paruulo neſciente, Parentum miniſterio multa præſtantur beneficia, nempè, cibus, potus, ac veſtitus, nec paruuli ignorantia hæc impedit beneficia, Non n. quia ignorat minus inuoluitur pannis, aut lauatur; ſic etiam eidem ignoranti medicamina adhibentur ſpiritualia, & ſanitatem ipſe acquirit ſpiritualem. Vlterius, Si parentum carnalium meritis ac precib. ſanitatem aliaq; temporalia bona quibus poſtea ſæpè Deus contemnitur, Deus præſtat, multo fortius filijs ſpiritualib. dat Deus meritis, ac precibus parentum bona ipſa quib. Deum honorant & colunt. Sed iterum inſtas, quomodo prodeſt ignoranti pupillo, fidei reſponſio à Patrino facta? Dicas verò, quomodo in Iuditio conuenitur pupillus, cum quid ab eo petatur nec intelligat, nec petitioni reſpondere ſciat? Manifeſtum quippè eſt quod Tutor pro pupillo reſpondere, ac illius nomine cauſam agere habet. Patet autem prodeſſe pupillo quod pro eo utiliter Tutor agit, conditionéq; ſuam in cauſa meliorem Tutor facit: Ita prorſus per ſpiritualem fit Patrinum. Credit profectò Regulus, & eius Saluatur filius; Credit Martha, & ſuſcitatur Lazarus; Credit Archiſinagog. et reſſurgit filia eius; Credit Cananea, & à Demonio liberatur filia; Credit Centurio, & eius curatur puer; Credunt paralytici Delatores poſſe eum à Chriſto curari, & curatur Anima eius & corpus. Videns n. fidem illorum, ait, Remittuntur tibi pecc. tua. Si ergo tot & tanti aliena ſanati ſunt fide, Cur parentum vel Eccleſiæ fide paruuli ab originali remedio per Redēptorem inſtituto adhibito mundari non poſſunt? Adde quod plus ad ſaluandum Dei abundat gratia, quàm Adæ peccatum ad damnandum abundauerit; Cum igitur paruuli per alium in hoc peccauerint, Cur per alium eorum non obtinebitur ſalus?

Iuſtas rurſum, Quid, ſi in Baptiſmi aqua, iam abluta eſt culpa, Quid inquam eſt quod adhuc ad peccandum ferè omnes prolabuntur? An inefficax dicendum baptiſmi Sacramentum?

mentum? Absit hoc procul; Declarat Reg. proh. admirabili quidem metaphora mysterium hoc (ps. 73.) cum ait. Tu contribulasti capita draconum in aquis, Admiremini Dauidicam metaphoram fratres, Imaginemini Draconem cuius sit penitus caput contritum, Cauda nihilominus manet ipsius, in qua siquidem adhuc motus vitalesq; spiritus persaltanti tantisperimanent, Ita planè de originali peccato, ait Proph. Tu contribulasti Capita Draconum in aquis. In Aquis vtiq; sac. fontis baptism. contritum est Caput deletum quidem peccatum, verum quantum ad caudam Draconis, quoad reliquias, quantum ad fomitem, quoad peccandi propensionem titillat sæpè, & vbi nos assensum præbemus, vires inde acquirit imensas.

Rursus. Moriuntur in mari rubro Iudaici populi Inimici omn. Moriuntur in baptismi aqua om. pecc. nostra, Intendite fratres. Post mare rubrum non continuò Patria datur, nec tanquã iã hostes desint, secure triũphatur, sed restat æremi solitudo, restant hostes insidiantes in via; Sic & post Baptismũ, restat vita Christiana in tentationib. In hæremo suspirabatur patriæ promissæ, Quid aliud Christiani suspirant iam abluti in baptismo? Nunquid iam regnant cum Christo? Nundum ventum est ad terram promissionis nostræ, sed non defecturam: Hoc modo audiant omnes fideles, sciant vbi sint, In æremo sunt, patriæ suspirant, Mortui sunt hostes in baptismo, sed insequentes à tergo quid est insequentes à tergo? Ante faciem futura habemus, à tergo præterita. Peccata deleta sunt in baptismo, quib. modo temptamur. Eia iam non à tergo insequuntur, sed in via insidiantur. Imitamini Apostolum, qui huius eremi in via adhuc constitutus. Quæ retro, inquit, oblitus, in ea quæ ante sunt extensus, sm̃ intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Dei, eamus & nos &c.



OME.

OMELIA XXVII.

Rati habitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.



Onsideratio est quæ confusa discriminat, sparsa colligit, secreta rimatur, verum inuestigat, verisimilia examinat, ficta, & fuscata explorat, hæc Bernard. qui & sequitur (De consid. ad Eug.) hæc est quæ agenda preordinat, acta recogitat, in aduersis prosperat, in aduersis quasi non sentit. & rursum. Primum Ipsum fontem suum, idest mentem de qua oritur, consideratio purificat, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat, postremò diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert. & iterum spiritualis homo (ait Bern.) omne opus suum terna quadam consideratione preueniet, prius quidem an liceat deinde an deceat, postremò an expediat. Sed cur hoc? quia, Pauci sunt qui consilio se suaq; disponunt (Seneca) cæteri eorum more qui fluminibus inatant, non eunt sed feruntur, velocesq; ad assentiendum precipites immerguntur, Ratum habent quod ipsorum nomine est gestum, etiam delictum, vnde & eadem pæna puniuntur ac si mandasset delictum illud perpetrari. Hoc statuitur in hac Regula. Rati habitionem retrotrahi, & mandato non est dubium Comparari. Per quam regulā cautos esse docemur in ratificanda quæ emergunt.

Valet hæc regula nedum in delictis, sed etiam In contractibus vt si aliquis rem emerit sine mandato nomine meo, & ego postea ratam habeo emptionem &c. Nota tamen, quod si infra certum tempus aliquid facere teneor, & alius infra idem tempus id nomine meo fecit, habere ratum debeo, alias rati habitio non prodesset. ij. q. 6. non solent.

Huic regulæ simile est quod dicit lex, scilicet quod appellans condemnatus de furto, si non prosequitur appellationem, retro notatur infamia, videtur n. ratam habere sententiam ff. de his qui no infa. l. furti.

Extenditur ad damna & maleficia, quæ si quis faciat nomine alicuius, & ille hoc sentiens ratum habeat, ita tenetur ac si mandasset; sic & clericum verberans nomine alterius quãuis non mandauerit, si habet ratum, excomunicatus efficitur. De sent. excom. cum quis, li. 6. secus si non nomine illius factum est: quia qui audiens habet ratum & gratum, peccat quidem, sed in excomunicationem nõ incidit, similiter audiens damna facta & furta, non tamen nomine suo, licet habens rata propter odium illius, peccet quidem ad restitutionem tñ non tenetur, sicut teneretur si eius nomine esset factum cum posset obuiare. Archiep. Florent. de reg. iur. li. 6.

Sed queris, quomodo verum sit quod peccet qui malum non intulit nec cuius nomine illatum est sed tantum ratum habet & lætatur, Audi Bern. de precep. & dispens. Bonum prorsus condemnat intentio praua, & non penitus excusat recta. & Gregor. in mor. sicut fabrica Columnis, columnæ autem basibus innituntur, ita vita nostra in virtutibus, virtutes autem in intentione intima subsistunt, & rursus ait, si semel cor in Intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas & terminus ab hoste callido securè possidetur, quoniam totam arborem sibi fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vulnerauit. Salomon autem clarè & sapientissimè ait, Qui lætatur in ruina alterius, non erit Impunitus. Adde, nedum peccare qui ratum habet proximi malum sed illum etiam qui non habet ratum nec vllo modo nocuit, sed tamen nocere disposuit, Sic affirmat D. Hieron. in epist. dicens, quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit qui nocere disposuit. Nec postea laudandus est si non fecit quod facere non potuit, ait n. Seneca de morib. Nulla laus est non facere quod facere non possis.

Rati habitionem, &c. queritur, An Absoluens pænitentem à reseruatis non habens facultatem sub spe rati habitionis sui Prælati verè absoluat, si ille postea habeat ratum. Communiter respondetur quod non absoluat. D. Anton. Archiep.

chiep. Flor. de reg. iur. lib. 6. Nihilominus Angel. in tit. Casus episcopo resseruati ad finem, dicit quod licet episcopus pro comuni vtilitate aliquem reseruasset Casum, si sacerdos videret in aliquo particulari saluti non expedire, sed obesse si penitens remitteretur, potest vtique absoluere iuxta nota. per Panor. in c. dilect. de consag. & affin & in c. at si clerici. de iudi. Hoc autem Angel. dictum limitatur à Siluest. in sum. V. Confessor. 3. 4 qui asserit hoc esse verum eo casu quo pænitens ad superiorem remitti non potest, vel quoties probabiliter presumitur de tali casu superiorem in resseruatione non cogitasse, Alias autem illud dictum falsum est secundum Siluestrum, & ratio illa est, quia talis sacerdos quoad hoc ligatas habet claues, quare nõ tenet absolutio, Probatur in c. si episcop. de pen. & rem. in, 6. vbi dicitur quod in hoc nullam habet potestatem & in Clem. Dudum ver. per huiusmodi cum ibi no. de sepul. & in c. pastoralis, de offi. ordin. Nisi sit in articulo mortis. De sent. excom. quod de his & c. quamuis.

Nec potest eo casu sacerdos iudicare vtrum expediat remissio nec ne. Di. 21. inferior. de maior. & obed. cum inferior. De ap. vt nostr. Et si dicatur quod superior reseruat ad bonum & hic remissio cedit ad malum, Dico quod inferior hoc iudicare non debet sed ad principalem pastorem ouem remittere. Audiant illi qui sunt de numero eorum de quib. ait Pet. rau. quidam ea semper differunt quæ differri non expedit, ibique sunt percipites, vbi res saniori consilio indiget.

Quoad dictum verò Panormit. dicimus quod Panormitanus loquitur vbi superior agit in remotis, & periculum est in mora, vel vbi euenit in opinatus casus, de quo verisimiliter creditur quod si legislator aduertisset concessisset, nec consuli potest. ex epicheæ enim virtute hoc licitum dicitur, Nihil n. grauius quàm errantem adeò deseri, ut reuocari non possit, ait Ambros. in li. de Caim & Abel.

Casus alius queritur, Qui ratam & gratam sui laudationem habet peccat ne? D. August. in epist. ad uolusian. Nec ualde gaudere debemus quando laudamur, nec contristari quando uituperamur, quia nec deprauare iniuria, nec coronare potest laus aliena; & sup psalm. 5. esse humilem, inquit, est nolle laudari in se, qui ergo in se laudari appetit, super-

bus esse conuincitur. Hinc Hieron. ad Nepotian. Caue, ne hōum rumusculos acceperis, caue ne offensā Dei populorū laude commutes. Et Gregor. in moral. sepè bono operi dum laus humana obuiat mentem operantis immutat, quæ quamuis quæsita non fuerat, tamen oblata delectat; & in Pastor. cum n. pro recto opere laus transitoria queritur, ęterna retributione res digna vili prætio venundatur, & iterum Gregor. in mor. laus sua iustos cruciat, iniquos exaltat, sed iustos dū cruciat, purgat, iniquos dum lætificat reprobos monstrat. Rissolutio tandem quesiti allata videtur ab ęterna sapientia, mat. 6. Ne iustitiam vestram faciatis (ait Christus) coram hominib. vt videamini &c. ubi August. exponens, ait, Non prohibet uideri, ut Deus laudetur, sed uideri ut ipsi laudentur.

Vtrum verò hæc vana gloria laudis mortale peccatum sit uel ueniale, Respondet D. August. li. 5. de ciuit. Dei, dicens, hoc uitium tunc est inimicum pie fidei si maior sit in corde cupiditas gloriæ quàm Dei timor, & amor. hæc ille. ex quibus Aug. uerbis habetur quod non semper uanagloria peccatum est mortale. Sciendum est enim secundum quod colligitur ex D. Th. 2. 2. q. 132. ar. 3. & Henric. de Gand. quol. 1. q. 34. quod uanagloria de se non dicit aliquid quod contra Charitatem sit Dei uel proximi, Ratio est, quia gloriari nil aliud importat quàm clarificari, idest quod ille querit notificare bonum quod in se habet apud multos uel apud seipsum, idest quod cognoscatur bonum quod habet, esse dignum laude, & hoc non est peccatum. dicitur enim 1. cor. ij. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo Donata sunt nobis. & Mat. 5. luceat lux uestra. &c. laudatur etenim saltim uirtualiter in hoc Deus, qui omnis boni est author. His non obstantibus, dupliciter uanagloria Charitati Dei contrariari potest. Primò ratione rei super qua queritur laus uel gloriatur, & hoc modo potest esse mortale peccatum tripliciter, Primò, quando gloriatur de re quæ est contra Deum, scilicet quæ est mortalis peccati, de quo dicitur in ps. Quid gloriaris in malitia: secus esset si gloriaretur de re peccati uenialis solùm, quia sic non esset mortalis uanagloria, Secundò est mortale peccatum quando id de quo

gloria-

gloriatur Deo præfert, ficut ille de quo Ezech. 28. eleuatum est cor tuum, dixisti, Deus ego sum, & 1. cor. 4. Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis. Hoc uerò euenire solet cum homo propter inanem gloriam prefert testimonium hominum Dei testimonio, puta propter gloriam humanam non perdendam, Deũ non confitetur, uel fidem tempore debito, aut predicare renuit vel veritatem dicere loco & tempore, quando scilicet tenetur. Tertio, mortale est peccatum, quando ea que ad Dei gloriam ordinata sunt, vtputa Sacramenta, & ea que pertinẽt ad fidem, spem, & Charitatem, principaliter ad sui gloriam facit, Vnde dicit August. lib. 1. de Doct. Christ. Ad fidem, spem, & Charitatem tota militat Diuina scriptura: quæ principaliter ordinatur ad Dei honorem; In quo Deus contemnitur, si principaliter ad alterius honorem ordinetur. hæc August. quare si quis principaliter actu & habitu propter gloriam predicaret, vel missam cælebraret, mortaliter vtiq; peccaret. secus si aliquid aliud q ad Sacramenta vel diuinam scripturam non pertinet, propter gloriam faceret, quia peccaret venialiter, & fructum bonæ operationis ammitteret. Contrariatur secundò vanagloria Charitati Dei ratione finis, seu Intentionis ipsius gloriantis, vtputa, quia constituit ultimum finem in gloria uana, quæcunque facere paratus propter illam: Et sic peccatum mortale est si in uoluntatis deliberatione est, & hoc est quod August. dicit ubi supra, hoc scilicet uitium tunc est inimicum pie fidei, si maior sit in corde cupiditas gloriæ quàm Dei timor & amor. Si uerò non est in uoluntatis deliberatione sed ex surreptione comuniter est peccatum ueniale, & est cum Charitati minimè repugnat.

Leue non est quod D. Chrisost. dicit, Difficile vz. esse, neque fortè fieri posse, vt proprijs quisquam laudibus non lętetur, Id affirmans etiam, se nescire, si quis hominum hoc aliquãdo obtinuerit. Quare huic Chrisostomi dicto addit Maph. Veg. Non sunt igitur, quod superstitiosi aliqui iactant, omninò Laudes fugiendæ, q̃ plerumque sunt etiam fomes quidam atque esca virtutis, calcar quoque benè sanctèque viuendi. Quas etiam D. August. ad Darium quendam potentis.

tiss. Principem, à quo eximiè laudatus fuerat, scribens, ita prodesse sibi ait, vt erubesceret, si quibus elatus fuisset, carere se intelligeret: atque vt eas consequeretur magis inardesceret. Ita Veg. de lib. educ. lib. 11. c. 8. Animaduertant tamen qui laudant, ne effusiore laude vtantur, ne altius quā par sit, de se præsumant laudati, præsumentes efferantur, elati tumescant, tumefacti insolescant. ac tum obliti virium suarum æquales etiam despiciant, dedignentur, odio quoque, nisi eis deferatur, persequantur, & ita inuisi omnib. ipsi fiāt. Nihil est n. quod grauius molestiusque quàm huiuscemodi hominum genus feratur. & quæ mirabilis eius vitij vis est, cum quorūlibet scelerum cōscij mutuò se ament, nunquā tñ fieri potuit, vt Arrogās q̄squā pari morbo laborantem amaret, atque sustineret. Ita ergo modicè laudandi sunt homines vt laudis amore æquales suos virtute & litteris superare, non indignari illis, aut irasci aut odio infensos esse contendant, sed Deum Datorem benedicant.

Quia verò quo Arbor altius ad superiora surrexerit, eo vim ventorum vehementius sentit, & ita quo plus quisquam in bona opera attollitur, eo ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur, vt ait Gregor. 22. mor. perfectos verò etiam venialia dedecent, caueant qui statum perfectionis profitentur à laudis appetitu. ipsorum quoque vnicuique cordi sit illud Senec. de 4. virtut. in quadam epist. sit tibi tam triste laudari à turpibus, quam si lauderis ob turpia. lætior esto quotiens displices malis, non de bene viuente sed de bene pascente laudabilem proferunt sententiam. Obseruet etiam quilibet illud Hieron ad Rustic Monac. Ne credas laudatoribus tuis, imò irrisoribus aurem ne libenter accomodes, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari, aut manu aures agitari asini, aut æstuantem Canis protendere linguam: Vah quale monstrum Adulator. Audiat sanum Consilium, Laudato parcè, Vituperato parcius.

Quidam Cynethus nomine, Demetrium ita extollebat vt cum semel Demetrius tussim pateretur, asseruerit Cynetus, & iuramento firmauerit, Demetri. Tua Tussi tam suauem conflas armonicum concentum, qualem excellens musicus conflare posset.

An verò facilè arbitraris vt simpliciter scurilitate careat lætus

verbo,

verbo, sollicitus iracundia, patiens negligentia, mitis pigritia, doctus iactantia, fumus inuidia, extra illam quæ est omnium bonorum operum Caligo generalis vanæ gloriæ concupiscentiam? Si verò lumen quod in te est tenebrę sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Filias verò plures habet vana gloria, Immodestiam ornatus, Inobedientiam, Iactantiam, Pertinaciam, Hyppocrisim, Discordiam, Contentionem. Humilia te ipsum in omnibus, gratum & ratum tibi sit bonum solum, humiliari, deijci, quoniam magis depressus magis eleuatur, qui n. se humiliat exaltabitur. In nom. P.&c.

OMELIA XXVIII.

Non firmatur tractu temporis quod de Iure ab initio non subsistit.

REctè D. Prosper discurit, Superbus vult se Constantem credi, Prodigus liberalem, Auarus indigentem, Temerarius fortem, Inhumanus parcum, Gulosus humanum, Ignauus quietum, Tumidus cautum; Impudentiæ, fiducię sibi nomen ascribit. Procacitas libertatis appellationem obtendit, eloquentiam verbositas fingit, Et Curiositatis malum sub spiritualis studij colore delitescit, Sed quid putas Pollitice? Non firmatur tractu temporis quod de Iure ab initio non subsistit, Non semper appellaberis virtuosus quia nunquam reuerà subsistet in te virtus, Diuturna n. fraudatio, vt inquit Bern. super Cant. tediorum est nutrix, suspitionum fomes, impatientiæ fax, nouerca moris, Desperationis mater, quare erit tempus Cum amplius non sustinеberis, sapientissimum n. tempus appellat Thales milesius, quia per ipsum omnia denudantur & agnoscuntur, Non firmatur n. tractu

tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit.

Regulam explanemus. Testamentum Furiosi, vel Impuberis non valet, licet postea efficiatur maior, vel sanæ mentis, quis n. hos ad testandum induxit, uel mens propria quæ sui iuris non est sed à sensu prædominata, uel extrinsecus dolosus aliquis uir, aut insidiosa mulier, ut cômodum aliquod ex eo capiant & rapiant. Non firmatur ergo tractu temp. &c. Concordat ad hoc. xvj. q. 3. §. potest. Ratio, sicut tempus non est modus inducendæ obligationis. 10. q. iij. quia cognouimus, nec tollendæ. De prescript. causam. Sic nec reparande.

In contrarium sunt nonnulla, vt. 12. q. ij. si qua de rebus. xvj. q. 1. c. vlt. de his quæ fi. à præla. Cum nos. Ad quæ generaliter dicitur quod illud quod ab initio nullum est, non firmatur solo tractu temporis, valet tamen ex sequenti consensu ex nunc non vt ex tunc. In electione tamen secundum Ber. si nulla est, ex subsequenti consensu, non confirmatur de elect. auditis.

Iuxta hoc est de eo qui duxit in matrimonium quam. pol. per adul. c. ij. vbi matrimonium contractum cum secunda viuente prima, mortua prima ex nouo Consensu confirmari non potest. Et Illud euenit propter impedimentum perpetuum scilicet adulterium. Illa ergo quæ ideo non valent quia subest in eis perpetuum Impedimentum, nec tractu temporis, nec nouo subsequenti consensu confirmantur.

Sequitur etiam ex hac regula quod id quod est contra Ius naturale, vel diuinum per longam consuetudinem non iustificatur. Dist. 8. per totum. Nam etsi, Vt Isidor. lib. 2. ethimol. dicit, Consuetudo est ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur & tenetur cum ea deficit, Nihilominus, vt docet Cyprianus in serm. & ponitur, Dist. 8. dec. Consuetudo quæ apud quosdam irrepserat impedire non debet quo minus veritas preualeat & vincat, nam Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est, propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quod veritas vincit, veritas valet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum, & Bernard. super cant. Abscidatur ferro acutæ Compunctionis vlcus inueteratæ Consuetudinis, si est acerbus dolor liniatur vnguento deuotionis.

Aduer-

Aduertendum autem quod ad hoc vt Consuetudo habeat vim legis necesse est vt illa sit induta à multitudine quæ potest legem condere. D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. si etiam seruanda est consuetudo quæ est contra ius canonicum, & dicenda habere vim legis vltra prædicta, requiritur vt sit obtenta per cursum temporis annorum 40. Tab. V. consuet. Regulariter tamen Consuetudo reprobata semel a lege non potest amplius induci, eo precipuè cum est contra vtilitatem publicam Tab. V. Consuet. §. 4. sic. n. Consuetudo non vincit legem sed tollitur per legem sequentem, Ita etiam tenet Bartol. cit. à Tab, ibi.

Casus. Consuetudo recitandi horas Canonicas extra tempus, vtputa matutinum sero cum hymno, Ecce iam noctis tenuatur vmbra &c. excusat ne, & iustificat, ita vt stante hac consuetudine valeat ita semper recitare vel vt plurimùm? Respondendum, quod horæ dicendæ in ecclesia officiando secundum Archie. & comuniter Doct. dicendæ sunt temporibus proprijs secundum morem patriæ, vel propriam regulam, quoad religiosos, & hoc etiam quoad matutinas: quas quidem dicendas putant aliqui media nocte iuxta illud psalm. Media nocte surg. &c. de celeb. miss. c. primo Alij verò quarta vigilia noctis, Idest inter tenebrarum abscessum, & aduentum auroræ, quia secundum Pap. Hug. illud tempus est propriè matutinum. Sed, vt dictum, est Consuetudini loci, vel constitutioni si habetur standum est. Secundum Siluest. in sum. v. Hora. §. nono. Adest tamen Clem. 1 de celeb. mis. que videtur præceptiua propter verbum, sancimus scilicet quod officium horis debitis in cat. & col. psallatur.

Curandum itaque est summa diligentia vt debitis Horis suis recitetur Diuinum officium pro maximorum mysteriorum reuerentia, etenim D. Bern. in hom. de duob. discip. eun. in ema. loquens de religiosis versis vultibus in Choro alternatim domino decantantibus, Isti, inquit, sunt vigiles obseruantes omni tempore Custodias Domini, ipsi excubant ad ostium tabernaculi, Ipsi sunt Oriones, & hiades & interiora austri. Iob. 1. Dico insuper quod sapienter psalendum est Deo, Vnde dicimus nos Angelis, psalite Deo nostro psalite, audimusque eos nobis respondentes & hortantes Psalite

regi nostro psalite, psalite sapienter, En sapienter, Insipienter verò aliquibus videtur in serò frequētari illud, Ecce iam noctis tenuatur vmbra, Cum tunc noctis Vmbra ex opposito aduentiat, tenuaturque lux, Ad hoc tamen dici posset propter scrupulosos quod Deum tunc alloquimur cui etiam futura presentia sunt, & quoad nos preuenimus laudes Diuinas cum illis de quibus Dauid, Preuenerunt Principes coniuncti psalentibus in medio iuuencularum timpanistriarum. Ideò D. Tho. in opus. ait, Melius est si Deo debitas Laudes preueniendo reddamus, quam si per unum aliud impediatur.

Offitium verò quod in priuato, idest Ecclesiam non officiando dicitur, dicendū est horis debitis, quod fit quando hora offitij, hore diei respondet, sed si propter occupationes horis proprijs dici non potest, melius est preuenire quàm tardare, vt docuit D. Thom. & Innoc. ponit exemplum ex vitis patrum de vua acerba, marcida & matura, Melior est autem prouidentia quam negligentia. solent autem Curiales, & alij occupati, mane dicere vsque ad uesperas exclusiuè, & serò Vesperas & completorium, quod consulitur, De celeb. Missæ c. primo.

Sed per exemplum videamus non esse à crimine alienum extra horas diuinum recitare offitium. Narrat Damasc. epist. ad Desi. c. 19. scribens quod Coloniæ Sanct. Episcopus Seuerinus post mortem cuidam ex suis sacerdotib. apparuit tormēta ei narrans quæ in purgatorio sustulit? non propter aliud quàm propterea quia preueniebat in mane recitans horas omnes simul canonicas, Vt sic expeditius negotijs maximis Imperij sibi comendatis, vacaret. quid igitur referat horis proprijs diuin. officium recitare vnusquisque pro sua conscientia examinet.

Non firmatur trac. temp. q. d. iur. ab initio non subsistit. queritur vtrum dolus anulet votum iam emissum, vel contractum alium spiritualem. Respondet Panor. in c. cum dilecti. de emp. & vend. quod non, Nec potest quis excipere de dolo quando fuit inductus ad bonum, quia non est propriè dolus, puta dolo induxi te ad religionem, vnde tenet ingressus. Vide glo. in l. à Diuo ff de ret. nup. quæ hoc tenet etiam in matrimonio, Silu. in sum. V. Culpa. § 6.

Aduertant

Aduertant igitur Prælati, & qui à religione leui de causa receȧdere curant Illud D. Bern. in lib. de precep. & dispens. Remissio voti, inquit, absque neceſſitate, non dispensatio, sed preuaricatio est, Ad dispensationem autem duo precipuè requiruntur, scilicet auctoritas, & Causa, Altero horum deficiente, non est dispensatio. Christus Cruci suæ non adhesit leuiter, sed affixus fuit fortiter, ne facile, ab ea recederet. Galat. 5. qui Christi sunt Carnem suam crucifixerunt, consiste frater. Quæ autem sunt signa bona in Iuuene? Respondet Anselmus, In Iuuene tria notantur, quibus ad prosperitatem venturus prænoscitur, Hæc autem sunt taciturnitas, corporis continentia, & verecundia. si hęc habeat nouitius non recedet.

Dicis fili mi consilio dolosi te comisisse? Respondet tibi D. Ambros. in pastorali, Quis eius consilio se comittat, quem non putat plus sapere quam ipse sapiat? vel quomodo potes iudicare consilio superiorem, quem moribus vides inferiorem? An verò putabo eum Idoneum qui Consilium mihi det quod sibi non dedit, & mihi eum vacare credam qui sibi non vacet, cuius animum voluptates occupent, libido deuincat, auaritia subiuget cupiditas perturbet, motus quatiat, quomodo hic locus consilij vbi nullus quieti? hæc Ambros. si uerò bonum existimasti consiliatorem acquieuistiqi ei adhuc aquiescas. sciasque patrem tunc tuum spiritualem te amare; quod si queras, Amant ne magis filios patres spirituales quam Carnales, Respondeo quod magis amant spirituales. Sic ait D. Ambros. in pastorali, Ego quidem non minus vos diligo, quos genui in Euangelio, quam si vos suscepissem ex coniugio, Non enim vehementior est natura quàm gratia.

Non firmatur. &c. Recipiens beneficium simoniacè, tenetur restituere illud, & omnes fructus, qui potuissent percipi à diligenti possessore, deductis expensis, licet alius dederit pro eo nesciente. præter fructus consumptos bona fide, nisi fuerit inimicus eius, vt impediret eum, vel nisi contradixerit, nec post ratum habuerit. D. Th. 2. 2. q. 100. 6. 3.

Ampliari potest ad plurima regula hæc. Bona huius mundi non vera bona, vnquam Vera erunt bona, & gaudium quidem mundi non verum est gaudium sed gaudium infaustum de

quo similie affert Plutarch in moralib. ut axillarum titillatio risum gignit sed insuauem spasmo similem, Ita inquam voluptates huius mundi quas corpus à sensu extimulatum nō spontè capit.

Diuitias verò vis videre quod auaro nunqnam subsistant? Audi Hier. Auaro, inquit tam deest quod habet, quam quod non habet quia aut non habita concupiscit vt habeat, aut habita metuit ne ammittat, & dum in aduersis sperat prospera in prosperis formidat aduersa. Non sunt certe vera bona diuitię, quia cum appetuntur non permittunt nos ęterna desiderare bona. Etenim D.Gregor. 14. mor, ait, Peccatum auaritiæ mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda sublimia attolli non possit. hinc D.Chrisost. affirmat quod Auaritia hominem auarum ligat.

Si verò Auarus ex malè acquisitis diuitijs missas cælebrare facit acceptat ne Dominus? D.Gregor. 1.q.1. Quicquid, ait, in Dei sacrifitio ex scelere offertur, omnipotentis iram non placat sed irritat.

Non firmatur &c. quod ab initio non subsistit, quomodo in Theatralibus scenis Hic Herculem robustum ostendit, ille Sapientissimum Doctorem se presentat, Alter regem, alter Diuitem &c. completa verò scena nil horum reuera apparet, ita certe, nil veri ab initio regij vel Herculei existit. Ita etiam circa temporalia hæc bona quamuis modico tempore resplendeant non subsistunt, In parua Cartula Mapamundi vniuersus describitur orbis, sed parua cadente aquę gutta omnia ruunt. sic etiam, cum frigida mortis gutta aduenit omnia hæc bona ruunt. Quidam Rex Babiloniæ Euilmerodach appellatus nimis rigorosus aduersus suos erat, Cui Philosophus dixit vide ò princeps ludum Scachorum, Ibi rex est & pedina, vide mansuetudinem regis, dum ludo terminum damus simul rex & pedine in sacco indistinctè recluduntur, Ita de te erit cum subditis & uassalib. ecce ergo quid sit de bonis mundi huius. Non firm. t. temporis &c.

Fortunę imaginem exprimebant ueteres, & ut narrat Dio. (orat. 64) Alij pingentes, illi dederunt quidem clauum in manus, quòd hominum gubernet uitam fortuna, Alij Amaltheæ dederunt ei Cornu plenum & exuberans omnium

nium temporum fructibus & hoc secundum eos indicat bonorum dationem atque fælicitatem à fortuna, cæterum alij meliora pingentes fortunam super nouaculam statuerunt; Alij tandem super spheram; Nouacula quidem fælicitatis precisionem, Sphera uero quod facilis sit illius mutatio demonstrat, seu per enim in motu est, Nec firmatur tractu tempor. &c.

Fatuitas ergo hominis erit, qui ex huius mundi gloria lætitiam valdè sumere velit; Gloria quippè mundi a Dyone Phō. (or. 67.) Vmbra appellatur. Vbi etiam ait. Si quis igitur foret talis homo qui viueret ad suam vmbram, nempè, vt ea aucta efferetur, atque gloriaretur, Dijsque sacrificaret ipse, & iuberet amicos; breuiore autem facta contristaretur, deiectiorisque videretur animi, tantoque magis quanto ea minor fieret, quasi ipse deficiens, admirabilem opinor is exhiberet conuersationem. Haud multo vtique esset Margitæ sapientior, qui ducta vxore, nesciebat ea vti oportere. eadem n. die nunc quidem mæstus esset, nunc autem gauderet; Manè quidem cum vmbram uideret matutinam valdè prolixam, a'q; cypressis turribusq; in menib. ferè maiorem, haud dubium quin gauderet; atq; in forum uaderet & in theatra, in quæ omnia Ciuitatis loca, quo ab omnib. conspici posset. Circa meridiem uerò inciperet mæstior seipso fieri, atque secederet. At in meridie erubesceret ab ullo homine conspici, domique maneret clausus, conspecta in pedib. umbra. Postea uerò circa crepusculum, rediret ad se, fieretque superbior semper ad uesperum. Prorsus mihi uideris uirum effingere stolidum. Sed is qui gloriæ animum aduertit, nihil est melior, sed multo miserior, Nonnunquam n. una die sæpius immutaretur, neq; quemadmodum ille incertis quibusdam horis, sed etiam in mane & circa crepusculum nihil prohiberet, quominus hominum esset infortunatissimus; Nunc n. impetu ferretur, uolaretque altius nubib. si qui testimonium illi perhibuissent, illumque laudassent; nunc autē contraheretur, abijceretque animum, multoque plura incrementa. atq; decrementa illius susciperet animus, ut mihi uidetur quam luna, ubi stultus ut luna mutatur. Nō ne ergo miseriorem sortem sortitus est, infæliciorem, quā aiunt Meleagrum illum Altheæ & oenei filium sortitum fuisse, cui

torrem

torrem quendam dicunt fuisse repositum pro uitæ tempore, & dum ille luceret, ignisq; in eo duraret, tantis peruixisse illum ac uiguisse, tabescente autem torre, & Meleagrum defecisse ægritudine & angore, atq; tandem extincto in fata concessisse? Non firmatur t. t. &c.

Non firmatur trac. t. quod à principio non subsistit. Tempus ipsum licet quoad presens instans subsistere videtur, nõ tamen firmatur &c. Hinc, temporis quod rapidi instar fluminis agitur, specialis ac precipua habenda est cura, ne per ignauiam & socordiam, sinamus illud consumi turpiter atq; disperdi, vt valida illi ac potenti manu frenum inijciamus, impetum eius continentes voracitatemq; reprimentes, quo nihil est magis lubricum, magis fugax, quod cum euolauit reuocari: cum deperijt, instaurari, nullo vnquam modo potest. quo sensim, ac per momenta continuè labente, mors, quasi Satellite quodam vtitur, ad rapienda omnia, atque consumenda. quicquid nanq; vel loquimur, vel agimus, sentientib. etiam nihil nobis, statim vt in somnium quoddam euanescit: Ita tanquam blandus quidam & callidus Insidiator, neq; aduertentes, neq; predulci, qua irretimur illius decipula, aduertere volentes, nulla molestia, nullo strepitu, nullo terrore celerrimè nos conficit.

Non firmatur trac. temporis quod à princ. non subsistit. Putas ne mulier per frequentem vnguentorum picturarumq; vsum pulcram reuerà esse? Non firmatur trac. temp. quod à princ. non subsistit &c, de odoriferis vnguentis animaduerte illud Arbitri Poetæ à Hyeronimo memoratum.

Non benè olet qui benè semper olet.

Vnguenta hæc cum fragrantiam capiti, vitæ fætorem maiorem præstant, quod Diogines cuidam vngentis delibuto dixisse fertur. Quare & Vespesian. Adolescentulum quédam fragrantem vnguento, cum ei pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauissima increpauit: Maluissem (inquit) alium oboluisses: literasq; insuper, ob id indignatus, reuocauit. eadem est de odorib. ratio pro qua extant Mph Veg. disticha.

Galla, geris tecum redolentia aromata semper,
Te mundas semper, cur? quia semper oles.

Galla

Galla, vbi tam multo te sentio olescere musco.
Tunc ego me nullis naribus esse velim.

Quid verò de vanitate laruarum mulierum dicendum? Sanè tam deformes se hodie fatentur Mulieres quædam, ut opere fateantur neccessarias sibi laruas uel picturas aliter in publicum eas progredi pudor esset. Sed de uanitate tali quin & de similib. muliebrib. ornamentis quid dicat sumatim Sacer Esaias, audiamus, Videbimusq; quæ firmitas in eis. In die illa (ait Proph.) auferet Dom. ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & pallia, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & Vitas, & teristra; Et erit pro suaui odore fætor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium, en quid tandē eueniat ornatis.

Porrò Tertulliani est Doctrina. In Deum delinquunt, quę cutem medicaminib. ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine colligunt. displicet illis nimirum plastice Dei, in ipsis reprehendunt artificem omnium, reprehendunt n. cum emendant, cum adijciunt, utiq; ab aduersario artifice sumentes aditamenta ista, idest Diabolo.

Quid verò tanta ornandi capitis onerositas saltem subministrat? Quid crinibus vestris quiescere non licet? Modò substructis, modò relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? Aliæ gestiunt in cincinis cohercere, Aliæ vt vagi, & volucres elabantur. Præterea nescio quæ enormitas subtilium, atq; textilium capilamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis (ne cerebrum exeat), & operculum, nunc in ceruicem retro suggestum. Quid minus habent infælicissimæ illæ impudicarum libidinum victimæ. Eia Dominæ Cyprianum rectè consulentem audite. Estote, ait ipse, tales, quales vos Deus artifex fecit. Estote tales, quales vos manus patris instituit: Maneat in vobis facies incorrupta, Ceruix pura, forma syncera. Non inferantur auribus vulnera: ne brachia includat, aut colla de armillis, & monilib. Cathena pretiosa, sint à compedib aureis pedes liberi, Crines nullo colore fucati, oculi conspiciendo Deo digni: hæc ille. Audite etiam Augustinum, fucare, n. inquit

ipse, pigmentis, quo uel rubicundior, uel candidior, vel uerecundior appareat, adulterina fallacia est, nam uerus ornatus maximè Christianorum; non tantum est nullus fucus mendax, uerùm nec auri quidem uestisq; pompa, sed mores boni sunt.

Quid certè vnguentis ò Mulier corpus inungis quod immunditia plenum est? quid putredini peruium corpus pretiosis aromatibus condis? Veluti si vnguentum inijcias cæno, aut molli lateri balsamum. Sunt siquidem alia unguenta pretiosa, sunt pleni fragrantiæ alij odores, quib. inungere animã possis, qui non ex Arabia, næq; ex Perside, sed ex ipso conuehuntur cælo, emunturq; non auro, sed uoluntatis præstantissimo instituto, & fide non ficta; Huiusmodi tibi unguenta eme quorum odor implere orbem poscit. Huiusmodi fragrantiam Apostoli spirasse noscuntur. odor n. (inquiunt) suauitatis sumus, Alijs quidem in mortem, Alijs uerò in uitam.

Et de uestib. quidem uide si glorjaris, Tineæ huius te gloriæ uoluptate priuabunt. Vides quàm incerta, quamq; instabilis sit presentis uitæ, gloria! Gloriantur gentes in re quam uermes & gignunt & perdunt.

Non firmatur trac. temp. q. à princ. non sub. Bona profectò temporalia non subsistunt firmiter &c. Cant. 1. Comparat sponsa pulchritudinē suã nō permanentib. & firmis nec his quæ radicem in terra hab. ant. sed pastorum casulis, tabernaculis quoq; militum, quæ quidem in terræ superficie solùm sunt posita: & ait, Nigra sum sed formosa sic, tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. Hæc nanq; maxima auferuntur facilitate ac celeritate) Ita bona temporalia &c. quare Tertul. lib. de cor. milit. ait. omnia imaginaria in sæculo, & nihil veri, & Salomon ipse. Vanitas vanit. & om. uanitas. Hinc Gregor, Niss. (or. 4. in ecc.) uoluptates uitæ nostræ, litteris in aqua scriptis comparat. in aqua n. scripta simul ac esse incipiunt, simul & semel esse desinunt.

Cæterum Casus est, Potest ne quis licitè temporale aliquod munus ab vsurario accipere cum res sit quæ à principio nec apud ipsum de iure detinebatur? Diu non est circa hoc immorandum. dico vero exemplum circa hoc horrendum &c. Torseus episcop. cuius Historiam ven. Beda scripsisse creditur

ditur cum omni virtute polleret, ad extremum veniens, spiritum emisit, Viditq; duos Angelos ad se venientes vt eius tollerent Animam, Tertium vero armatum Clypeo Candido & gladio fulgureo se precedentem conspexit. Videns deinde clamantes Demones ac dicentes. Præcedamus, & ante faciem eius bella commoueamus. Cum ergo processissent, conuersi, in eum ignita iactabant iacula; sed Angelus precedens, Scuto ea suscipiebat, protinusq; extinguebat, Pugnantibusq; ad inuicem Diabolis & sanctis illis Angelis pro Anima Episcopi, vnus ex Diabolis ait, Si Iustus est Deus. Homo hic non saluabitur, scriptum est n. Nisi Conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Modò iste nec Innocens nec purus est vt paruulus, à supremo igitur Iudice damnetur. Cui Angelus, excusans, ait, Si vitia perpetrauit aliqua, minima illa sunt, In quo Dei voluntatem non adimpleuit? Cui Diabolus. Hic Homo vestem quandam ab vsurario quodam recepit, nec de hoc punitus fuit; vbi ergo Iustitia Dei? Ideo damnandus est in inferno, Ad hæc Angelus, Silete, inquit, quia occulta Dei Iuditia ignoratis, quandiù n. speratur pænitentia. Hominem Diuina comitatur misericordia, Dæmon verò respondit, sed nullus est hic locus pænitentiæ. Ad hoc Angelus, Iuditiorum Dei profunditas vos latet. Tunc Diabolus, Perseum tam grauiter percussit, vt postmodum vitæ restitutus semper percussionis vestigium retineret. Accipientes n. Dæmones ex his quos in ignib. torquebant, in eum iactauerunt, qui eius humerum maxillamq; incendit; cognouitq; hominem, quia Ille erat Cuius vestem acceperat. Dixitq; Angelus, quod incendisti ar sit in te, si n. huius viri in peccatis mortui donum non accepisses, nec pæna in te arderet, & hanc percussionem permittente Deo pro receptione vestimenti illius recepisti.

Pugnante nefanda Dæmonum turba. SS. Angeli Victores fuerunt. Vnus autem (vt Beda testatur) ex Angelis Episcopo dixit, Respice mundum, Respiciensque Vallem tenebrosam, & quattuor ignes in aere, aliquib. spatijs à se distantes vidit, Dixitq; ei Angelus. Hi sunt quatuor Ignes, qui mundum succendunt. Vnus Ignis est Mendacij. Cum hoc quod abrenunciare Diabolo, & omnib. pompis eius in

Baptismo omnes promiserunt, & pauci implent. Secundus Ignis e cupiditatis, cum mundi Diuitias cælestium amori præponunt. Tertius Ignis est Ignis dissensionis, cum proximorum animos in superuacuis offendere non est qui formidet. Quartus est Ignis Impietatis cum Infirmiores expoliare & eos decipere pro nihilo mortales ducunt. Postremò Ignes illi appropinquantes, in vnum redacti sunt. Et Anima illa ad corpus rediit propinquis plangentib. qui Episcopum mortuum videbant. Ille autem aliquanto superuiuens tempore, bonis plenus operib. laudabili coronatus est fine.

Eia fratres hoc inter vitium virtutemque est discrimen, quod illud cum blandum sit ac illecebrosum, cum blanditijs subitò suis illecebrisque depereat, virtus uerò cum dura, & laboriosa existat, firmitatem tamen habet solidam, ac sempiternam. Quare instandum est semper egregio alicui facinori, quod cũ dierũ horarũq; cótinua momenta ptranseant, consistat iugiter nobiscũ, atq, pernoctet. Cuius dulci semper recordatione oblectemur; laude honesta augeamur, opere adiuuemur: quod nullus eripere casus, nulla queat rerum mutatio, quod nullus domare ruentis temporis cursus, nulla obscurare possit obliuio, sed gloria semper detur Deo sempiternorum largitori. Amen.

OMELIA XXIX.

Pro Possessore habetur qui dolo desijt possidere.

PHilosophorum Princeps lib. primo magnorum moral. cap. 81. de Prudentia loquens, altum asserit, dicens, Prudentia sicut Architector virtutum est, veluti verò hoc declarans

clarans dogma in ethicis, ait, virtutes omnes inerunt si prudentia inerit, quare nulla erit virtus, prudentia non existente. Huic doctrinę quidem subscribere videtur Tullius lib. primo Tuscul. quest. dicens, Nihil est hominis prudentia dulcius; Clarius ex nostris subscribit Cassiodorus lib. 6. ep. epistola 10. dicens. Sola est prudentia quæ rebus omnibus præponitur quando in homine fæliciter inuenitur. Hinc sapientiss. Salomon, pro. 16. asserit. Acquire prudentiam, quia preciosior est argento. Et c. 7. Prudentiam voca amicam tuam. Et c. 9. Ambulate per vias prudentiæ. Prudenter agere putant nonnulli qui possidere aliquid co-tra iustum desinunt, propterea ne alicui in posterum succumbant oneri. Verũ prudentia hæc minimè est, sed dolus, Prudentia enim virtutum, non vitij est Architect. & magistra. Dolus vero vtiq; est cum aliud agitur, & aliud simulatur (Isidor. in sinon.) vitiumq; est. Sed sciant qui prudentes se hoc modo existimant, quod quidam simpliciter viuunt, & in omnibus prosperantur, quidam versantur in dolis, & eis quælibet aduersantur, Ius enim exigit, ait Cassiodorus (li. 5. epist.) sagittas fraudis redire in dolosum verticem sagittantis. Regula hæc, dilectissimi, statuit vt dolosi isti penitus succumbant: & contra eum qui dolo desijt possidere, Ius dicit, Pro possessore habetur qui dolo desijt possidere.

Regula hæc vera est quoad hoc, vt in tantum teneatur qui dolo desijt possidere, inquantum possidens, & contra eum qui dolo desijt possidere, & fecit vt non haberet possibilitatem dandi, iuratur in litem ad æstimationem rei, & ibi præcedit iuramentum, & sequitur Iudicis taxatio. Io. Andr. & meritò quidem quia cum verum sit quod ait Cassiodor. in epist. 12. uidelicet, Animus dolosus non arbitrium sequitur imperantis sed suas potius uoluntates explicat, sal tim coactè aliorum uoluntatibus obtemperet quandoq;.

Qui autem sine dolo desijt possidere, absoluitur quidem cum à principio sine dolo possedit, si verò à principio dolosè possedit, puta per vsuras, furtum, vel rapinam, aut simili modo, etiã si sine dolo possidere desijt, puta naturali interemptione, vel casu, vel furto, vel violentia, nihilominus tenetur. De vsur. cum tu. de rap. super eo. & c. de furt. subtracto. ff. de ui,

& vi armata.l.1.§.rectissimè fraus .n.& dolus alicui patrocinari nō debent. Greg.decret. lib. 1. tit. 3.de rescript. c. 19

Nota tamen quod dolum allegans, dolum habet probare. l. quotiens, §. qui dolo .ff. de proba siluest. in summa.verbo, locatio, §. 19. Et per hoc respondetur ad id quod queri solet.si actor dicat reum dolo desijsse possidere,reus aūt dicat desijsse sine dolo, actori vtiq; competit probare dolum.

Queri potest cum de dolo sit sermo vtrum sine dolo incurrere possit quis pœnam Corporalem. Cui quidem quesito negatiuè respondendum, nunquam scilicet pœnam corporalem imponendam esse sine dolo, Ita docet siluest.in summa. Verbo culpa, §. 10. allegans Glo. Barto. & Bald.

Queritur vlterius, utrum Iuris ignorantia à dolo excuset & cōsequenter à pœna ad quam incurendam dolus requiritur, Respondet uerò Doctissimus Siluest.in summa. Verbo, Culpa, §. undecimo, quod ubi ius uel statutum requirit uerum dolum, ignorans non incurrit quidem eius pœnam quantumcunque culpabilis existat, licet alio modo sit puniendus secundum modum culpæ; ubi uerò ius uel statutum dolum requirit presumptum, Ignorans crassè & supinè non excusatur, quia in dolo est presumpto, quod in censuris Ecclesiasticis patet, quæ cū dolum presumptū requirant, taliter ignorans illas non euitat, secus si in leui ignorantiæ culpa esset.

Sine dolo tandem dicitur ab initio possedisse qui bona fide possedit, Bona autem fides est, quod recipiens credat tradentem Dominum esse uel habere probabiliter ius alienādi licet erret etiam in facto. Tab. in sum. V. præscriptio, §.8. & 12. ff. de V. signif. bonæ fidei,& hæc bona fides presumitur nisi probetur contrarium. Tab. ibi.

Quod si queratur, an dolo possederint qui à filijs fam. dono ali quid acceperunt, Respondeo quod nedum donare possunt qui liberam administrationem habent, sed & omnes & singuli quamuis filij fam. cum licentia etiam tantummodo tacita suorū superiorū. Nauar.man.c.17 § 11.nu.105.nō ergo dolo possedit qui à filijs familias accepit legittimè aliquid.

Qui possessiones renuunt imitentur D. Arsenium, Cum n. Pater Arsenij nobilissimus Senator morti propinquus, per testamentum, ipsummet filium Arsenium amplissimæ facultatis hæredem institueret, functoque testatore Notarius cartam testa-

testamenti ad Arsenium detulisset, eam ipse accipiens, scindere studuit, quod Notarius animaduertens, eius pedibus prouolutus rogauit ne hoc faceret, quoniam eius Caput pre scinderetur, assentiens Arsenius eius precibus, cartam non scidit, sed dixit, de patre loquens, prius mortuus sum ego quàm ille, *Ipse* igitur cum modo mortuus post mortem meam sit, quo pacto me sui hæredem constituit? & remisit testamentum, nil accipere volens. (*In Vitis Patrum.*) Hoc eodem modo age tu qui possidere renuis. Sed vt uideo cũ possidere desinis, ex aliqua fraude hoc agis, de qua D. Greg. 9. mor fraus ipsa committitur, quia per hanc proculdubio, aut tacita cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut res quælibet exterior desideratur. Non sic veri pauperes spiritu incedunt, ait n. Petronius Episcop. Bonon, Nescio quomodo bonæ mentis est soror paupertas.

Casus tamen ẽ in hoc ꝓposito, Cõsueuerunt nõnulli regulariũ Cõsanguinei, scientes Monasteria plurima sufficienter ꝓuidere nequaquã posse religiosis in neccessaris quoad vestes, libros, itinera &c cõsueuerunt inq̃ saltim naturali pietatis instinctu, legata statuere quib. hęredes soluere quotãnis tenentur certã peccuniarũ sũmã religioso dilectiss. vt religiosè sibi ꝓuideat, Quesitũ igitur fuit à me. Põt ne Monachus q̃ votũ emisit paupratis, vsum & administrationẽ habere taliũ bonorũ? Respondidi. vt modo respondeo. In contrariũ videtur obstare Cõc. Trid. sess. 25. c. 2. Vbi dicitur, Nemini igitur regulariũ tã uirorũ quàm mulierũ liceat bona immobilia, seu mobilia cuiuscũq; qualitatis fuerint etiã quouis modo ab eis acquisita tanquã ꝓpria, aut etiã nomine Cõuentus possidere uel tenere, sed statim ea superiori tradantur, Cõuentuiq; incorporentur, Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsum fructum, uel usum, administrationẽ, & comendam. hæc ibi.

Cęterum dicendum est q̃ utriq; potest regularis legatorũ, Censuum, mobiliũ, & immobiliũ, usumfructũ & administrationẽ habere. Sed pro solutione in cõtrariũ dictorũ, Distinguendũ est de usu & administratione Cũ Roderico to. 3. quæst. reg. q. 28. ar. 10. Administratio nanq; bonorũ stabiliũ plurib. modis aliquib. religiosis cõcedi potest, Primò. ĩ utilitatẽ tantum illius cui cõceditur, ut fructus illius ꝑcipe possit, eosq; ĩ usus

pro-

proprios conuertere prout vult ac eos distrahere, vendere & donare prout libet, absq; hoc quod reddere teneatur de eis rationem alicui, nec ab eo officio ammoueri possit nisi pro graui delicto, hoc modo bonorum ecclesiasticorum administratio clericis sæcularibus conceditur. Secundò, conceditur administratio bonorum alicui ad concedentis utilitatem, ita ut administrator fructus colligit, conseruatque eos qui neccessarij sunt ad ducendam uitam religiosorum monasterij, alios uerò uendit, siue in alia ad sustentationem neccessaria commutat, qui requisitus rationem reddit de singulis receptis, uenditis, & consumptis, & de his administratoribus subdit Concilium Trid. ubi supra Administratio autem bonorum Conuentuum ad solos officiales eorumdē pertineat. excogitari autem potest (ut adnotat Vrceanus in sum. Const. de paup. fr. c. 25.) quædam alia administratio media inter duas iam descriptas, quando scilicet propter senectutem, aut Infirmitatem uel his similia (de similibus n. idem est Iuditium) conceditur alicui ut possideat partem aliquam bonorum Conuentus, quæ intuitu ipsius religiosi ad religionem peruenit, ut illam possideat in tota uita sua, & sibi de fructibus eius prouideatur. & hæc Concessio, licita est, inquit Vrcean. ubi supra, non n. eam prohibet Concilium, si tamen seruetur quod iustè mandatur in Constitut. Ord. Prædic. Cap. de Nouit. cum dicitur, quicunque frater pecuniam uel alia quecūque receperit uel habuerit, uel expenderit, uel dispensauerit aut dispensari fecerit reddat singulis annis maiorib. suis rationem semel & pluries, si fuerit requisitus.

Adde clarius, quod quæ statui paupertatis non repugnant procuIdubio licita sunt, at talis usus uel administratio, statui paupertatis consonat, cum sub iussu prælati omnia constituantur per eam. Vnde manet Conclusio, Potest regularis legatorum, Censuum, mobilium bonorum & immobilium, usum fructum & administrationem habere, talem scilicet quæ nō sit dissipatoria, nec ab obedientia aliena, sed in qua ea gaudens, paratus est rationem reddere requisitus de ipsa.

Sciat tamen Monachus illud, Aliena rapere conuincitur, qui non neccessaria sibi retinet. Hier. in reg. ad monach. c. 5. Sciat uerò Prelatus illud Ambr. sup. Beati imac. Hoc est occidere

dere hominem uitæ suæ ei subsidia denegare. Discantque doctrinam D. August. si potes dare, da, si non potes, affabilem te fac.

Religiosorum verò possessionem impedientes, audiant quod narrat Iacobus de Voragine Genuensis Archiepiscopus in Vita S. Remigij. Narrat nanq; quod volens Francorum Rex Ludouicus ab ipso S. Remigio ad fidem conuersus, Remensem Ecclesiam dotare, Beato Remigio dixit, Vt quantum circuiret dum ipse in meridie dormiret, sibi donabat. D. Remigius Circuitioni dans operam, Cum quidam Molendinum suum haberet inter fines illius territorij, Molendinarius D. Remigium dum circuiret cum indignatione repulit, cui dixit Remigius, Amice non tibi sit durum vt hoc molendinum simul habeamus, adhuc eum ille reijecit; sed ecce statim Rota Molendini in contrarium verti cæpit: Clamauit Molendinarius post Sanct. Remigium dicens, Serue Dei, veni & habeamus pariter Molendinum, Cui ille, nec mihi, nec tibi, statimque terra se aperuit, & Molendinum penitus deglutiuit.

Qui verè amat omnia realiter non dolosè propter amatum erogat. Finxerunt, Poetæ Iouem amore Danaæ in auream conuersum pluuiam. Quid per hoc significare voluerunt? certè quod amans omnia siquidem tribuit, ac si possibile foret semetipsum in aurum & peccuniam perpetuò conuerteret pro amato, & aurum profectò pluit Amans & peccuniam vt vulgò dicitur (da à dilunio)

Dolo desunt possidere quidam hoc pacto. Fertur Animal quoddam in septentrionalibus partib. reperiri quod homini quidem inimicum apparet, At nihilominus nobili hac pollet conditione quandoquidem amore capi permittit hoc modo, Venatores illud primum amplecti fingunt, quod Animal cernens, sistit, postea illi gemmas ostendunt, & ipsum ex gemmarum visione magis allicitur, vnde consistens permittit vt sibi venator appropiet, Tandem venator simulans se uulnerari uelle, & à se sanguinem lanceola quadam elicere uelle, putans (opinor) animal hæc omnia amore sui fieri, En in prædam se ipsum æquanimiter nulla ui tradit. Profectò Mulier ita capi cernitur, precipuè uidua. Ita uerba ps. 131. uiduam eius bened, benedicam alij legunt uenationem eius

eius benedic.benedicam. Vnde pro eodem habent uiduam, & uenationem uidetur n.quod omnes, Venatores in uiduam fiant. ſed quo modo præda fit uidua? Oſtenduntur illi gemme, lapilli, Theſauri, ſimulat amore interire Iniquus ille prædator, omnia ſua in mauu mulieris ponere dicit, Dolo deſinit poſſidere. ſed Deceptor pręda capta, illudit, ſpernit, damnat, execratur &c.

Simulatos viros Lucianus quibuſdam libris tragediarum purpura coopertis, ornatis auro ac ligatura mirabili preſtantib. aſſimilat: hi quidem exterius, viſui delactationem prebent ſummam, breuiariaque vel miſſalia & ſancta continere videntur, verum interius, Inceſtus, ſtupra, furores, paricidia, lachrimę familiarum, ac ciuitatum excidia, omniaque attrociſſimorum malorum genera reperiuntur. Ita &c. Animaduertas frater illud Ambr. li.de virgin. venena non dantur niſi melle circumlinita, & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie vmbraque virtutum.

Dolo non nulli definunt poſſidere. Non ſemper bonorum temporalium recuſatio fidem facit animi moderati, ſed interdum arrogantis, & ſuperbi (vt aſſerunt pollitici) cum quis de eo rogari vult quod flagrantiſsimè cupit.

Aulicorum ſanè propria videtur ſimulatio & proprius dolus hic &c. Quorum naturam vel mores, eleganter deſcribi poſſunt his Taciti uerbis, vt ſint laborũ tolerãtes, animo audaci, ſui obtegẽtes, in alios Criminatores, iuxta Adulatores, & ſuperbi, palàm compoſiti pudore, At intus ſit adipiſcendi libido, cuius cauſa ſępius in largitionem & luxum prolabuntur, ſæpius induſtrij ſint, ac vigilantes, quib. nimirum virtutibus ad libidines abutuntur, poſtremò ita ſe componant vt ſe quando lubet, verſipelles faciant. Animaduertite fratres quod nulla eſt maior, pernicioſiorq; deceptio quàm quæ in ſe ipſum committitur.

Audias conſcientiæ latratus doloſe, & dices cum Diuino vate, Quoniam iniquit.m.ego cogn.& pecc.m.contra me eſt ſemper. ſuper quib. verbis Religioſus Poeta. conſcientiam Cani perſimilem affirmans, Canit.

I' morſi prouo, odo i' latrati infeſti
Del fido Can de la conſcienza mia,
Che dentro ſente la nemica ſchiera:

E de

E de la mia miseria ouunque ì sia,
Sempre gl'Infami annali hò manifesti,
Che me li narra la memoria vera.

Simplicius Philosophus Epicteti comentator in Epitect. c. 46. docet Hominem amicum Reipub. & Patriæ pro officio habere, vt sit hominum formator fidorum ac verecundorum ciuium opifex. & cap. 47. ait. vtbi pulchrius est ciues fidos habere, & verecundos, aut porticus & balnea? Ac si dicat, Pulchrum quidem est in ciuitate fontes, & balnea, & porticus formare, sed longè iucundius viros fidos homines ac verecundos degustare. Curet ergo princeps etiam pollicitus vt si balnea edere satagit talium etiā formator sit virorum.

Tu verò frater possidere ne desinas, nec dolo nec fraude, neq; etiam Ioco, & si Dei amore, non tamen concupiscentiæ causa propria relinquas. Refert Plutarch. quod Semiramis Nini Reg. Mulier ab ipso Nino tantopere dilecta extitit, vt Ipse pateretur diem unum eam in solio sedere regio & Diademate ornatā Ius dicere. Cumq; ipse iussisset, ut omnes ei tanquam ipsi inseruissent, & obsequerentur, moderatè quidem in primis edictis de satelitib. periculum faciens se gerebat, Vbi uerò nulla in re eos contradicere uidit, E N, ut Ninum comprehenderent mandauit, deinde ut eum deuincirent, tandē verò vt ipsummet interficerent. Qīb. aūt peractis, lōgo tempore Asiæ imperiū palàm tenuit, Quæ etiā in uexillis militū ex altera parte Columbam delineatam habens, Cruentatum Gladium ex alia describi uolebat, Illud forsan semper innuere curans quod Gladius ipsius viri sanguine fuit quidem perfusus, quandoquidem vir quasi columba seducta fuit nimio lasciuiæ ardore exestuans, non habens cor. Eia igitur qui possident possideant, vel Dei amore largiantur, à Mulierumq; manibus vnusquisq; caueat.

Fidelitate erga homines omnes priuat Auaritia, Hoc asserit Saluft. in Con. cat. dicens, Auaritia, fidem, probitatem, cæterasq; bonas artes subuertit, pro his, superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit, fugite Auaritiam, fugite dolos, & eatis in pace.

OMELIA XXX.

Vtile, non debet per inutile vitiari.



AXIMA illa est questio, An tristitia sit in cęlo, ac dolor in sanctis de perpetratis peccatis, in Deumq; offensis: quod Deum omnip. offendit, meminit Beatus, vel ergo displicet sibi in Deum deliquisse, vel placet; Si primum, tristatur, quia tristitia displicentia vtiq; est, si secundum, certè non videtur beatus, cum in rebus pessimis gaudeat: Si verò merè priuatiuè se habeat, negligens profectò apparet, dum in re tam ardua, circa illam, actum nequaquam elicit. Propter hanc vtiq; rationem, vt *Magist.* sent. recitat, voluerunt aliqui asserere, quod peccatorum memoria non erit in cælo. Vnde dicitur, Beati quorum remissæ sunt Iniquit, & quor. tecta sunt peccata, & tantum quod nec ipsi qui ea perpetrarunt præterita sua mala videant; Hoc tamen dictum valdè aberrat, quia solummodo sunt in sanctis tecta peccata, quia non ea imputat Deus, Quare Alij dicunt, Beatos, dum sunt in gloria, peccatorum quæ fecerunt, memores, ridere siquidem de eis, sicuti nos in senectute de puerilib. que in *Infantia* gessimus ridere solemus. Quod sanè dictum sapientib. omninò indignum iudicatur, Multum nanq; interest per omnem modum à puerili opere ad peccatum malitia plenum, Ita vt quandoq; peccans in sua sit obstinatione diabolus. Nec certè de horribilib. nostris siue de magnis periculis ridere solemus; quod si in sacra pagina, peccatum puerile dicatur opus, Responde tu illud Esa. 65. Maledictus puer centum annorum. Alij tandem non benè volunt insinuare quod beati in patria de peccatis in via perpetratis gaudent, sicut gaudere solent de malis quæ in mundo Deus permittit vt aliqua ex eis eliciat bona, sed hoc solummodo veritatem reuerà habet in malis penæ, non in malis culpæ.

Pro

Pro solutione quesiti, Animaduertendum q̄ de dimissis peccatis Beati multum quidē gaudent dicentes laqueus contritus est, & nos liberati sumus, ps. 123. Si gaudet Auis rete euadens, & piscis hamum fugiens, qualiter qui ab Inferno Inferiori penæ & superiori culpæ liberatus est gaudebit? Ob illud accidentale gaudium peccatorum memoria in sanctis seruatur, vbi cui magis dimittitur, magis diligit, & saltim accidentaliter gaudet, Dum peccatorum suorum recordantur beati sub ista ratione tantùm quia sunt contra Deum commissa, Dicit Scotus, quia Deus impedit ne sequatur in eis tristitia, & ideò scriptum est. Apoc. 21. Absterget Deus om. lachrimam ab oc. eor. & iam non erit amp. neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. ex hoc verò tristitiæ impedimento non parua sequitur lætitia dum mansuetudinem vident Dei, cui de eis tanta est cura, vt non cupiat nisi eos ita lætos reddere quod dolor omnis ac gemitus ab eis fugiat, Nec ob aliud dicitur, Absterget Deus om. lachr. ab omni oculo & ab omni facie, nisi quia ex nulla notitia tristitia sequetur aliqua, quamuis plurimas circa peccata posset cousiderationes habere. Audite Regulam predicta ferè firmantem. Vtile non debet per inutile vitiari. In Cælo verificatur regula Per peccatum inutile, non vitiatur gloria beato vtilis.

Non vtiq; per peccatorum considerationem beatorum gloria vitiatur. quod Isdem Io. (Apo. c. 4.) ostendit cum mare vitreum simile Crystallo in conspectu sedis Dei describit. At nunquid de cælo Chrystalino hoc intelligit Euangelista facer? Nequaquam certè; Aliàs n. ait Ioannes. & vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, quod de cælo Cristalino non est intelligendum. Mare ergo illud mundum significat, Hoc mare magnum & spacios. manib. fluctusq; & turbulentias peccatorum habet mare hoc, per quæ peccata, quam plures in abissum demerguntur, vbi sempiternus erit ignis, sed hoc mare Beatis vitreum est cum iam ipsos nulla moueat tempestas, firma iam illis sunt omnia, vident tanquam in ī speculo vel claro vitro fluctus preteritaq, peccata, sed hoc nequaquam perturbat, quinimò asserit Ioannes vidisse eos qui vicerunt bestiam & Imaginem eius stantes supra mare vitreum, habentes citharas Dei: Cur sancti Dei in litore maris

vitrei citharizatis? lætamur (dicerent) & exultamus Deoq; gratias agimus, cum iam Dom. à fluctuoso peccatorum pelago, nos liberos eduxerit, Iamq; peccata remissa, eaq; amplius perpetrare minimè possumus. Quare etiam menia Paradisi ex Iaspide describit Ioãnes (Apoc.) propterea quia Iaspis sanguinem reprimit, In cælo verò passionum sanguis non amplius effluit, amplius ibi non peccamus.

Vtile non debet per inutile vitiari casus. Cum Iustus & Doctus Correctionis Causa familiarem quandoq; se peccatori prebet, vnde contra eum obmurmurant plures, Debet ne igitur Corrrectionem illam vtilem ommittere? Respondeat qui Christi Dom. vitam legit, Hic enim cum peccatorib. & pub. manducabat, Contra hos verò ita obmurmurantes Gotifredus, sup. luc. sup. dictum phar. Hic si esset Proph. sciret vtiq; q. & qualis est mulier quæ tangit eum, ait, Pharisee erras, stercora contingunt, sed non inquinant solem; Medicum cum tangit vulnera, putredo non polluit; Iudicem quamuis tangat reus maculare non potest; Sic peccator, cum supplicat, cum tangit Deum, non ipsum sordidat, sed ipse & peccato caret omni, & rapit subitò sanctitatem.

Vtile non vitiatur per inutile. Sac. Proph. Ezechiel c. 1. Narrat ad se visum currum quem trahebant quatuor animalia diuersæ penitus naturæ, Leo scilicet, Aquila, Homo, & Bos, quæ quidem animalia etsi contraria, quoniam tamen eodē premebantur iugo, sistebant, vel currebant concorditer, neque vnum alteri repugnabat, Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Egregia similitudo fraternæ charitatis (Cartag.) quæ inter Viros, præcipuè religiosos, esse debet, Nā licet multi sint in religione moribus & ingenio dissimiles, hic piger & lentus, & ferè inutilis, alter festinus, & iracundus, Vnus lætus, alter tristis, quidam affabilis, alius durus & seuerus, quia tamen sub eodem charitatis & instituti iugo tenentur, viuere debent pacifici, & sine alterius offensione concordes.

Vtile non debet vtique per inut. vitiari. Vtile est Ieiunium animæ & corpori, Inutilis quandoque mæsticia, Debet ne ergo mæstis vel tristis esse ieiunans? Absit, ait n. Do. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, Cur hoc? In conuiuijs, & in lætis consueuere Antiqui caput inungere, Tu ergo cū ieiunas

ieiunas vnge caput t. Vult quippè Dom. vt cum ieiunamus ungamus caput, Vt uz. ita ieiunemus,ac si simul tunc conuiuia ducamus atq; lætemur ; lætitiæ uerò ratio ex ipsamet utique Vnctione habetur; Sanè antiquitus ungebantur Sacerdotes, Reges, ac Prophetæ; Dum ieiunas Deo corpus tuum in sacrificium offers, Imperium super concupiscentias sumis tibique gloriosam profetas uitam, ergo tunc Sacerdos euadis, Rex, & Propheta, lætandum igitur &c.

Vtile per inutile uitiari non debet. Refert Dio Phs. (de fort. orat. 64.) q Apelles equum ex bello uenientem faciebat, excelsus erat ceruice, & insurgens, & aurib. erectis, & oculis acutis tanquam ex bello ueniens, atque adhuc conceptum ex cursu furorem in usu retinens, pedes autem in aere ferebantur, paululum modo terram attingentes, Aurigantē fræna retorquebat & bellicum equi impetum habena stringebat: Cum iam Imago omnia haberet cōuenientia, deerat adhuc spumæ color qualis fieret ex humido & sanguine mixtus iuxta contiguam mixtionem, persequente anhelitu oris humiditatem, spumanteq; à labore spiritu & sanguine inspersa spume ex fræni uexatione elicito; Non ergo poterat pingere equi spumam, defatigatiq; in certamine, Hesitans uerò aliquandiù, Tandem dolore permotus, Incussit circa picturæ fræna spongiam, sed. (En quomodo utile per inutile uitiari minimè permittitur) cum spongia multis esset infecta colorib. cruentate spumæ similib. congruum impressit picturæ colorem. ita picturam absoluit Apelles. Vtile per in.

Non uitiatur utile per inut. Familiæ Nobilitas uitiatur ne cum aliqui ex ea indigna agunt? Quod Vtilis sit nobilitas ex eo saltim conspici potest quod Nobiliores in Magistratibus officijsque minus nobiles iure præcedunt, hoc enim expressum habemus in lib. de Autentic. & l. Interim, de defensoribus ciuitatum. Quinimò ita nobiles cæteris præferuntur, ut mandetur in eodem delicto minori pœna puniri nobilis quam Ignobilis, l. Pedius. ff. de incendio, ruina, & naufragio. Et hoc affirmat Papa liberius. 24. q. 1. Qui contra. Vitiatur ne uerò Nobilitas per aliquos Inutiles uel malos ex familia? Nequaquam certè: Magnificum ingrederis palatium, hinc cristalinos fontes, isthinc marmoreas columnas, eburnea simulacra, aurea ornamenta, pauimentum spectas, mira-

mirabili elaboratum artificio, uniuersa fateris, quod si basim columnæ alicuius sordidatam cernis, non propterea demolitum palatium prædicas, parum enim est hoc in tam amplo ædifitio. Ita quidem in Illustri familia, tot clarissimi uiri, tot Illustres matronæ ex illa inclita traxere originem ex pudicitia, ex Doctrina ex militia, conspicui Heroes; Cur autem, quia unum uel duos degeneres tu Vides, totam commaculabis Genealogiam? ex eadem prorsus radice uepres rosaque proueniunt, ita ex eisdem parentibus alter optimus, alter pessimus surgit filius, ex Adam si nascitur Cain malus, probus quoque Abel producitur, ex Abraham oritur Ismael Impius, Oritur etiã Isaac pius: Ex Isaac uenit Esau reprobus, uenit ex eodem Iacob electus, Non autem Mali, & Inutiles bonorum famam infirmare potuerunt.

Falluntur quippè qui dicunt, omnes nobiles sumus, Cæpit nanque inter homines nobilitas generis ab Ignobilitate distingui, Cum Pater Noe filium Cham maledixit, Ipse Canaam nobilitatẽ per illã maledictionẽ ammisit; Propterea nolebat Abraham vt filius suus vxorem ex Cananeorum genere duceret, sic enim ait D. Ambros. li. 1. de Abraham cap. 9. constrinxit autem eum vt non de semine Chananeorum vxorem accersiset Domino suo, quorum generis author patrem non honorauerat, & ideo maledictionis hereditatem transmisit in suos. hæc Ambros.

Mirabile tamen est quod animaduertit Auidius Cassius in vita Imperatoris Seueri, & refertur à Pogio Florentino, in li. de Infelicit. princ. Nempè penè nullos ex magnis & Inclitis viris Romanis Illustres reliquisse filios sed vilissimos, sed etiam retulit Elius sparcianus Imperatori Diocletiano, tráditq; scriptum Petrus Crinitus li. 21. de honesta disciplina. sic Scipio Africanus filium procreauit tam excelenti indignum patre, vt valer. max. lib. 3. eum obscuritatem ex maximo splendore exortam iure apppellet. Ita etiam narrat Quĩtus fabius, De Inuictissimo Imperatore Marco Aurelio, Commodus filius est ortus Infannis penitus ac perditus. Hoc non obstante affirmat Pinctus lib. dialog. dialog. 5. de veris ac falsis bonis, quod nil ita filijs honorificum sicut ex nobilibus parentibus ortum habere xenophontes etiam so-

cratis

cratis Discipulus narrat quod Teognides librum edidit de vita hominis qui incipit, Pro nobilitate originis, significans hanc fore primam partem bonam hominis. Plutarchus etiã in tract. de Nobilit. docet absurdam esse columniam eorum qui contra Genealogiæ hominum nobilitatem obloquuntur, videmus enim in naturalibus ea magis eligi quæ ex meliori & nobiliori progenie proueniunt, equos ex generosa generatione, Canes ex Corsica origine, Hortulani quoq; sarmenta & propagines ex Delicatiori vite, & ramos ceterarum arborum meliores diligentius exquirunt. Cur ergo hoc in hominibus non fiet? Ità certè in sacra pagina legimus quod filij Israel ex clara descendere prosapia gloriabantur. Quod si dicas iam pauper factus est nobilis, claritatem ergo perdidit, Contra, Quamuis pretiosus Adamas in solo uel luto consistat, nihilominus splendorem retinet suum, nec pretiositatem amitit, Ita nobilis & si in paupertate degat tamen in ipso nobilitatis claritas splendet, ipseque aliquo uirtutis radio micat, hinc Euripides, ut stolbeus refert, quãuis, inquit, Diuitiæ deficiant, remanet semper tamen originis nobilitas.

Vtile siquidem per inutile non Vitiatur. Si filius quis virtute ornatur Nunquid parentib. Ignobilibus existentib. ipse contemni debet? verum quidem est quod nobiles antenatis nobilib. inspectis ad virtutum imitationem promouentur, id verò non ita fit in Ignobilibus, Nihilominus Plures reperti sunt, qui nullo parentum exemplo ad magna virtutum exercitia se erexere, ex multisque Ignobilibus Genitoribus Illustres viros natos scimus, Agathocles Siciliæ Rex Hortulani filius erat, Gordius Rex Frigiæ pauperimus erat operarius, Valentinianus Imperator filius fuit Macelarij, Primislaus Rex Boemiæ Custos bouum extitit. Quinimò Seneca ep 44 allegans Platonem, affirmat non fuisse in mundo Regem, qui originem ex seruo non traxerit, nec tamen seruum fore qui ex rege originem non duxerit. iustum quidem est quod docet Aristot. lib. 7. politic. c. 9. non deberi Agricolæ in Ciuitate publicum conferri offitium. Agri nanque culture omninò deditus, incultam Ciuitatem dimittit. Hinc Tit. liu Dec. 3. lib. 3. narrat quod cum Romę Consul creatus fuit M. Marcellus plebeius, ipsi ineunti consulatum

cum

cum tenuisset, vocati augures, vitio creatum videri pronunciauerunt, & subdit, vulgoq; patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeij Consules facti essent, id Deis corde non esse, In locumq; Marcelli, vbi is se magistratu abdicauit, suffectus Fabius maximus tertium, & mare arsit eo anno,

His tamen non obstantibus scias, quod, ut Iuuenalis ait, Nobilitas sola est atq; vnica virtus Hinc D. Gregor. Nazianz. orat. 20. scribit D. Basilium respondisse Præfecto Pont. Non psonarum dignitate, sed fide Christianismus insignitur. obseruatione autem dignus est locus ille Gen. 6. vbi dicitur. Hæ sunt generationes Noe; Noe vir Iustus atq; perfectus cum Deo ambulauit. Quid est hoc? vult Moyses Noe generationem explicare, dicens, Hæ sunt generationes Noe, loco verò Patrum, Aui, & Ataui virtutes Noe ponit? Philo lib. de Abrah. hunc eundem obseruat locum, & affirmat Moysem virtutes Noe posuisse, ita, vt in stemmate eius, non more aliorum Auos vel proauos maioresq; cæteros recenseat, sed virtutes quasdam, declarans nullam aliam familiam, cognationem, Patriamue sapientis esse, preter virtutes & actiones eius. Huc facit illud ecclesiastes. 12. Deum time & mandata eius serua, hoc est enim omnis homo. Hinc Idem Philo lib. quod Deus sit immut. ait, ex equis equi, ex leonibus leones, è Tauris Boues, homines item ex hominibus, gigni neccessum est, At bonæ mentis non talis propria est progenies, sed predictæ virtutes, hominem esse, iustum esse, perfectum esse, Deo placere.

Etiam secundum polliticos Ignobilis virtuosus extolli debet vnde apud Tacit. li. 1. an. legimus quod Augustus M. Agrippam ignobilem loco bonum militia, & victoriæ socium geminatis consulatib. extulit. super quo Carol. pasc. ait. Quem penes est virtus, huic ad ea quæ meritus est, nitenti generis ignobilitatem obesse planè iniquum est.

Non ergo contemni debet filius probus ex infimo patre natus, splendidum lumen de fumo, lilium candens de sentibus, rubens rosa de spinis exoritur, Ita & nobilis vir de ignobili prosapia quandoq; gignitur. D. Chrisost. sup. illud mat. 4. Patrem habemus Abraham, quid inquit, Timotheo nocuisse creditur quod fuit ex patre Gentili, aut quid nocuit

Abrahæ

Abrahæ, quod Patrem habuit Tharam luteorum Deorum cultorem, non ne separatus à genere suo positus est in caput fidelium, vt non iam diceretur filius peccatorum, sed Pater Sanctorum nec potuerunt eius gloriam fordidare paterni errores? Stat tamen, vt plurimum ex maiori ante natorum exemplo virtuosiores euadi posse nobiliores. quamuis erga multos degeneras qui gloriantur in parentum nobilitate, dici potest, stagnum de argento egredi ur, sed non est argentum, itaque argentum colla um seruatur, stagnum autem foras expellitur, sic &c.

Casus tamen est, Princeps uel Prælatus ex uili plebe creatus est; nunquid ergo ei equale obsequium ac si Illustr s foret est præstandum? Profectò utile per inutile uitiari non debet. Narrat Herodotus, ut Plutarchus commemorat, Pro nobilitate, quod Amasis Rex egyptiorum cum de plebe esset non Illustri loco natus, egyptij illum contempserunt principio quidem regni eius, post uerò, eos ad se pellexit: Peluim habebat auream, in qua ipse omnesque conuiuæ semper pedes lauabant; ex ea statuam Dei fecit, quam in clarissimo urbis loco statuit, egyptij uero ad signum concurrentes maxima id religione uenerabantur, quod cum Amasis ex oppidanis & Ciuibus comperisset, egyptios conuocauit, eisque exposuit simulachrum illud quod tum colerent ex ea pelui in quam prius uomerent, & in qua pedes lauarent esse factum; similis, inquit, mei quæ peluis ratio est, si enim ante hac de plebe fui, At nunc certè, Rex sum vester, atque ijs vt se & colerent, & venerarentur, imperauit, hac quidem ratione egyptios conciliauit, vt æquo animo seruitutem ferrent.

At mundi deliramentum est rerum iudicium ab extrinseca accipere figura, illosque magnos predicare, qui magnis extra apparent. sic Ezech (23.) arguit insaniam Babilonicos Deos adorantium propter eorum eximias figuras, dicens, Cumque vidisset viros depictos in pariete, Imagines chaldeorum expressas coloribus & accinctos baltheis renes, & Tiaras tinctas in capitibus eorum, insaniuit super eos concupiscentia oculorum tuorum. Et Apoc. 13. inquit Ioannes de mari bestiam descendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua

eius decem diademata, & admirata est vniuersa terra post bestiam,& adorauerunt bestiam,dicentes,quis similis bestię? Decepti nanq; sunt figura illa grandi & admirabili, sic itaq; ex nobilitate, Diuitijs,& pompa adorantur multę bestię &c.

Scitu tamen dignum est quod vtile per inutile vitiatur, cum humili & vili statui dignitates addere volumus. Narrat Pinctus de Alex. V. pontifice, Ipsum dicere consueuisse, quod dum maiora habebat,magis ac magis eguit, Episcop. nanq; Diues fuit, Cardinalis pauper, Et Papa mendicus. Hinc, vt asserit Aulus Gelius, Fauorinus philosophus aiebat, qui multa possidet, multis eget. Quinimò Diogenes; Illos qui diuitias conquirebant multas,pauperes magnificos appellabat.

Quis verò vtilior est, Pauperi Diues, vel Diues pauperi? D. Chrisost. docet Diuitem nequaquam viuere posse sine egeno, egenum autem sine Diuite viuere. Perutiles verò sunt Reipublicæ operarij, Agricolæ,& mercatores,vnde Sueton. in Octa. cap. 42. Augustum laudat quia ipse operarios ac mercatores magnifaciebat, Ipsi enim victui neccessaria subministrant, Mercatorum etiam Industria prouincia superfluis purgatur, omnes prouidentur, totus mundus ac vna solum esset plathea conspicitur, dumq; nos domi moramur per ipsos orbis vniuersi ciues quodammodo efficimur, Agricola quoque laudandus, Romani nanq; equites cum è bello reuertentes in colendis agris insudabant, sumè laudabantur, Hinc Cato Censur. inter cæteros magnus sumè extollebatur, cum dicebatur valde bonus Capitaneus,& valde bonus senator, valde bonus orator, & valde bonus Agricola.

Casus est, Sunt ne Diuitiæ vtiles ad sapientiam acquirendam vel potius vitiatur homo ita vt impedimento sint illi diuitiæ in litteris? Anaxagoras, vt testatur Anton.sabellic. Diuitias quas possidebat omnes resignauit vt sapientie vacaret. Crathes etiam Thebanus vir ditissimus cum ad philosophandum Athenas pergeret magnum auri pondus abiecit, cogitans se simul non posse & virtutes & diuitias possidere, Ita affirmat D Hieron in ep.de vita Pauli primi Herem.incipiente; Inter multos, qui etiam addit, Nos ergo subsarcinati auro Christum pauperem sequimur & sub pretextu

textu eleemosinæ opibus incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere qui nostra timidè reseruamus, satis diues est qui pane non eget, & nimium potens qui seruire non cogitur, Nudum Christum, nudus sequere. Hæc Hieron. quid ad hæc Moderni?

Laureantur tamen inepti permulti, titulusq; Doctoratus ac Magistri indoctis tribuitur sæpè, & hoc propter aurum. Ad hos gradus passim omnes non dicam non apti, neq; nati, sed nec vix primis grammaticis rudimentis imbuti admittuntur quodq; dolentius est, increuit postea pessimus mos decorandi eos auro, in testimonium adeptæ iam, quam nec multi summis etiam digitis attigerunt, perfectę eruditionis. Quid verò stolidius dici potest, quam falsæ sibi sapientiæ apud vulgus auctoritatē querere, vana huiuscemodi exteriorum ornamentorum ostentatione? Appello quosq; harum artium Doctissimos, Nam & plures extant, fateor, egregiè eruditi, & fama cælebres, Quid laudis putant se magis nactos esse his aureis ornamētis, quę ab{ Innumerabilib. professionis suæ imperitissimis hominib. gestari etiam quotidie conspiciunt? Non est à proposito aliena, quæ de Auri & ferri concertatione narratur à Vegio fictio. Cum n. ferrum Auri fortunam prædicaret, quod ad cultum vsumque regū inuentum esset, summoque ab omnib. in prætio ac admiratione haberetur: Se verò nisi ad arma bellica, ad horrendas cædes ad fodiendam quoq; humum, atq; ad tristia, & vilia queq; natum esse quereretur: Tace, inquit Aurum, Nam si millia etiam ærumnarum tuarum iactaueris, haud vnam tamen meam, (qua nulla est alia grauior) æquare vnquam poteris. Cum enim à Regibus quos tu nominasti magna cum laude mea gestari solerem: nunc maiore cum ludibrio deueni in manus ineptissimorum quorundam hominum, quibus cum parum vel nihil sit Doctrinæ, illo etiam me malo afficiunt, ut testimonio meo, quod palàm omnibus ostentant, eruditi atque sapientes esse uideantur.

Vtile non debet uitiari per inutile, Casus est pro hac tempestate neccessarius contra hæreticos & eorum fautores: ex eo quod bellum per mala quæ ex ipso sortiuntur nedum inutile, sed damnosum censetur, debet ne etiam cum iustum

est inhiberi? D. August. cont. manich. & ponitur. 23. q. 1° Quid culpatur, inquit, in bello, An quia moriuntur quandoque morituri, ut dominentur in pace uicturi, Hoc reprehendisse timidorum est, non religiosorum, Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacatus, atque implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerunque ut etiam iure puniantur aduersus uiolentias resistentium, sine Deo, sine aliquo legittimo imperio iubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis. In cap. uerò sequenti dicitur, Militare non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est, propterea quadam prouidentia militaribus stipendia sunt constituta, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur, unde & Ioannes ait militib. estote contenti stipendijs uestris. sed Interim queritur, licet nè pugnare ex insidijs? August. in lib. quest. uet. test. ait, Cum iustum bellum susceperit quis, utrum aperte pugnet, an ex insidijs nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella desiniri solent, quæ ulciscuntur iniurias, sic gens & ciuitas plectenda est, quæ uel uindicare neglexit quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per iniuriam ablatum est.

Vtilis est tibi Amicus qui & neccessarius appellatur, Nunquid verò vitiatur amicus quoniam iracundus quandoque apparet? Persepè in sacris litteris, per equos, homines designantur, In Apocalip. autem D. Ioannes refert se plures vidisse equos, quorum vnus erat pallidus, & ait, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & sequebatur eum infernus (Apoc. 6.) Per equum hunc pallidum, intelligunt periti pacatum virum, atque adeo submissum, & hippocritam, Per hunc verò Mors & Infernus venit Mundo. Per cæteros equos ergo barbaros, licet Iracundos, & immites intelligere, Cæterum quemadmodum equestris rei periti, cum equum nacti fuerint iracundum, alioquin tamen animosum, & laboris patientem, nihilominus probant equi ferociam, imbelles autem & tardos oderunt, reprobantque; Ita cum vtilis est tibi amicus, esto sæpè iracundus tibimet videatur, non tamen per hoc vitiatur, Itaque eum charum habeas; Quod si periculosum est cũ eo agere, Interdum quidem eum intentè habeas, interdum autem remissius, quem-

quemadmodum ij qui chordas faciunt, ita neruos tendunt, attendentes ne rumpatur.

A' malorum verò consortio caueas; Hoc est inter cætera Pythagoræ præceptum. Quæ nigrantes habent caudas, gustare non oportere. obscura sunt quidem verba, sed denigratam malorum hominum vitam, nigrantes caudas appellare voluit Pythagoras. Quidam damnatus supplicio, vbi morti se appropinquasse vidit. Ad confertam puerorum circumstantium turbam oculos aciemque conuertens, proclamansque ex alta Cruce: suscipite ò (inquit) ex me, Adolenscentuli, exemplum, vt malorum corruptorumque hominum consortia tanquam pestilentissimum anguem fugiatis; quorum dulci diù illectus ueneno, ad hunc tandem, quem cernitis amarissimum finem deuenerim: Huius uoce pueri plures non aliter ac terrifico quodam excusso altè tonitru exhorruere atque contremuere. en cauda malorum, en finis à malorum societate sequutus. Quæ nigrantes habent caudas noli gustare. Adolescentib. uerò singulari quadam ratione adhibendi sunt benè morati socij. vt quod Arbusculis fieri solet, quæ ne à vepribus, sentibusque suffocentur, contextis circumsepibus, cingantur; Ita prorsus Adolescentibus, graues, beneque morati, vel æquales, vel maiores natu etiam, adiungantur, quorum conuersatio proderit maximè ad benè sanctèque viuendum.

Vtile non debet vitiari per inutile. Vtilis, quin & neccessaria est sancta prædicatio, vitiari non debet per insolita & obstrusa verba. studeantque verbi Dei præcones, non tam verbis vti proprijs atque antiquis, quàm domesticis & vsitatis: ne dum antiquitati quæ mater ingeniorum est, deferre volumus, non tam antiqua, quàm decrepita magis (vt ita dixerim) ac ab extremis, abolitisque iam longè retrò sæculis euocata videantur. Neque talia sint, qualia vix ipse etiam oedipus intelligat: Nam tanquam scopulum, sic fugiendum esse infrequens atque insolens verbum, præcipit Cæsar, in his libris, quos de Analogia scriptos reliquit. Augustus quoque (vt refert Maph. Veg. de lib. educ. lib. 11.) abrogata & recondita verba, tanquam fætores (vt ipse appellabat) exhorruit: fuitque illi præcipua cura quàm apertissimo sermone exprimere, quicquid sentiret, vt nulla ex parte inter legen-

legendum, aut loquendum quisquam obturbaretur. Quare & Mecænatem & Tiberium carpebat, irridensque sæpius exagitabat, quod exculcata queque & obstrusa verba summo studio aucuparentur. Increpabat quoque M. Anton. ac tanquam insaniæ damnabat, quod ea scriptis mandaret, quæ mirari potius quisque, quàm intelligere posset. Ad Agripinam verò neptem scribens; opus, inquit, est dare te operam ne molestè scribas, & loquaris.


Quàm perfacetè autem irrisum tradit Cicero Sisennam illum; qui inusitatis libenter verbis vtebatur? Nam cum in deffensione cuiusdam causæ aduersus C. Ruffium accusatorem dixisset, quædam eius sputatilica esse crimina: tum, Circumuenior (inquit Ruffius) Iudices nisi subuenitis. Sisenna quid dicat nescio: metuo insidias: sputatilica, quid est hoc? sputa quid sit, scio, tilica, nescio: maximi inde risus. Studeant igitur Verbi Diuini Nuncij Doctique Lectores, domesticis & vsitatis vti verbis, vt populi quid dicant percipiant ne cum ampulosis vocabulis & locutionibus spiritus euanescat. Vah quid dicam, Lachrimabilia sunt hæc magis quàm reprehensibilia. Armenos hodie audimus plures è suggestis loquentes non latinos, Vnde nec Populi eorum apud Calepinum adinuenire queunt vocabula, Petunt, cuias sunt Concionatores ij quænam eorum Ciuitas? Dei? Loquella eorum eos manifestos facit. Ignorantes tropos & figuras, horumque ornatus sermonum, SS. Patrum speciosissimas sententias ad delectationem audientium afferre nō valentes, Verbis putant placere incognitis. Eia Patres & Fratres, Non in humanæ sapientiæ Verbis, nos prædicamus Christum crucifixum, Debilitatur in prolatione sexquipedalium vocum, quodammodo Christus, hebetatur, ac propè enecatur, & intermoritur. Dicendi verò genus, neque depressius quod ad mouendum animos nihil possit: neque elatius, quod tragicis magis conueniat: sed mediocre, quod ciuilius robustiusque sit, vt imitentur assuefaciendi sunt Ecclesiastici Oratores: Nam vti Incessus cum modestior est sapientem virum decet; Ita & Oratio cum moderatior habetur. Quamquam tamen vti queque res, de qua dicendum fuerit, vel sublimis, vel pressa, uel concitata, uel temperata, postulare uidebitur, parem etiam stylum accomodare

modare teneantur.

Vtile per inutile uitiatur, Cum bona ac uirtuosa agimus opera, sed uana & inutilis gloria circumuenit; Quid n. prodest tenuari abstinentia corpus (Hieron. ad Celant.) si animus intumescat superbia, quam laudem merebimur de pallore ieiunij, Si Inuidia liuidi sumus, quid uirtutis habet uinum non bibere, & Ira, atq; odio inebriari. Eia utile per inutile non uitietur. In nom. P. & F. & S. S. Amen.

OMELIA XXXI.

Quod semel placuit amplius displicere non potest.



VIR profectò ille est, qui cõtra bisormes fortunæ euētus vniformi mentis constantia militat pręmunitus, ait Tullius; è contrà, maximũ indiciũ malæ mentis est fluctuatio, & inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua iactatio, ait Seneca in prouerbijs. & Isdem in quadam epistola, quid est, inquit, sapientia? semper idem uelle, atque idem nolle, è contrà sapientiss. Salomon. prou. 15. affirmat Cor stultorum, dissimile erit; Diuersarum formarum est cor insipientum, cum modò uult, & suscipit modo negligit, & respuit. Quod semel placuit amplius displicere non debet, nec de iure potest. en regulam suscipiamus.

Contra hanc uerò regulam, queris. quid est hominis libertas? Cui quesito satis Seneca facit. lib. 10. Rethoric. dicens, libertas, est potestas uiuendi ut uelis, & sequitur, quis igitur uiuit ut uult, nisi qui recta sequitur? Soli hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus, quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes deniq; improbos esse seruos? An ille mihi liber est cui mulier imperat, cui

leges

leges imponit, preſcribit, iubet, uetat? ego iſtum non modo ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum etiam ſi ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto. hæc Seneca, & D. Ambroſ. de Ioſeph. ait, Ille liber eſt, qui amore non capitur auaritiæ uinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui ſecurus expectat preſentia, quem non terrent futura. Et Tullius lib. 2. Rethoric. liber, inquit, eſt extimandus, qui nulli turpitudini ſeruit. liber es igitur, non cum de virtute ad uitium ruis, ſed cum in uirtute perſeueras, precipuè cum rectè placere non poteſt niſi rectum, quod ſi malum quandoq; placet hoc utiq; ſub ratione boni eſt, inquiunt Doctores Thæologi.

Perſeuerantiam igitur in bono hæc docet regula dicens. quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, & de perſeuerantia quidem D. Bern. in quadam epiſt. ait, Perſeuerantia eſt unica filia ſummi regis, finis uirtutum, earumq; conſumatio, totiuſq; boni repoſitorium, & uirtus ſine qua nemo uidebit Deum, & iſdem Bern. in epiſt. 139. Abſq; perſeuerantia, inquit, nec qui pugnat uictoriam, nec palmam uictor conſequitur, Nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, Conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis uinculum, ſanctitatis propugnaculum,

Regula ergo ueriſſima, quod ſemel plac. ampl. diſp. non poteſt, In matrimonio pone caſum, quia conſumatum non poteſt diſſolui, Item in electo, In Iudice, & in alijs omnib. diſt. 4. in iſtis, Habet uerò locum hæc regula in his quæ ſcienter placent. & non per errorem facti. 38. di quamuis. & neceſſe eſt ut placeant, non ſolum mente, ſed uerbo uel facto D. Anton. hoc in loco. Animaduertite ergo Adoleſcentes qui matrimonium cupitis, quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.

Fallit tamen regula inquit D. Anton. ex caſu ſuperueniente, quia quæ de nouo emergunt indigent auxilio, de offi. del. inſinuante. Item fallit in omnib. Caſibus in quibus à iure variare permittitur, ſicut In medio quod licet mutare; In appellatione, à qua licet appellanti recedere: In patrono laico, qui poteſt variare; In Cardinali, qui variat in Caſu. de elect. licet. Itẽ In monialij, In teſtamẽto, quod mutari poteſt, etiam

etiam non obstante pacto de non mutando, C. de pact. l. pactum: In libello, quem quis mutare potest vsque ad litis contestationem. & accusans ante inscriptionem pænitet. de accusat. c. licet, Item in mandato, & societate, & deposito licitum est pænitere; Et regulaliter in contractibus innominatis: Item soluuntur sponsalia de futuro, per sequentia sponsalia de presenti. De sponsa. si inter. Et sponsalia de presenti per ingressum religionis. de conuer. coniug. ex publico, Et à uoto simplici receditur per sequens matrimonium. de uo. & vo. rede. cap. 1. lib. 6. D Anton. hoc in loco. Item à voto de certa religione profitenda receditur per ingressum alterius etiam laxioris. De reg. iur. qui post votum lib. 6.

Queritur verò an iam professus in vna religione licitè transeat ad aliam religionem. Cui quesito respondet Diuinæ volunt. Interpres affirmatiuè. 2. 2. quest. fin. ar. 8: Et probat sic, Dicitur in Decr. 20. q. 4. Virgines sacræ si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere dispofuerunt, ibique commanere decreuerunt, Sancta Synodus concedit, Et eadem ratio videtur esse de quibusdam religiosis, ergo potest aliquis licitè transire de vna religione ad aliam. Est quidem communis hic morbus mortalium; vt sortis suæ quemq; tædeat semper, viuatq; contentus nemo studijs suis laudent verò longè ac beatiores existiment omnes, qui diuersas à se artes, atq; actiones sequuntur. verum falluntur maximè opinione sua, Nam si rectè intueri velint, cognoscent perspicuè, nullum esse in vita eorum statum, qui non magnis scateat miserijs, quem non magne grauesq; perturbent vndiq; molestiæ & vexationes. & si detur aliquando ut alter in alterius transferatur studia: quam videas tunc cuiq; sua leuia videri quæ prius præ grauitate accusabat: contraq; ea grauiora que prius leuia videbantur.

Triplici tamen ex causa. (inquit D. Th.) laudabiliter ab vna ad aliam religionem fit transitus. Primo quidem, Zelo perfectioris religionis, quæ quidem excelentia non attenditur secundum solam altitudinem, sed principaliter secundum id ad quod religio ordinatur. secundario verò secundum discretionem obseruantiarum debito fini proportionata-

 rum.

rum. Secundò poteſt aliquis laudabiliter de vna religione ad aliam tranſire propter declinationem religionis à debita perfectione, puta, ſi in aliqua religione arctiori, incipiant religioſi remiſſius viuere, laudabiliter tranſit aliquis ad religionem etiam minorem ſi melius obſeruetur. Vnde in collationib. Patrum Abbas Iohannes de ſe ipſo dicit, quod à vita ſolitaria in qua profeſſus fuerat, tranſijt ad minorem, ſcilicet eorum qui viuunt in ſocietate, propter hoc quod vita heremitica cæperat declinare & laxius obſeruari. Tertiò trãſitur laudabiliter etiam ad laxiorem religionem, propter infirmitatem, ex qua interdum prouenit quod non poteſt aliquis arctioris religionis ſtatuta ſeruare, poteſt autem ſeruare ſtatuta religionis laxioris. hæc D. Tho. An verò requiratur licentia, D. Caietanus in Coment. eiuſdem loci, aſſerit licentiam eſſe conceſſam ex priuata lege Charitatis contra quam nulla ſunt Iura. ſtatutum eſt tamen vt licentia petatur, quam vt docet Idem Illuſt. Caietanus prælati tenentur dare.

In hoc verò animaduertant religioſi quod affirmat D. Greg. ſuper Ezech. Vbi inquit, Qui bona agunt, ſi meliora agere deliberant, & poſt deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perſeuerent, in conſpectu tamen Domini ceciderunt.

Caſus. Dans ſpontè peccuniam ſimoniacè, poteſt ne repetere cum malum ſit ſimonia? Valet regula quod ſemel placuit, ſic etiam D. Th. reſpondet dicens, Dans peccuniam ſimoniacè non poteſt eam repetere, licet recipiens eam teneat iniuſtè. D. Th. 2. 2. q. 100 6. 1.

Caſus tamen diuerſus eſt, quis iurauit malum aliquod perpetrare, tenetur ne iuramentum ſeruare? Iſidor. in lib. ſinonimorum, & 22. q. 4. In malis, inquit, promiſſis reſcinde fidem, & in turpi voto muta decretum. quod incautè vouiſti, ne facias. Impia eſt promiſſio quæ ſcelere impletur.

Caſus queritur à Ruperto Holcot ſuper ſap. ſi alicuius obiret vxor, poſtea reſſurgeret, an teneretur Marito iterum iungi. Magnus Caſus eſt hic. Per dictum Apoſtoli, Concludit quod amplius non teneretur (Vah, poſſit mori, inquit illa) ſed ait quod poteſt nubere alteri virò. Sed queritur alius Caſus. Si Monialis moreretur teneretur ne ſuſcitata profeſſioni

fessioni suæ, qua se sponsam vouerat Christo? Dicimus, quod adhuc teneretur, quia secundum Augustinum, per mortem, spirituale matrimonium minimè dissoluitur, sed ratificatur, & consumatur, Consumatum autem matrimonium firmius stabilitur; & ideo talis monialis, fidelior teneretur esse Christo. Quod autem spirituale matrimonium, per mortem ratificatur, comprobatur etiam ex illo loco, *Io*, 19. Sponsus .n. moriens in lecto Crucis, ait Consumatum est, scilicet opus amoris in dissolutione Carnis, quod Paulus aduertens, ait, Cupio dissolui & esse cum Christo. Hic n.sponsus est ille summus Sacerdos qui virginem ducebat vxorem. (*Leuit*. 21.)

Casus alius est circa matrimonium, licet ne dissolui matrimonium pro ingressu religionis inuitis coniugibus? D. Greg. ex registro. 27. q. ij. *Agatosa*, ait, Et si mundana lex præcipit Conuersionis gratia, idest ingressus religionis vtrolibet inuito dissolui posse Coniugium, Diuina tamen lex, non permisit, Nam nisi fornicationis causa, virum vxorem dimittere nulla ratione concedit, quia postquam copulatione coniugij viri & mulieris unum Corpus efficitur, non potest ex parte Conuerti, & ex parte in sæculo remanere. Hæc ille. Dimissio tamen Coniugij ob fornicationem intelligitur quoad Thorum non quoad vinculum.

Quod semel placuit amplius displicere non potest. Audiant hoc qui concubinam retinent, quoniam & si vetula est adhuc tamē placet, *I*deo nanque Dñs Iussit vt aurum destruatur ex quo confectum erat *I*dolum (vid. omel. semel malus &c.) Fabula est de Asino alto qui videns equos faleris pretiosis ornatos, à domino suo petijt vt etiam ipsum aureis loris & valdrapis & corrigijs sericis loricaret, eligens ne vt Asinus agnosceretur auribus detruncari, Quo facto cum semel inter barbaros, & generosos connumeraretur equos, cum casu coram pertransiret Asella. Asinus ipse dignitatis immemor, omnem excutiens ornatum & Valdrapam spernens, rugitus magnos emittens, post fæminam currit, equinū deponens decorem & se in Asinum iterum deducens. quia quod semel placuit &c.

Quod itaque semel placuit, & non est contra Deum, amplius displicere non potest, quare Seneca epist. 1. Turpè, inquit,

 est

est cedere oneri.& luctare cum officio quod semel recepisti, Perseuerandum vtiq; est in bono, vnde Deut. 33. benedicitur à Moyse Asser, sic, sicut dies iuuentutis tuæ, sic & senectus tua, A' iuuentute, ab initio vsq; in senectam & senium seruiendnm est Deo.

Perseuerantiam vtiq; docet Regula hæc dilectissimi Auditores. quod semel p'acuit ampl. displic.non potest. Constantes simus neccessum est & firmi in bono, Mirandum est quod à Spiritu sancto dicitur in sacris literis. Melior est iniquitas viri quàm Mulier benefaciens. quomodo hoc veritatem habet? Hoc dicerem vtiq; verificari, quia per Mulierem Instabiles significantur, quia verò Instabiles vt mulieres Inconstantes, Deò grati non sunt, virorum verò, hoc est Constantium, opera, cum mala sunt diluuntur, & purgantur, per pænitentiam,purgataque manent, purgatusq; constantior vir, propterea Melior est iniquitas viri, quam mulier benefac. Peccet nanq; Constans vir, peccet & inconstans, conuertatur prius inconstans, in peccato maneat Constans quia Inconstans vt Inconstans est iterum peccabit. ex ingratitudine magis peccabit recidiuus quàm constans qui in peccato manserat, Hoc patet Apoc. 3. vtinam frigidus esses aut Calidus, sed quia tepidus es incipiã te euomere ex ore meo. tepidus qui recessit à Calore Charitatis ac denuò peccauit. Melior eo, est frigidus,hoc minus malus est in comparatione recidiui,& melior est iniquitas illius, hoc est minus mala.

Admiratus est Celidonius Cęcus natus Cum à Domino aperti sunt illius oculi,illicò ac vidit, video, inquit, homines sicut Arbores ambulantes. Quid dicis Celidoni, Homines arbores sunt? sed si arbores quomodo ambulant? Arbor appellatur homo, firmusq; & grauis esse deberet plantatus in domo Domini, fructusq; ita copiosissimos Domini redderet in tempore suo, tanquam lignum secus aquarum diuinarum gratiarum plantatum. verum quis non stuperet Arbores ambulare videns? Non sunt modo homines firmi, stabiles,ac graues, sed ambulantes quamuis arbores sint, Inconstantes, Instabiles, peruagi, quod certè vident oculi à Domino aperti, ac rectè cernentes, Quinimò & patientissimus Iob, hoc deplorat dicens, Homo natus ad laborem

&

& auis ad uolandum. en, laborare debet homo, ac firmus in opere suo permanere, & nihilominus uidetur esse Auis ad uolandum, iam in hoc proposito, iam in illo, & nunquam in eodem statu permanet. Hi sunt de quibus propheta ait, In corde & corde locuti sunt, per cor, voluntas significatur, Modo vero sunt vnius voluntatis modò alterius. uult, & non uult piger, ait Salomon. Maximorum uerò peccatorum aceruū (ut ita dicā) arguit Instabilitas tua fili mi, sic ait Hierē. Tren 1. Peccatum peccauit hierus. propter quod instabilis facta est. Hæc est causa instabilitatis, peccatorū accumulatio. peccatū peccauit, idest nimiū peccauit. è contrà uerò si quis in uirtute aliqua pmanet, signū est, illū bonū fore. sic n. dicitur in scriptura sacra, Qui uicerit faciā eum Columnā in templo, qui ergo stabilis Vt Colun na est, & perseuerans in bono, signū est, uirtuti deditum esse. iamq; diabolum vicisse.

Eleganti figura ostensum est in Canticis nos firmos & stabiles debere consistere, dum dicitur sponsæ. Collum tuum sicut Turris, Nasus tuus, sicut turris, Vbera tua sicut turris. Quomodo nanq; sponsa mouere se poterit si in collo turrim portat? Quinimò collū ipsum Turris ē, quomodo se uertet sponsa si pro naso pēdet Turris? nō est margarita è naso pēdens, ut in India in mulieribus uidetur, Turris est, ulterius etiam prorsus firma cōsistet sponsa si supra pectus Turrim defert. ubera mea sicut turris. sed ecce quàm clara metaphora ostēditur fidelis firmitas; solet enim dici hic est firmus & stabilis sicut Turris. Nec aduentitium tibi uideatur hoc, cum etiam Dei firmitatem ostendens Salomon in eisdem Canticis, quia Deus asserit, ego Deus & non mutor, inquit. Crura eius Columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas, Vides quomodo stabilis est Deus.

Hanc etiam firmitatem ostendit quidam ex antiquis Imperatoribus, qui Delphinum Ancora detentum & circumuolutum depingens, quia Principum maximè est, uoluntatem uelocissimam. per Delphinum significatam (quia ut dicit Appianus Delphinus inter pisces uelocior est) stabilire, ac retinere & firmare, Antiqui etiam pingebant laqueum, uel uinculum, per hanc uerò picturam Amorem significare intelligebant, Amor enim uincit & firmat amantem, Quare, si tu Deum amas consistes, in bono perseuerabis,

bis, usq; in finem. hoc est, quod semel plac. am. dis. n. p.

Quid obsecro vtilitatis est, arma in pugnam parare, ea induere, in bellum procedere, si conuersus fueris in die belli? Quid prodest benè in stadio currere, si Media desistas via? Sic Currite vt comprehendatis, quærite ergo dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semp. qui iustus est, iustificetur adhuc, Apoc. 22. Luna est sub pedibus mulieris fidelis, non subditur mutationi anima fidelis, Murenulas aureas facit ei sponsus, Turtures aureas legunt alij, Turtures verò fiunt fideli animæ, quæ Symbolum sunt perseuerantiæ in amore, & hoc singularis virtus est fidelis.

Dum sumus in hac militia nondũ deponenda sunt uirtutũ arma nec sine timore viuẽdum, quib. n. victoria penè est in manu, horum si cædant insignitius flagitium est. Sed dices, licet ne illi qui rectè vitam duxit & sanctè, sine timore cadendi modo viuere? D. Gregorius, ait, solet quibusdam contingere, vt dum se purgatos per satisfactionem deputant, ab inertiæ mentis custodia animam resoluant: qui quidem ipsa sua elatione depressi eo deterius corruunt, quo sibi de indulgentia blandientes, vanæ spei securitatem promittunt, Inde est quod propheta Dominum exorat dicens. psal. 85. Lætetur Cor meum, Vt timeat nomen tuum, non autem dicit, Lætetur cor meum, vt securum sit, sed lætetur, vt timeat, ac si apertè dicat, Ita me correctum facito gaudere de venia, vt nunquam desinam esse suspectus de culpa.

Perseuerandum itaq; in bono, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, quod & Numa Pompil. ostendere suis voluit, de eo n. refert valer. lib. 39. quod statuit vt qui Deum adorare vellent, in orbem se conuerterent, hoc est vt se per girum conuersi mouerentur. Plutarchus, ait hoc faciendum ad cælorum imitationem qui per circulum perpetuum auctoris magnitudinem agnoscunt, ac semper se voluentes, illius pulchritudinem ostentant, sed clarius dicimus per circulum perseuerantiam significari. vnde in Cãticis c. 5. opera sponsi circuli appellantur cum dicitur, Manus eius tornatiles. Vbi alia litera habet, Manus eius circuli aurei, Manus verò operationes significant, quæ nimirum circulares, uel circuli sunt Cum ad idem redeunt à quo inceperunt etenim in circulo à puncto incipimus & ad pun-

ctum

ctum redimus, & quod est principium etiam finis est. Ita operationes nostre esse debent, à Deo incipientes, ad eundem redire debent, sic perfectæ erunt. Ita innuuebat, Iaco. 15. Patientia autem opus perfectum habet.

Eia ergo ad perseuerantiam hortamur Vos, Væ tibi inquit Bern. qui reuerti desideras ad vomitum, redire ad luctum, Putas ne placatos habebis in Iudicio, quos tanto & tam sperato priuare uis gaudio? Sicut nauis quæ multos fluctus transit, multasque tempesta. es effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impigit, iacturam totius in se reconditi thesauri facit, Ita, inquit Chrisost. multi postquam sustinuere labores, ieiunia, aliasque uirtutes, tunc autem quando in portu iam & magis securi esse possunt, naufragium faciunt. Tolle perseuerantiam, inquit Bern. nec obsequium mercedē habet, nec benefitium gratiam, nec laudem fortitudo, sola est cui æternitas redditur, uel potius quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino, qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Quod semel plac. &c.

Queritur an lex Diuina sit mutabilis, ita ut quod semel Deo placuit postea displicuerit &c. D. Aug. lib. de uera relig. ait; lex æterna est incommutabilis ueritas, quæ est lex omnium artium & lex omnipotentis artificis. & idem Aug. li. 3. conf. ait. Ignorabā Iustitiā uerā interiorē, non ex consuetudine iudicantem, sed ex iustissima lege Dei omnip. qua formarentur regionū mores, Cui ipsa Vbiq; & sēper nō alibi alia, nō alias aliter. hæc Aug. Respondet ergo ad quæs. Alex. 3. p. in trac. de l. Dei æter. ar. 5. ꝙ lex æterna uno modo est immutabilis, alio modo mutabilis. ait n. Greg ꝙ Deus nō mutat consiliū, sed sententiā, & appellatur ibi consiliū ratio diuina, sm̄ quā diudicat, & disponit omnia, sententia autē uocatur ipse tēporalis effectus q̄ seqtur. Primo modo lex Diu. est. īmutabilis, secundo mō est mutabilis, q̄a ipse temporalis effectus ex ipsa sequens, quotidie mutatur; sed ipsa ratio sm̄ quam diudicat & disponit, & à qua deriuātur ipsi effectus semper īmutabilis manet. ꝙ confirmat Aug. li. 9. sup. exo. q. 67. dicens. Lex Dei sempiterna est, quā consulunt omnes piæ mētes, ut ꝙ in ea inuenerunt uel faciāt, uel iubeant, uel uetent, secundū ꝙ illa incōmutabili uirtute precipit. ꝙ si dicitur, Pręcepit aliquādo Deus duas habere uxores, modo autē uetat,

ergo

ergo lex diuinæ preceptionis est mutabilis, Ad hoc respondetur, quod talis mutatio facta est ratione alicuius temporis quod subiacet legi æternæ & ejus preceptis, vnde August. in li. confess. inquit, Aliqua licuerunt in antiquo sæculo iustis que modo non licent, quia illis precepit Dom. vnum, istis aliud pro temporalib. causis, hæc ille, Mutat n. vobis languentib. excellens medicus precepta quia mutabilis est nostra valetudo. Ita Diuina prouidentia cum sit omninò immutabilis mutabili tamen creature uarie subuenit, & pro diuersitate morborum, alijs alia iubet.

Mutat consilium qui in hæresim cadit.&c. Refert Thomas Bosius li. 3. c. ij. q Theodoricus Imperator, quamuis hæreticus esset Arrianus, cum seruum haberet qui relicta fide Catholica vt ei placeret, Arrianus est factus, eum ipsemet pugione confodit, dicens esse non posse, ut qui Deo fidelis non fuit, homini seruet fidem.

Ex simulationibus Inconstantia hæc uidetur nasci, sciendum igitur quod Arbor persica dicata olim fuit Arprocati, qui Deus silentij habebatur, hæc uero Arbor, folia humanæ linguæ similia habet, fructus uerò cordi persimiles, Innuere per hoc uoluerunt antiqui, uirum prudentem quidem conferre non debere tempus uanis uerbis infructuosis, sed id quod afferit, conforme faciat rei intus in corde existenti. sicq; non mentietur. &c. quod si sic eueniat, quod semel verbis placuit amplius non displicebit.

Fingunt rustici. Vnde Canit Poeta de Rusticis.

Vrbe estis faciles cunctis vultuq; benigno,
Rure licet billi concita, corda tument.
Vestra est persimilis rurales Vita Catellis,
Qui tantum latrant tectum vbi berile colunt.

Fictus amicus quod sibi placere prius ostendit postea respuit, Hinc videmus tragicos actus &c. Ecclesiasticus, cap. 37 ait. Sodalis, amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. Non ait accipiet ensem sed scutum, in sui tm̃ deffensionem &c. Robur hominis consistere videtur in veris amicis qui non sui causa amant & pro commodo proprio &c. Cum Adonias iurari voluit in regni successorem pro Dauid patre suo, inquit sacer text. 3. reg. 1. omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. hoc est dicere quod

prin-

principale erat in exercitu Dauid Adoniæ deerat. Sed quomodo verum est hoc, nunquid non erant cum Adonia principaliores & capita partis Dauid, cum eo n. erant Infantes, & ex consequenti omnes milites exercitus Dauid, cum eo erant Magnates, cum Adonia Generalis exercitus Ioab, cum Adonia summus ipse Sacerdos Abiathar, Cur ergo dicitur, omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia? si dixisset pars exercitus satis veritas constaret, quandoquidem Cerethei, Phelerei, & Gethei cum Dauid in tribulationibus semper manserunt sed dicere omne robur, hoc absurdum videtur, At si diligentius perscruteris profectò videbis quod & si dicti Magnates Dauid cum Adonia erant, Nihilominus omnes deerant Adoniæ, quomodo? quia nullus ipsorum Adoniam amabat, nec Adoniam propter Adoniam sequebatur, sed propter se ex Intentione consequendi aliquid proprij commodi, Abiathar nanque Adoniam sequebaẽ vt summus pontificatus in generatione sua ab Adonia per ipsum vncto confirmaretur, Ioab timens à Salomone priuari offitio generalatus Adoniæ partes suscepit, vt ex tali obsequio eum confirmaret &c. quare, omne robur non erat cum Adonia, & Ideo audientes buccinam concrepantem ac dicentem Regem Salomonem, ait Sacer tex. iuit vnusquisque in viam suam. non permanserunt, & quod semel placuit displicuit &c. De illo quem multi propter commodũ proprium commitantur, ait Seneca. Multi illum commitantur? Mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumentum formicæ, Prædam sequitur illa turba non hominem &c. si verò ita aduersus amicum malè te habes, exercenda erit memoria, quæ (vt Maph. Veg. habet) sanctissima est humanæ vitę interpres, custos disciplinarum, pretiosissimusque naturæ thesaurus, vt non ab re à Poetis etiam Musarum Mater fuerit appellata.

Principi Ecclesiastico speciali quadam ratione competit fortitudo & perseuerantia &c. Luc. 22. ait Dominus Simon ecce Sathanas expetiuit vos ut cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. querit D. Leo Papa, si Diabolus omnes Apostolos cribrare postulabat Cur Dominus tantummodo pro Petro rogauit & non pro omnibus

Apostolis? Respondit verò sanctus Doctor, Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, quare & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant; tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri propriè supplicatur, quasi aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur. Hæc Leo Papa ex quo cernitur quod si princeps flectitur, populus etiam flectetur, vt n. docet S Dyoni. Areop. (de celest. hi r c.16.) speculum est pontifex in quo subditi se intuentur, & cuius mores sequuntur, cuius exemplo se componunt, & si Plutarchus (in precep. conub. c. 17.) ait quod vir non minus doctor virtutis quam vitij est, hoc precipuè verificatur in principe & prælato, ex quorũ moribus bona & mala populorum originem trahunt. In Anglia vidimus ex Instabilitate regum quę mala in populos venerint; & alibi similiter, &c.

Iuxta polliticorum documenta etiam In nouo Principatu pręstat manere vetera magistratuum uocabula quàm si mutentur, siquidem nouus princeps id agere debet vt veteris, liberæ Reipub. status immutetur, species autem ipsa Reipub. maneat, ne quid in ea immutatum esse merito quisquam queri possit. Car. pas. in li. 1. Tac.

Admissas amicitias si bonæ sint retinendas dicimus &c. De Augusto Cesare refert Sueton. Tranquil. in Cesare, quod Amicitias nec facile admisit, admissas constantissimè retinuit. Examinabat prius quis in amicum admittendum & experimento aliquod periculum de eo faciebat, tunc admissum conseruabat. Ita faciendum &c, sic etiam Moyses, cum dixit illi dominus, cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, faciamq; te in gentem magnam (exod. 32.) Destruere volo, ait Dominus, populum hunc ingratum, nec timeas Moyses, quia ducem te faciam super maiorem populum, sed noluit Moyses, nec consensit dimittere iam amicum antiquum populum pro nouo à Deo oblato, nec nouos subditos primis dimissis acceptauit &c. sed ait, cur Domine irascitur furor tuus, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui, placatusq; est dominus &c, quod semel placuit &c.

Dolet

Dolet Dauid dicens. Montes ficut cæra fluxerunt, quis vnquã cereos montes vidit? Hi sunt magni & alti viri, qui instar ceræ sunt, Hæc n. semper Charactéri signantium cedens pro eius forma atque imagine figuratur, quamque in se tandiu retinet, donec alio rursum super impresso signaculo reformetur, atque ita fit vt nunquam in sua qualitate persistat. Dolendum quod montes cerei sunt, viri magni impressiones diuersas recipiant. & modo velint modo nolint bonũ(

Dominus Iesus Saluator noster Interog. ab Apostolis, qua regula itinera conficere deberent, Matt. 10. respondit, iu quãcunque autem Ciuitatem aut castellum intraueritis, Interrogate quis in ea dignus sit; & ibi manete, donec exeatis. sed quid domine, oneri erimus si semper in eadem Deuoti domo manserimus; Non est certè Dominus amicus eorum qui hodie hic comedunt. cras ibi. & cariores habent qui meliora subministrant pocula, Manete, manete, inquit, in eadẽ domo, sed ne oneri sitis cuiquam. Interrogate prius qui in ea dignus sit, ac si diceret, qui dignus est vos recipere euangelicos Viros, cęlestes nuncios, profectò, & si ad centum annos apud eum maneretis, non oneri hæc habebit, sed pro summo ducet honore, & gloria, In Nom. P. &c.

OMELIA XXXII.

Quod quis mandato Iudicis facit, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceesse.

MEdij sunt Principes, & Pręlati inter Deum, & Subditos, vt Deut. 5. scribitur. Ego sequester & Medius fui inter Deum & vos, quæ verba sunt Moysis superioris. Quare Apostolus. 1. Tessalon. 2. inquit, cum accepissetis à nobis ver

bum auditus Dei, accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut verè eſt verbum Dei: Subditus ideo ad Imperium precipientis quadam neceſſitate Iuſtitiæ mouetur, ſicut mouetur res naturalis ex virtute ſui motoris naturæ neceſſitate; Dolo itaque facere non videtur, qui Iudicis mandato, aliquid facit cum neceſſaria ſit obedientia, quinimò, Rom. 13. Qui poteſtati reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.

Regula vera eſt, Quod quis &c. Caſus eſt, Depoſuit quis penes te, deceſſit poſtea relictis duobus vel pluribus heredibus, tu verò reſtituiſti Iudicis authoritate vni tantum ex heredibus, teneris ne alteri heredi? Reſpondetur, Quod quis mandato Iudicis facit, &c. Non utiq; teneris igitur actione depoſiti, quia Iudicis authoritas omnem fraudis ſuſpitionem ceſſare facit.

Vera eſt hæc Regula, cum Iudex aliquid mandat ſuum offitium exercendo ff. ad trebel. ſeruo. §. cum Prætor. Si verò non exercet offitium ſuum, non eſt parendum, & ſic dolo facit qui eius mandatum implet, & puniri debet.

Tunc verò dicere poſſumus Iudicem offitium ſuum non exercere, vel cum precipit quæ, manifeſtè in ſua non ſunt facultate, vel cum precipit manifeſtè illicita, ſi enim apparitores exequuntur Iudicis preceptum in manifeſtè illicitis, non excuſantur, vt ſi precipiat Iudex Decurionem torqueri, non ſolum debent apparitores officiali non obedire, Imò debent reſiſtere, & ſi non reſiſtunt puniuntur. Vt C. de Decurioni. l. omnes. libro x. etiam probatur in alio caſu ſimili de excuſati. numerum. l. euidenter. lib. x. C. & de magi. ſacroſcriniorum. l. 1. in fine lib. 12. ad idem C. de appellatio. l. quoniam Iudices. Imò etiam per priuatos reſiſti poteſt, quando manifeſtè apparet Iudicem procedere contra legem. Vt C. de Iure fiſci. l. prohibitum. & l. defenſionis facultas. lib. 10. & de metu. l. deuotum. lib. 12. & ff. de re iudi. l. continua. §. vlti. ex quibus apparet puniri debere Apparitores Laici Iudicis preceptum exequentes contra Clericos.

Caſus eſt. Aliquis Epiſcopus ſtatuit non fieri funeralia niſi tot dentur, tenentur ne Clerici obedire vel potius ſimoniaci

niaci sunt statuentes? D.Gregor.ex regestr.& xiij. q.ij. Ianuario Episcopo Sardiniç scribens,ait,Questa est nobis Nereida clarissima fæmina,quod ab ea solidos pro filiæ suæ sepultura fraternitas tua vellit exigere. Hoc autem vitium postquam Deo auctore ad Episcopatus honorem accessimus de Ecclesia nostra omnino vetuimus,& per prauam denuò consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus, Hoc igitur auaritiæ vitium ne denuò temptari presumatur admoneo, sed si quando in Ecclesia vestra aliquem sepeliri conceditis, si parentes ipsius, vel hæredes pro luminaribus spontè quid offerre voluerint, accipere non vetamus, peti verò aut aliquid exigi omninò prohibemus, ne quod valdè irreligiosum est,aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaueribus studetis querere quolibet modo Compendium. Prohibetur ergo ex sacris Canon, ne statuta fiant pro funeralibus vt supra cum ergo ex vna parte mandat Episcopus, & ex altera aliter mandat sumus Pont. & lex,cui obediendum?

Statue igitur tibi hanc clarè doctrinam, ex duobus precipuè contingere posse quod subditus suo superiori non teneatur obedire, Vno modo si ei aliquid precipiat in quo ei non subdatur, Alio modo propter preceptum maioris potestatis, vbi enim dicitur ad Rom. qui potestati resistunt ipsi sibi damnationem aquirunt, dicit Glosa. Si quid Proconsul iubeat,& aliud Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi esse seruiendum. Ita ergo Epo in casu quo supra obediendum minimè est, cum contra superiorum mandatum precipiat.

Adde quod docet D. Thom. statutum, de non fienda processione in funere nisi dentur tot, est illicitum & simoniacum, non autem quod processio fiat si tot dentur. hæc D. Th. 2.2. q.100.3.secundum.

Casus alius est Cuinam à Monacho præstanda sit obedientia in Diuinis recitandis officijs, statutis Regulæ secundum quam Domino vouit, vel superioribus presentibus non secundum ipsam regulam, sed diuersimodè ordinantibus, & an tuta conscientia ommisso ordine à regula in prædictis statuto, standum sit à superioribus presentibus lato? Breuiter respon-

responderi potest, quod vbi maior precipit, standum est illi ommisso precepto inferioris regula verò maior &c. Cæterum pro maiori satisfactione timoratæ conscientiæ, dicimus quod distinguunt Doctores, ea quæ secundum regulam non sunt alia esse contra regulam, alia præter regulam, Non nulla infra regulam, supra regulam altera. Angel. ver. Religiosus, §. 30. longum autem esset singula discutere, quod presenti inseruit solutioni, illud est, nempè quod quædam sunt in regula explicitè, quædam verò non sunt in regula ex plicitè, sed tamen implicitè secundum regulam censentur, vt puta comunitatis obsequia, & ea quæ ad regulæ pleniorem obseruantiam conducunt, penæ etiam, vt si Abbas iubeat de Carnis lapsu conuicto, quod pane & aqua tantummodo vescatur; Implicite etiam in regula continentur charitatis quædam officia, vt refectio corporis cum debilitatur Monachus, licet enim contra regulam videatur, Potest nihilominus qui preest dispensatione cum illo vti quia implicitè in regula hoc continetur, Intenditur n. in ea subiecti permanentia, Prælatusque erga subditos epichea virtute pollere debet, qua etiam contra legis expressa Verba multa exequi permittuntur. In omnibus itaque in regula conten tis siuè explicitè siuè etiam tantummodo implicitè monachus obedire tenetur, vt omnibus consentaneum apparet, & est obediendum etiam si distortum videtur quod precipitur, De hoc n. ait D. Bern. in serm. de virtute obedien. Non te moueat imperitus Magister, indiscreta potestas, sed memento, quia non est potestas nisi à Deo. & qui potestate resistit, ordinationi Dei resistit, ouinam simplicitatem debet habere subditi obedientia, Ad quam simplicitatem experiendam Antiqui Patres in principio non precipiebant fratribus recta, sed magis distorta.

Quædam autem non sunt in regula nec explicitè nec implicitè, quæ si Prælatus demandet, non tenetur quidem subditus ad eorum obseruantiam. Arm. v. obedientia, §. 2. Angel. vbi supra & alij. Ratio huius est, quam Angel. affert, quia videlicet ad hoc non habuit subditus animum obligandi se, & facit pro hoc quod no. Pan. sup. Glo. in ver. Iuram. v. ex prędictis. vbi dicit, quod quoad Deum, Iuramentum intelligitur prestitum secundum intentionem Iurantis. & facit etiā

quod

quod no. Inno. in c. veniens, de iureiur. Vbi dicit, Iuramentum non extenditur, nisi ad ea de quibus cogitatum est, vel debuit meritò cogitari. Dum ergo nec implicitè nec explicitè in Regula continentur tale statutum circa Diuinum offitium, quinimò diuersum, dicitur quod ad illud non teneatur subditus Quinimò ad regulares obseruantias tenetur, ut patet, ext. de sta. Monac. c. recolentes, Vbi Alexander 3. monet cistercienses ut regulam seruent secundum primeuã Institutionem & in Conc. Trident, sess. 25. c. 1. precipitur ut omnes regulares ad regulæ quam professi sunt prescripta uitam instituant. Adde præterea quod docet D. Bern. de precep. & dispensat. Melius est, inquit ille, obedire Deo quã hominibus, & ipsis Melius Magistris quàm discipulis, quibus autem constat melius obedire, ipsis proculdubio non obedire est detestabilius.

Dicet quispiam, In Religione maior pars statutum facit ad strictiorem vitam arctans, nunquid ergo non omnes obligantur ad illius obseruantiam? Respondetur quod ad hoc vt tale statutum obliget, omnium requiritur consensus, facit regula, quod omnes tangit debet ab omnib. approbari, de regul. Iuris li. 6. Angel. vbi supra & in addit. eiusdem additur regula, Nemo crescere Compellatur inuitus.

Adnotat tamen Archiepiscop. Florent. in hanc. regul. verum quidem esse non esse hominibus obediendum in atrociorib. si offitium suum non exercent, Deo n. magis est obediendum quàm hominib. 12. q. 3. Dominus. In his autem quæ sine dolo committuntur, etiam parens extra offitium excusatur. ff ad legem aquilin. liber homo. Ad quod facit dictum D. Bern. de precep. & dispensat. dicens, Perfecta obedientia legem nescit, terminis non artatur, nec contenta angustijs professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem Charitatis, & ad omne quod iniungitur spontaneo rigore liberalis, alacrisq; animi motum non considerans in infinitam libertatem extenditur.

Animaduertas etiam neccesse est, vt obseruat D. P. Antoninus, quod sicut dolo caret qui Iudicis obtemperat precepto, Ita è contra dolo non caret qui Iudicis precepto non obtemperat. ff, eo, ti, l, non potest. cum habeat &c. parere neccesse.

Et ita parere est necesse, ut etiam in dubijs an mala uel bona sint quę precipiuntur parere necesse est. 23. q. 1. quid culpatur. in fine. Ad quod facit D. Ber. dictum, Non attendit verus obediens quale sit quod precipitur, hoc solo contentus quia precipitur. Ber. de precept. & dispens. examinet tamen Prælatus quid & quomodo precipiat, quia Prælatus cuius subditi & si obediunt ei, tamen cum tristitia & murmure obediunt, Illi est similis, qui omnia membra infirma habet quæ necessariò haberet mouere, & nullum mouere posset sine dolore, qui in magna esset miseria.

Cum verò de obedientia sit sermo, queri posset. An obedire debeamrs cum prohibetur aliquid quod malum non est, Cui quesito videtur respondisse D. Augusl. super psalm. dicens, Non potuit Deus perfectius demonstrare quantum sit bonum odedientiæ nisi Cum prohibuit ab ea re quæ non erat mala, sola ibi obedientia tenet palmam, sola ibi obedientia inuenit pænam, hæc ille. ex quo ad obedientiam hortamur, etiam circa prædicta. Quare Diu. Bern. serm. 22. ait, In ipsa obedientiæ via tibi fortasse aliqua dura & aspera occurrere possunt, vt accipias interdum pręcepta nonnulla, quæ licet salubria sint, minus tamen suauia videntur, hoc si molestè ceperis sustinere, si dijudicare prælatum, si murmurare in corde, etiam si exterius impleas quod iubetur, non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ.

Quid queris, An Monachus forsitan in minimis sit liber? Respondet D. Fulgentius, de vita religiosa loquens, & ait, vt Monachus lautioribus forte cibis vtatur, interdum neccessitas cogit, vt autem cupiat in quibuscunq; exiguis rebus iuris proprij dominium vendicare, superbæ voluntatis, & auaræ cupiditatis euidens testimonium est.

Omnes hortamur fideles ad obedientiam quæ sola nos Deo iungit, ad quam vniuersos vocat Apostolus d. filij obedite prepositis vestris & subiacere illis, Ipsi .n. peruigilant quasi reddituri rationem pro animabus vestris, Non est Pastoris Diuini ouis in obediens. Ouis vocatur prædestinatus, pro metaphora obedientiæ cum ad Sybilum Pastoris ouis mouetur, Gratissima verò Deo omnipotenti est obedientia ita vt magis Deus ex obedientia letetur q̃ victimis, Quare D, Greg. li, 35. mor. sup. illud, Melior est obedientia

quàm

quàm victimæ, ait, victimis iure præponitur, quia per victimas aliena Caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Quod igitur religiosi prælatorum mandato faciunt, Vanum vel dolosè factum non extiment Sæculi homines, cum parere neccesse habeāt, quinimò laudabilia magnifaciant Religiosorum obedientium facta. Signum Innocentiæ est obedientia, sic ait D. Greg. Amici Iob obtulerunt ei ouem vnam & inaurem vnam, quoniam innocuis mentibus ornamentum obedientiæ iungitur, Redemptori suo non obedit qui Innocens non est, & Innocens esse non potest, qui obedire contemnit. Turris est illa eburnea obedientia ait quidam Doctor, Turris protegens populos, sed eburnea propter puritatem & Innocentiam quam obedientia debet habere coniunctam. Turris protegens populos & vniuersum obedientia, per eam filius agnoscit patrem, per eam vxor honorat virum, per eam seruus timet Dominum, per eam milites, rebelles expugnant vrbes, per eam Creatura Creatorem colit ad cuius nutum uniuersi mouentur Cæli.

Dolo facere non uidetur qui legibus & statutis obtemperat, sed iuste agit. Tullius li. 1. de legi. Iustitia est obtemperare legibus, scriptis, & institutis populorum, quinimò dicebat Marcus Curius, vt refert Valer. li. 6. c. 3. Non esse opus eo Ciue Reipublicæ qui parere nesciret.

Io: Climacus c. 4. dicit obedientiam esse Nauigationem tutam; in ipsa enim & si mare & fluctus pugnēt & intumescant, nihilominus dormitans in naui incedis: sic qui non sibi, sed alijs obedit, sine cura erit, totum enim se gubernanti committit, atq; pericula ignorat, quinimò, in die Iudicij in quo nullus nostri erit deffensor, sola obedientia defendet nos, vt isdem docet Climacus. Adde uerò dici posse quod in die Iudicij obediens operationum quæ per obedientiam gessit rationem reddere minimè tenebitur, Hanc nanq; rationem Gubernator ipse qui iussit reddet, In obediente enim propria non fuit voluntas, sed aliorum placitum operatus est; Hoc autem cum grano salis intellige, dummodo, scilicet; gesta ipsa peccata euidenter non fuerint.

Sanè summo hoc gaudet priuilegio obedientia cæteras in hoc excellens virtutes, q̄ vz. obediens aliquid agere pōt quāuis id q̄ præcipitur mortale crimē esse dubitet, vt sup. diximus q̄

Ddd propter

propter laicos repeto, & si enim de mortali dubitet, suam reponit conscientiam in prælati conscientia. Hoc sic docet D. Augustin. dicens. vir iustus si fortè etiam sub rege & homine sacrilego militet, rectè potest illo iubente bellare, si quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei preceptum certum est, vel verum sit, certum non est: ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.

Obedientia verò honestate priuata, vt docet Idem August. ad herem. de obedien. ser. 7. superbia est ex vtriusq; parte, consentientis & precipientis, & in die nouissimo pari pæna puniuntur. Custodite, ait August. quod precipitis, ponderate quod imponitis, Nam quotiescunq; obedientia honesta & iusta non fuerit, totiens ad irregularitatem deuenisse pastores se agnouerint, obedientia igitur fratres tunc vera, tunc sancta, tunc meritoria est, quando ditata est discretione, honestate, iustitia, & humilitate, ista enim sunt socia sanctę obedientiæ sine quibus omnino obedientia vana est & inutilis.

Contemni et permittit Deus prælatos qui subditis rectè nō vacant. Deut. 25. frater iubetur fratris vxorē sine liberis relictā ducere, quod si ei nubere nolit, discalcietur & expuatur in faciem eius, quod sūmæ erat ignominie Iudæis, dicebaturq; sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui. fratres Christi esse eius discipulos testatur ipse, qui eis talia mandat Io. 20. vade ad fratres meos, & dic eis ascendo ad patrem meum & patrem vestrum; eorum verò successores prælati eorum sunt loco, quibus suscitandæ sobolis cælestis demandata est cura; quod si id negligant, conculcentur ab hominibus, & in eorum faciem expuatur, quia semen fratri Christo, non suscitant, & hoc latè ostendit ipsemet Christus Dominus Mat. 5. dicens si sal euanuerit in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominib. Hoc ipsum Malach. 2. dicitur, vos autem recesistis de via, propter quod dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.

Queritur hic, cui magis competat imperare, & cui obtemperare. Cui quesito optime videtur respondere Plutarchus in Pol. dicens, Ad parendum Iuuenes, ad imperandum senes

sunt

ſunt accomodati, Congruit verò dictum hoc quandoquidem, ut ſanctus Iob docet, cap. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, quare, Cicero, lib. de ſenect. ait, Apex autem ſenectutis eſt auctoritas, & addit, Habet ſenectus honorata preſertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris ſit quàm omnes uoluptates.

Dic quod Deo, qui Antiquus dierum appellatur, etiam principes obedire tenentur, porrò ſi neceſſum eſt hominibus obedientiam pręſtare, neceſſe eſt magis Deo obedire quàm hominibus (vt docet Apoſtolus), omnis Anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit repetit Apoſtolus, Rom. 13, quare ſi princeps populorum obedientiam expoſtulat, Ipſe Deo obediens exiſtat, contra Doctrinam perfidi Machiauelli, qui impium, Deo contrarium, eſſe principem docet, ex quo vt Saul inobediens regnum ammittet. Hinc enim Auguſt. de inobedientia ait, ò quàm enorme vitium quod obedientiæ contrarium fuit, Per hoc cælum Diabolus perdidit, Homo paradiſum amiſit, Saul regnum, Salomon diuinum amorem, ò Obedientia ſancta, tu Chriſti ſponſa, tu perfecta ſcala per quàm cælum aſcenditur, tu Quadriga qua Helias vectus eſt in paradiſum, Tu fidelibus porta paradiſi, & clauſura inferni, hæc Auguſt. & Hieronim. ad celantiam, de recto modo viuendi, ait. Quid vnquam tam ſuperbum, quid verò tam ingratum uideri poteſt, quàm aduerſus eius uiuere uoluntatem à quo ipſum uiuere acceperis, quàm illius precepta deſpicere, qui ideò aliquid imperat ut cauſas habeat remunerandi, Neq; enim obſequij noſtri indiget Deus, ſed nos indigemus illius imperio mandata enim eius deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum, & dulciora ſuper mel & fauum, quoniam in Cuſtodiendis illis retributio multa. pſ. 18.

Docet principes peccare Machiauellus cum docet eos contempta religione poſſe pro ſtatus conſeruatione quodlibet dogma contra Dei cultum ſuſcipere. Peccatum nanq; in hoc conſiſtit, quod homo contempto Deo mutabilibus inheret rebus, falſumq; ingerit dum putat per Contemptum Dei, ſeruari ſtatum, cum populo placere ſtudet princeps, Nimirum contra hoc Rex Iſrael proph. Dauid pſ. 52. docet, Confuſi ſunt qui hominibus placent, quoniam Deus

Ddd 2 ſpre-

spreuit eos. vult nanq; Deus pro Domino haberi, qui sepè ait, ego Dominus &c. si Prorex nomine Regis sublato suum imponeret, quid Ei eueniret? Tanquam Rebellis penitus destrueretur; Ita si Princeps Dei minister, si contempto Deo, &c. quod si Deum vt par est colit, tunc à Deo exaltatur, Hoc docuit contra Machiauellum Beatissima Virgo cantico suo vbi ait De Deo, Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, Humiles nõ sunt qui Christi cultũ ex superbia & Dominij cupiditate, cõtra Deum calcaneum leuant. Deposuit potẽtes hos de sede & humiles exaltauit, & exaltabit, Nero imperio potens contra Apostolos Petrum & Paulum crudelis quia Christi religionem predicabant, se ipsum, desperans occidit, successorq; illius euasit Vespasianus humilimus qui vna cum Tito filio, mortis Domini vltor fuit, Deposuit potentes de sede, & exalt. humiles. Potens erat Domitianus, Dñs verò ex persecutione Euãgelistę Ioãnis humiliauit, ita vt paulò post humilis Traianus Imperator creatus fuerit. Deposuit potentes de sede & exalt. hum. Diocletianus, Maximianus, & Maxentius maxima fulgebant potentia de sede tñ Depositi fuere, quib. humilissimus successit Cõstãtinus q sanctam amplissima dote dotauit Ecclesiam. Deposuit potẽtes de sede & exaltauit humiles. Dispersit superbos mẽte cordis sui, ait Deipara virgo, Hippocritas dispersit &c.

Absolutè omnibus dicitur, si vis ad vitam ingredi, serua mandata hoc n. tota nobis lege agitur, hoc Prophetæ, hoc Apostoli docent, Hoc à nobis, & vox Christi, & sanguis flagitat, qui ideo pro nobis mortuus est, vt qui viuant iam sibi non viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. &c. hinc n. Deut. 10. ait Moyses, & nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, scilicet eius mandatis obtemperando. & 4. reg. 13. dicitur, Dominum Deum vestrum, qui eduxit uos de terra egipti in fortitudine magna & in brachio extento, illum timete, illum adorate, illi imolate. quid Machiauelle? maculam uelles, & macula es totus populi Dei, macula intus & foris Vir sordidissimus.

Audistis pijssimi Principes quod sancta ecclesia, cuius & vos membra esse viua gloriamini, Audistis in quã quod pulchra vt luna ecclesia dicitur, terribilis vt castrorum acies ordinata, Delectat ne ordinem aciei in castris cernere? Ordo verò

acierum, ex obedientia erga principem nasci dicitur, unde mirabile est quod Xenofontes de Chrisanta milite Cirino narrat dicens, quod cum hic miles in bello, iam erecta in aera securi, in actu esset feriendi aduersarium, caderetque iam securis, Audito tubæ sonitu ad collectã retro aduocantis, confestim dextera retroacta cum cæteris militibus ordinem est sequutus exercitus. quod sanè factum Plutarchus in comparatione Pelopid. & Coriolani satis admiratur. sic sic dicitur ordinata Ecclesia, vnde terribilis nuncupatur, Terribilis ut castrorum acies ordinata, Neccessaria igitur obedientia. nec imbellis est audiendus Machiauellus, qui totum Christi exercitum dissipare, ut furia Infernalis conatur.

Quod si curiosius indagare contendis Cur Deo grata sit nostra obedientia, Respondeo libenter. Tria sunt humanorum bonorum genera, quæ quidem propter Deum potest homo contemnere, Horum uero infimum exteriora sunt bona, Medium, bona corporis, supremum, bona sunt animæ, inter quæ precipuum quodammodo est uoluntas in quantum scilicet per uoluntatem homo omnibus alijs utitur bonis. & ideo per se loquendo laudabilior est obedientiæ virtus, quæ propter Deum propriam conten.nit voluntatem, quam aliæ virtutes morales quæ propter Deum aliqua contemnunt bona, Vnde Greg. lib. vlt. mor. dicit, quod obedientia victimis, iure præponitur, quia per victimas aliena Caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Intelligis ex his cur Deo grata obedientia, quoniam scilicet maius bonum amore ipsius in ea contemnimus.

Adde autem quod labor maximus in propriæ voluntatis executione adhibetur, vt verò à labore hoc essemus liberi, Dominus docuit vt à cælesti patre peteremus, fiat voluntas tua. quod obseruans D. Greg. niss. or. 4. in or. dom. ait, Sanitas animæ est diuinæ voluntatis prosper successus quemadmodum è contrario excidisse bona voluntate morbus animę est in mortem desinentis, Addit autem Sanctus, quod quemadmodũ cũ Adamo omnes infirmi facti sumus, cũ de inobedientiæ veneno largiter sumpsimus, Ita Christus in terram veniens vt infirmos curaret, eos scilicet qui à diuina recesserunt voluntate, rursus coniunctione cum diuina voluntate à morte liberat, hoc est quod Dñs docet dicere, fiat volũtas t.

Adde etiam, quod Diuinis mandatis est obtemperandum vt

cognoscat quisq; quis sit, Hinc D. Leo Papa ser. 11. de quadrag. ait, Artifex misericordia Dei splendidissimum in mandatis suis condidit speculum in quo homo faciem mentis suæ inspiceret, & quam conformis imagini Dei, aut dissimilis esset, agnosceret. Ac si diceret Sanctus Leo qui Diuinę Voluntati conformem se facit, Deo vtique similis erit, qui verò mandatis Dei opponitur, profectò nec Deus nec Dei imago erit. Dicas ergo princeps cum S. Rege Dauid Miserere mei Deus secundum mag. mis. tuam, ps. 50. super quo D. Chrisost. (hom. 1. in ps. 50.) ait, stat medicus secans, & innumeras adhibens curationes & non interrogas, quomodo curaris, sed concedis arti, seruo concedis, & Deo misericordiæ non concedis? ac si dicat obtemperas medico vili, & non obtemperas pro tua salute supremo Deo? eia fratres, etiam secundum Polliticos (Car. Pasc. in lib. 1. an. Tac.) Gloriæ ac libertatis autorem potius, quam flagitiose seruitutis Ducem sequi est facinus animo alti, atque ingenui.

Obedientiam Pontifici negant Hæretici, qui pro libito sectam quam sibi eligunt sequuntur, contra quos D. Petr. Grisolog. ser. 173. ait, Nec ouis ad caulas peruenit si pro suo libito peruagetur nec scientiam discipulus poterit obtinere, si doceri pro sua voluntate contenderit; ęgrotus quoque nunquam poterit recipere sanitatem si pro suo fuerit curatus arbitrio.

Caput vnum dandum est in Republica cui obediendum, aliter innumera euenient mala. De Alexandro legimus quot in vita sua fecerit magnalia, & ita, vt Plutarchus dicat quod si diutius vixisset Alexander, forsitan vnus tantum in vniuerso fuisset qui vna iustitia mundum rexisset, sicut vnico dumtaxat lumine moderatur; sublato tamen Alexandro, exercitu eius errante inter se se militeș pugnabant, & quemadmodũ quis, virtute visiua ammissa, incertis pede vel manu aerem palpans quo vadat nesciens incedit, ita Alexandri exercitus ipso per mortem deleto, huc illucque aberrans incertus, cum non esset cui obtemperaret; ibat, & quemadmodum cum anima à corpore est diuisa corporis membra nequaquam vnita manent, sed ab inuicem dissoluta separantur; Ita certe Alexandri fortitudo & exercitus prius ægrotans,

&

& febrim patiens sub Perdica, Meleagro, Seleuco, Antigono, Eumene, Lisimacho, Ptolomeo, Lacomedonte, Antipatro, Philote, Leonato, Alexandri successoribus, qui instar spirituum adhuc calidorum modo huc modo illuc impositis interuallis agebatur, quousque tandem corrupta penitus est visa. en quod dandum in Republica caput vnum cui obediendum, quod si fiant sectæ diuersę, Reipublicæ Vires nimis extenuantur. Comparari uerò possunt hæretici Cadauero cuius quidem partes ab inuicem separantur nec simul permanere queunt cum iam anima euolauerit, Ita certè hæretici inter se se nequaquam côueniunt, sed quod vnus affirmat, negat alter.

Puniendi verò sunt Sanctæ Matri Ecclesiæ Inobedientes. Nihil grauius exercitui obiectari potest, quàm seditio, Inter quos ea sæuit, impunè contemni possunt (ita pollitici etiam Car. pasc. in lib. 1. an. Tac.) Militans est hæc Ecclesia, obedientia est neccessaria. Contemnunt Ecclesiã inobedientes contemnantur ipsi. Nimirum sicut sanies ex vlcere, sic ex superbia contemptus manat. Porrò hoc malum, vt docet Hugo de duodec. abus tribus modis mederi solet, videlicet emplastro, vnguento & ferro, hoc est, exemplo boni operis, verbo exhortationis, & disciplina correctionis, cum enim vlcus non emittit per confessionem saniem, vel ex commotione non promittit emendationem, restat vt ferri recipiat incisionem, idest correctionem disciplinę, excomunicandus sanè est obstinatus inobediens & tradendus est Sathanæ, vnitatem enim Ecclesiæ scindit qui per inobedientiam capiti in his quæ ad Ecclesiam pertinent non conformatur. Tales verò animaduertant illud August. de verb. Apostoli. 2 i. q. 111. vbi dicitur, Omnis Christianus, qui à Sacerdotibus excomunicatur Sathanæ tradi dicitur. quomodo? quia scilicet extra Ecclesiam est Diabolus, sicut in Ecclesia Christus, Animaduertant etiam quod isdem August. sup. Iohannem dicit, Nihil sic debet formidare Christianus quam separari à corpore Christi, qui enim à corpore Christi separatur, non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius, sed est membrum Diaboli. Animaduertant insuper quod idem August. in lib. de penit. De penit. Dist 6. c. 1. Laboret, inquit, Penitens in Ecclesia esse & ad vnitatem Ec-

clesiæ

clesiæ tendere ; Nisi vnitas Ecclesiæ succurrat de mani-bus inimici non liberaretur anima mortui , Vnde dignè ne-mo pænitere potest quem non sustineat vnitas Ecclesiæ .

Sed iam de mundo pulsa videtur obedientia , vnde iam sæculi abusiones , de quibus D. Cyprianus . Sapiens sine operibus est , senex sine religione , Adolescens sine timore , Diues sine eleemosina , fæmina sine pudicitia , Dominus sine vir-tute , Christianus contentiosus , pauper superbus , Rex Iniquus , Episcopus negligens, plebs sine disciplina , popu-lus sine lege .

Obedientiam omnes teneant , Hæc est illa,vt asserit August. quæ concordiam conseruat in Angelis , pacem nutrit in mo-nachis, tranquilitatem generat in ciuibus , Hæc est illa sine qua Respublica stare nō potest, sine qua familia aliqua regi non potest ; ò quam enorme vitium quod obedientiæ con-trarium fuit , per hoc diabolus cælum perdidit , per hoc homo paradisum amisit; per hoc Saul regnum , per hoc Sa-lomon amorem diuinum . ò Sancta Dei sponsa obedientia, Tu perfecta scala , qua cælum ascenditur , Tu quadriga qua Helias, vectus est in Paradisum, Tu porta paradisi fidelium, & clausura reorum inferni; O sancta obedientia, Tu humili-tatem nutris, Tū pacientiam probas, tu mansuetudinem exa-minas, Obedite fratres, & erit Vobis salus. In nom. Patris &c.

OMELIA XXXIII.

Nemo potest ad impossibile obligari.

TEnenda est via quam natura prescripsit , nec ab illa de-clinandum , illam sequentibus omnia facilia & expedi-ta sunt , Contra illam viuentib. non alia uita est quàm con-tra

tra aquam nauigantibus, vt inquit Seneca, Vincitur tamen natura diligentia, ut affirmat D. Ambros. lib. de Ioseph. Naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam; Caeterum quae diligentia in impossibilia potest? Nulla certè, Hinc nemo ad impossibile obligari potest.

Hieroglyphicum impossibilis Egiptij fecerunt, pingentes pedem super aquas currentem, Dauid uerò Deo dixit, In mari uia tua & uestig. t. non cognoscērur. ac si diceret, Tu solus Domine quae impossibilia sunt nobis, ipse facis.

Impossibilitas tamen triplex, Iuris, facti, & Naturae. omnes uerò hanc emulantur. De prima, Pone casum, Dist. 54. Abbati. Vbi dicitur quod Abbas non potest seruum facere liberum, scilicet de Iure, quia nil habet proprium. De secunda. ff. de verb. ob. l. generaliter. Non n tenet promissio, si promis. ro tibi, quod est de facto impossibile, vt Montes alpium vltra mare derferre, & si Romae constitutus, promitto me hodie tibi daturum centum Laudae. quia n. impossibile est promissum non nascitur obligatio. Insti. de verb. ob. §. loca, De tertia, si dare promitto quod natura dari est impossibile, vt Solem, Lunam, Stellas, uel facere quod natura est impossibile fieri, ut cęlum ascendere, uel digito tangere. ff. de uerb. oblig si stipuler.

Regula haec locum habet in ultimis uoluntatibus, & in matrimonio, In singulis contractibus, In sententijs & preceptis, In legibus, & Constitutionibus, quae debent esse possibiles, Dist. 4. erit. Est tamen in hoc differentia, quia impossibilis conditio in contractu apposita, cōtractum uitiat. Insti. de inuti. stipu. §. Impossibilis. In testamentis autem, & matrimonio, ob fauorem ipsorum, habetur pro non adiecto. De condi. appo. c. ulti. & quod dicit haec regula de Impossibili, intelligas etiam de turpi.

Docent Gof. & Hosti. in Decr. Cum Dilecti. De Do. & cont. quod si Iudex citet aliquem eo die quo impossibile est eum comparere, non est omninò inutile mandatum imò licet nō teneatur comparere die illa propter impossibilitatem, tenetur nihilominus post diem comparere, & ratio huius esse potest, quoniā principale est ut ueniat, accessorium autem ut tali die ueniat, principale autem nequaquam per accessorium uitiatur. Sed è contra docent Io. And. & Archiepisc.

Flor. De regul. Iuris. lib. 6. Magis autem dicendum quod pro nullo die teneatur, quoniam licet principale sit quod ille veniat, est tamen hoc limitatum, pro tali scilicet die & non absolutè dictum, & Generi per speciem derogatur. De reg. iur. lib. 6. Et insuper, quæ contra Ius fiunt debent pro infectis haberi; Contra Ius autem factum fuit, vt die qua non poterat compareret, igitur mandatum illud pro Infecto simpliciter declarandum est.

Ex hac regula trahi potest, quod si Pater filio, Dominus seruo, vir vxori, Prælatus subdito, illicita precipiat, ad illud exequendum non obligatur, quia Impossibile est de Iure. xi. q. 3. si Dominus, &c. sic is qui preest. Dicit n. lex, Illud possumus quod de Iure possumus. Non debet ergo obedientia prestari, sicut nec Petrus principibus Sacerdotum prohibentibus sibi predicationem non obtemperauit, Debet tamen humiliter excusatio fieri vt Asina fecit Balaam in huius figuram. quod habes. ij. q. vij. §. Item cum Balaam.

Ratio cur non obligatur quis in illicitis homini, Illa est, quoniam, vt profundè docet Seneca, seruitus non in totum hominem descendit, pars n. melior excepta est, Corpora obnoxia sunt, & ascripta Dominis, mens quidem est sui iuris, & Ideò profundissime docet Ang. Doct. in his quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo homini obedire nequaquam tenetur sed solum Deo. D. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 5. consideratis tamen actibus interioribus secundum se tantum, sic non subijciuntur iuditio humano iuxta illud Apost. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, donec Dominus manifestet consilia cordiũ: Secus si actus interiores considerentur, vt sunt rationes actuum exteriorum, quia sic computantur cum actibus exterioribus humano subditis iuditio, & hoc modo sub inhibitionibus Ecclesiæ cadunt, etenim Ecclesiam videmus excommunicare, si Inquisitor odio vel amore, &c. qui sunt actus Interiores. Caietan. in D. Th. vbi supra. Intellige autem istos actus interiores humano subdi Iuditio non vtique per se, sed per accidens, vt scilicet interior motus colligatur exteriori, Vt docet Siluest. in sum. ver. obedientia. §. 1.

Et licet teneatur homo homini obedire in his quæ exterius per corpus sunt agenda, In illis tamen quæ ad naturam perti-

nent

gent homo homini obedire non tenetur, sed solùm Deo; quia omnes homines natura sunt pares, æqualitate scilicet non dignitatis, sed potestatis; puta in his quæ ad corporis sustentationem pertinent, & ad prolis generationem, quare in his non tenentur, nec serui Dominis, nec filij parentibus obedire de matrimonio contrahendo, vel virginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi. Sed in his quæ pertinent ad dispositionem actuum & rerum humanarum suo superiori tenetur subditus obedire secundum superioritatis rationem, sicut miles Duci exercitus in his quæ ad bellum pertinent, seruus Domino in his quæ ad opera exequenda spectant, Filius Patri in his quæ vitæ disciplinam ac Domesticam concernunt Curam. & sic de alijs.

In quo tamen notandum secundum Illust. Caiet. vbi supra, Cū dicimus homini hominem non teneri in his quę ad naturam pertinent, hoc intelligitur absolutè, & non de homine qui iam se proprio obligauit voto ad hæc, Puta ad Virginitatem, & huiusmodi, hi enim ratione voti obedire tenentur.

Sanctissimi sunt Summi Pontifices, quare presumendum semper ipsos sancta vt Pontifices mandare nobis, & propterea semper eis est obtemperandum. Romanorum 13. omnis anima potestatib. sublim. subd. sit & Deut. 12. Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio morte morietur. esto tamen permitteret de super Dominus regnare Hippocritam qui aliqua preciperet pro quorum obedientia Ecclesiæ status vehementer perturbandus presumeretur, uel aliud malum, uel scandalum futurum, non est ipsi obediendum.

Panorm. in c. Inquisitioni, de sen. excom. sic docet, non est obediendum Papæ, primo si preceptum sapit peccatum, & intellige etiam de ueniali xi. q. 3. quid ergo. Intellige etiā si Papa credit mandatum Iustum, & tamen subdito constat in se illud peccatum continere. de resti. spo. litteras. (Ad hoc facit Doctrina supra allegata) Secundò non est Papæ obediendum si ex obedientia presumeretur status Ecclesiæ perturbandus, uel aliud malum aut scandalum futurum, etiam si preciperetur sub pæna excōmunicationis latæ sententiæ, ut not. idem in c. si quando. & in c. cum adeo, de rescrip. ex quo ipse in d. cap. si quando. infert quod si mandat etiam sub pæna excomunicationis latæ sententiæ aliquid ex

cuius executione pręsumitur scandalum animarum vel corporum futurum in Ciuitate, non est obediendum, quia hoc fit legis auctoritate, vt in d.c. si quando, sed rescribendum est Papæ. quinimo ex c. offitij. de pe. & re. habetur quod Ius positiuum interpretatur quod restitutio, quæ scilicet est de iure diuino, aliquando non fiat ratione periculi corporum, uel animar. Siluest. in su. Ver. obedientia §. 5. supradicta affirmat.

Benignissima autem Pontificis verba in dicto cap. si quando, referre liceat, sic n. ait Alex. iij. Rauen. Archiepiscopo, (Decr. lib. 1. de rescript.) Si quando aliqua tue fraternitati dirigimus quę animum tuum exasperari videntur, turbari non debes, & inf. qualitatem negocij pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas, aut per litteras tuas quare adimplere non possis rationabilem causam pretēdas, quia patienter sustinebimus, si non feceris quod praua nobis fuerit insinuatione sugestū.

Obediendum tamen est etiam si præceptum maioris sit boni impeditiuum, quare dicitur .ff. de re mili. l. 11. §. in bello. In bello qui rem prohibitam à Duce fecerit, aut mandata nō obseruauerit, capite puniatur etiam si res benè gesserit. Ille ergo qui mandato superioris non obtemperat, licet factum inobedientiæ gloriosum & vtile existat, nihilominus malè agit. sic Valer. lib 2. c. 2. refert, quod Posthumius Dictator filium habuit nomine Aulum posthumium litteris & armis Doctissimum, fortem & patriæ Amantissimū. Hic verò cum Reges expulsi Romam acerrimis patriam vexarent bellis, contra patris mandatum, sua sponte, è castrorum custodia egressus, hostes deuicit, magnum ex victoria reportans honorem; Cumq; Pater hoc audisset, propter inobedientiam, eum decapitari iussit &c.

Cæterum, quilibet Iustus Christi Cultor, Pontifici, cum perspicuè mandatum peccatum non est obedire tenetur, etiam si sibi aliqualiter mali speciem habere videatur, Hoc ex sacris desumitur literis. 3. Reg. 20. Cum n. aliquando Achab regem quendam syrorum cepisset & contra Dei voluntatem vitam ac libertatem ei concessisset ac multa cum honorificentia dimisisset, mox Propheta quispiam accedēs dixit ad sibi proximum, In nomine Domini percute me,

ille

ille verò percutere renuit, Dixit igitur propheta ad illum, eo quod non audisti vocem Domini, ecce tu discedes à me & percutiet te Leo, discessit miser, reperit eum leo, & lacerauit, Mox propheta alium reperit virum, cui dixit, percute iam me, & percussit eum homo ille, atque vulnerauit, propheta verò sibi faciem obligauit.. quid hoc absurdius fieri posset? qui percussit prophetam incolumis euasit, qui pepercit luit pœnas? Nimirum vt intelligat quisque in iussis seruorum Dei ac prælatorum, curiosum esse non oportere nec debere earum rerum quæ precipiuntur rigoroso examine discutere, sed simpliciter, præcipuè summo Antistiti obedire, quamquam prima facie quæ sunt precepta mala viderentur. Facultatem etenim habet Pontifex transgrediendi & immutandi leges, quod figuratum est in eo quod Moses legis tabulam fregit &c.

Dicis, Homo sum ideo discutere habeo quæ precipiuntur. Puta te equum esse sine discursu, Hoc est mysterium quod Cār. 1. insinuauit Spiritus Sanctus, dicens de Ecclesia, Equitatui meo in Curribus Pharaonis assimilaui te amica mea; quemadmodum equas mites parentes fræno aurigæ, vt eas quoquo volebat facile verteret ceruices loris, & iugo currus submittentes, Rex Pharao iungebat, In eundem modum tu Ecclesia sponsa mea legis Vicarij mei nexibus te deuinctam cōspicere volo, quo illius precepta ducunt eo pergas, non vt Homo querens & disputans, sed vt equus egyptius frænis obedientissimus neccesse est vt sit Christianus, & licet alias ferox, modico fræno, vt inquit D. Iacobus, ad libitum summi Aurigæ Pontificis huc illucque moueatur.

Miseria putatur obedire, sed Audi Senecam, Ipse enim epist. 63. eleganter docet quomodo asperum non erit obedire, dicens, Da operam ne vnquam quid inuitus facias, qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, scilicet facere quod nolit, nec qui iussus aliquid facit miser est, sed qui inuitus. Itaq; sic animum componamus vt quicquid rex exigit illud velimus. si inuitus pares seruus es, si volens liber.

Sed Proh dolor. vellent nōnulli vt Pontifex sumus ipsi smet obediret de quib. cōqueritur Dn̄s, Oseæ 10, dicēs, Transire fecit

Samaria

Samaria ficut ſpumam regem ſuum. Vnda fluens cum ſpuma in mari, vadit, & reuertitur ad littus iam, iam in mare, ac tandem in litore ſpumam Vnda ipſa ſolam relinquit, quæ ad nihilum poſtremò redacta manet. Tranſire fecit Samaria ficut ſpumam regem ſuum, Nonnulli etenim Potentes quandoque ducere vellent Domini Vicarium, Deum Pharaonis, & eum quomodolibet reducere, qui Rex Regum eſt & Dominus Dominantium, de quo dolet Dominus, Tranſire fecit Samaria ſicut ſpumam regem ſuum, Quod vt facere poſſint, inſtar Idolatrantium Iudeorum, aureum vitulũ proprijs expenſis, proprijſque manibus preferre curant, vt quidem opera manuum hominum os habeant & non loquãtur, Aures habeant & non audiant, manus habeant & non palpent &c.

Si autem is qui preeſt fecerit, aut cuiquã quod à Domino prohibitum eſt facere iuſſerit, vel preceptum preterierit aut preterire mandauerit, Sancti Pauli Apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt dicentis, etiamſi Angelus de cælo euangelizauerit vobis preterquam quod vobis euangelizauimus, anathema ſit. D. Iſidorus. xi. q. iij. & Idem, ſi quis prohibet vobis quod à Domino preceptum eſt, vel rurſus imperat quod Dominus prohibet fieri, execrabilis ſit omnibus qui diligunt Deum. & Iſdem Iſidor. ibid. Is qui preeſt, ſi preter voluntatem Dei, vel preterquod in ſacris ſcripturis euidenter precipitur, vel dicit aliquid vel imperat, tanquam falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus habeatur.

Caſus. Poteſt ne Prælatus contra Regulæ obſeruantiam diſpenſare? Nequaquam diſpenſare poteſt. vt habetur de ſtat. monac. & docet diffusè D. Tho. 2 2. q. 104. ar. 4. quol. 1. ar. 15. & quol. 10. ar. 10. Si verò ob tutamen ſanitatis aliquis prælatus ſubdito contra abſtinentiam aliquid ſuaderet, conſulat Monachus D. Hieron. qui ait in reg. ad Monach. c. 9. ſi fortè ob continentiam, quod tamen rarò accidit, dolore ſtomachum eſtuare febribus cæperimus, perpetuæ vitæ ingreſſuri Ianuam per morbum putemus.

Obligari ne poteſt quis ad fugiendas tentationes omnes, plerumque n. animus cogitatione praua temptatur, ſed renititur. nequaquam autem mentem cogitatio immunda inquinat cum pulſat: Hinc D. Pau. Temptatio inquit vos non appre-

apprehendat nisi humana (Gregor,) Humana temptatio est, quia plerumque turpi cogitatione tangimur etiam nolentes, Iam verò Dæmoniaca temptatio est,& non humana, cum ad hoc quod Carnis corrputibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Ad temptationes igitur humanas fugiendas obligari non potest homo,cæteras verò fugere tenetur.

Quinimò nec obligatur quis quæcunque minuta peccata fugere dictum est enim.septies in die cadit iustus.quod Io. Cassi. col. 20.exponés,ait,septies dictum.est quia, aut per ignorantiam,aut per obliuionem,aut per cogitationem, aut per sermonem, aut per obreptionem, aut per necceßitatem, aut per fragilitatem Carnis,singulis diebus vel inuiti, vel volentes frequenter incurimus,tanta n.in his facilitate, tanquam naturali lege prolabimur, vt quantalibet circumspectione caueantur,non possint ista vitari.

Cum vero superius sit dictũ, hominẽ minime teneri alteri obedire in his quæ ad naturam corporis pertinent, Queri potest,an Ecclesia precipere posſit Ieiunium,quod quidem alimenti est priuatio, Constat etenim quod alimentũ spectat ad naturam corporis plusquam generatio,quanto Conseruatio Indiuidui naturalior est cuique quàm spetiei Conseruatio: Caietanus vbi supra, respondet quod per Ieiuniũ Ecclesia alimentum non subtrahit, Hoc n. precipere minus posset quàm virginitatem seruari; sed de tempore & qualitate alimenti ordinat sic,vt naturæ sustentatio non tollatur. Hæc Caiet. Ad hoc autem Ecclesia Ieiunium instituit, quia, vt inquit Ambros. Ieiunium Mors Culpæ, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis. hoc gradu citius ad Deum peruenitur, hoc gradu antequam Curru Helias ascendit. & vt ait August. in serm. de Ieiunio. Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, Carnem spiritui subijcit, Cor facit Contritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit.

Nemo Nemo ad impoßibile potest obligari. Tollitur per regulam hanc eorum blasphemia,qui dicunt impoßibile esse non peccare, Nemo n. ad imposſibile potest obligari, & nihilominus ad non peccandum obligamur. De illa autem blasphe-

blasphemia D.Hieron. in exposit. fid.ad Damas. Pap.in ep. incip. Credim. in Deum patr. execramur, inquit, eorum blasphemiam qui dicunt, impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in comuni posse seruari, liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tamen illos errare qui cum Manicheo dicunt hominem peccatum vitare non posse, vterque n. tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus Hominem semper & peccare, & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrij.

Impossibile etiam quibusdam peccatoribus videtur vt saluari possint. Cum n. tot commiserint peccata, de Diuina despe rantes misericordia, hæc ex eorum ore erumpunt verba, Impossibile est vt saluemur (horrendum dictu) Quibus dico ego, Impossibilium, non est voluntas. Si vobis, ò Impudentes, Impossibilis apparet saluatio, vtique concludere possumus. Ergo saluari non vultis. &c.

Reliquum est, ut omnis qui preest rectè consideret quid precipiat suis, prudensq; omnia prius disponat ad finem attin gendum, Nemo n. quamuis paratos habeat colores similitudinem reddet nisi iam constet quid vellit pingere, scire debet quid petat ille qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere ac moderari manu telum. errant consilia nostra, quia nõ habent quo dirigantur, Ignoranti quem portum petat nullus suus ventus est, si qui preest Naui, impossibilia mandet periclitatur nauis, vt ait Gilbertus, Ridiculosa res est, aut magis periculosa, speculator cæcus, Doctor inscius, Præcursor claudus, Prælatus negligens, Preco mutus.

Animaduertendum illud Tulij (lib. 4. de legi.) dicentis. & qui benè imperat paruerit aliquando neccesse est, & qui modestè paret, videtur quia aliquando imperare dignus esset. In Nom. P. & F. & Spiritus S. Amen.

OMELIA XXXIV.

Nullus plurib. vti deffensionib. prohibetur.



ALIS haud dubiè in Charitate datur Ordo, vt primum post Deum sibi ipsi quisque obligetur, cæteris deinceps, & ita ad suimet tutamen accinīum semper se præbeat homo, alias, qui sibi nequam cui bonus erit? Ita mysticè sponsa, & in ea quilibet fidelis Turri comparari dicitur Dauidicæ, De ea sanè docet Spir. S. Mille Clypei pendent ex ea. Vndequaque ergo circumfultus vir Christianus esse potest, nec vno se deffendit Clypeo, sed pluribus. mille clypei pendent ex ea. En quam rectè dicitur. Nullus plurib. vti deffensionib. prohibetur. Quinimò & naturali iure se deffendere tenetur homo, quod in brutis à natura vnguib. munitis, est cõspicuum. Sanè Mus si foramen ad fugam vnum tantùm habeat, de facili perit, quare plura dentibus ad tutam sui defensionem parat foramina. Si homo medium vnum habet solum quo se defendat equidem sæpè perit. Mures fecerunt aureos Philistei, quos Deo obtulerunt (1. reg. 6.) vt ab ira Dei, se defenderent. Veluti dicerent. opus est vt homo, ac si Mus esset, pluralẽ, non vnam, sibi paret defensionem. Ita nos egemus, qui cum mille modis malis nostris remedia petierimus, tandem, ad Deum recurrimus, ad quem millies recurendum. Rectè & sponsa iterum in Canticis vbique ferè in singulis corporis partibus, & murus & Turris appellatur. Ego murus, & vbera mea sicut Turris. Collum etiam Turris, Collum tuum sicut Turris. quinimò & Nasus. Nasus tuus sic, Turris liban. quæ resp. contra Damascum. En plura tutamina. En defensiones plures.

Turris sunt vbera, per quę pectus significatur, quia corporis viribus per pectus designatis, tueri se potest Christianus.

Turris est collum, In quo, vt docet Bern. (ser. 41. sup. cant.) animæ intellectus adumbratur. & per Intellectus operationes nos nos defendimus. Nasus Turris est, In quo olfatus, quandoquidem per presumptiones à longè licitum est nos ipsos defendere.

Quantum ad primum defensionis genus per corporales vz. vires, queritur utrum inuasus qui per fugam euadere potest percutere posſit. Respondendum uerò secundum Bar. quod quis fugere non tenetur, quia fuga est iniuria .l. item apud labeonem ff. de iniur. & consequenter ad eam repellendam, & propulsandam, percutere licet. Intellige hæc cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod quidem moderamen est, quando id fit quo ommisso iniuria repelli non poterat. Intellige etiam sine periculo personæ, vel etiam rerum. Ita Bar. & Panorm. Hinc dicimus quod bellum iustum est cum alia uia ad pacem perueniri non potest, Adeo ut ex bello pax, ex ui quies proficiscatur. Consilio tamen omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet, ut ait Terent. in eunu. ui certè non nisi perrarò, & pauca admodum tractari debent, & hæc ipsa non alio consilio, quàm ut cæteris quies sit. utrum maiori odio dignum censeas bellum ne an pacem cruentam?

Etiam pro rerum defensione armis licitum est resistere. De sen. exc. lib. 6. & etiam occidere secundum ius ciuile, si aliter res saluæ esse non possunt, iuxta nota. in l. furem. ff. de sicca. Quælibet autem iniuria corporalis maior est rerum iactura l. in seruorum ff. de pe. quod tamen temperandum est, ut no. Bar. in l. 1. ff. eo. tit. & consequenter pro hac propulsanda licitum est percutere. Irregularis tamen fit percutiens si occideret aut mutilaret, licet peccatum non incurrat, quia Irregularitatem quis solum uitat quando mortem propriam aliter uitare non potest. Panor. & Silu. Su. V. Bellum 2. §. 2.

Narrat D. Lucas. cap. 22. Dominum tempore suæ pasſionis precepisse Discipulis ut eorum quisque gladium sibi emeret, & si pro tali emptione peccuniã quis non haberet Tunicam exueret & venderet eiusque pretio gladium emeret. Qui non habet gladium (ait Sac. tex.) vendat tunicam suam & emat gladium, D. Amb. in Luc. 22. docet hoc Dominum precepisse, vt esset parata defensio. Porrò quædam

fuerunt

fuerunt nationes quæ lanceam tanquam Deum adorabant, ferebaturque à regibus lancea Diadematis regalis vice, sicut refert Trogus Pomp. varro quoque, & Eschil. tragic. Sed & Scythæ Gladium vt Deum colebant, vt Lucianus narrat, Sarmatæ idem agebant, qui & dicere consueuerunt, Ius in Armis, Ius in lac. vt Tacitus innuit. Verum Domino ac Saluatori nostro obtemperandum, Qui non habet gladium emat. vnusquisq; si tuta potest conscientia, se defendat.

Sanè de militibus indubitatum, est quod qui contra inimicorum arma insiliunt animo gloriosè moriendi inter eos virtuosè agere dicuntur, Nimirum hæc virtus species fortitudinis impropriè ab Aristot. dicitur. Huc facit quod refert Pericles. videlicet, non picturam, non aurum, & lapides, sed scutum diuulsum, fractam galeam, ebetem gladium, faciem vulneratam cedere militibus ad ornatum. De tali etiam virtute intelligitur sententia Ciceron. in Pison. dicentis, Habet hoc virtus vt viros fortes species eius ac pulchritudo etiam in hoste delectet, Ita Romanorum quidem iam mos erat magnanimos ac probos viros etiam Inimicos summe diligere ac Venerari. vbi abiectos & viles etiam amicos contemnebant. Quod si hominis Indignatio virtus dici non potest, Plato tamen, vt refert Plutarchus, asserit, Indignatio calcar est virtutis. & quidam egregius vates canit. *Della Virtù Cote è lo sdegno.* Verùm si iustè cõmouemur, non tamen ita excandescere debemus vt protinus. ac palàm voces iracundiæ plenas mittamus, & hoc potissimum principes diligenter obseruare debent, Nam Regi, vt ait Seneca (li. 1. de Clem. c. 7.) Vociferatio quoq;, verborumq; intemperantia, non ex maiestate est,

Sed hoc modo te deffendas, Publius sirus ait, Iratum breuiter vites; Inimicum Diu. Alius verò docet Sic, Nostri spe amicitiæ, Hostes imagine pacis decipi possunt.

Queritur autem, Pugno inuasus Defensat ne se licitè armis. affirmatiuè respondemus, Regula nanq; dari nequaquam potest quo ad modum contra aggredientem pugno. quandoquidem agressor plus aliquando pugno vel paruulo baculo potest, quam aggressus ense. silu. vbi. sup. §. 1.

Rursum queritur, an quis inuasorem velle percutere videns, licitè possit incontinenti percutere antequam percutiatur

ipse? Respondendum verò affirmatiuè pariter, Ad euadendam percussionem vel iniuriam posse, quoniam hoc est iniuriam repellere potius quam inferre quod tamen rectè limitat Bar. si verisimilia scilicet precedunt indicia, & actus manifesti illum offendere voluisse (& iste aliter se defensare non poterat) est enim, ut dicit Ambros. uox quædam animi corporis motus: quo aut leuior, aut stupidior, aut contrà grauior ac constantior quisq; extimatur. Quare & Cicero i l. Pisonem: uultus deniq; inquit, totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit. hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit. est uerò quorundam tam acre, & penetrans ingenium, cuiusmodi Cleantes fuit, ut perspectis exterioribus hominum gestib. interiores quorumq; naturas ferè discernant. Nam, ut sacris illis uerbis admonemur, ex uisu cognoscitur uir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. hinc scribit Greg. Naz. se cognouisse Athenis Iulian. Apostatam, atq; ex gestibus mores eius probè cōpertos habuisse. faciebat n. (inquit) me cautū Inconstantia morum & excessus crebior. nullum mihi in eo signum naturale uidebatur, Ceruix rigida, & inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currentes huc illuc directi, furiosè respicientes, pedes impatientes, nares spirantes iniurias & contemptus, scommata risibilia. & hoc ipsum semper habencia. risus incontinens, & quasi subbulliens: consensus & negatio simul, operatio nulla ratione consistens, interogatio inordinata. responsio nulla sibi congruentia conueniens: quæ cum vidisset repente etiam se dixisse refert, ò quale malum nutris Respublica Romanorum, discāt ex hoc omnes, quod ita formandi sunt mores nostri, vt nihil elata fiōre fastidiente nare, minacibusq; oculis geratur.

Cęterum si percussus percussorem iam percutere nolentem insequitur, & vulnerat, licet ipse vt culpabilis sit puniendus, non tamen vt dolosus. Inconsultus quoque calor vitio calumniæ caret, vt in l. 1. ff. ad turpi.

Queritur exinde an prædicta deffensio cuilibet contra quemlibet Inuasorem liceat? Cui quæsito adhuc affirmatiuè respondendum, licet subdito etiam religioso contra Superiorem, Laico contra Iudicem, filio contra patrem, vxori

contra

contra maritum & seruo contra Dominum, quando scilicet constat quod iniustè Inuasor inuadit. C. de Iuref.l. prohibitum,& maximè cum prædicti aliquid ad ipsos minimè spectans agunt, sed si iustè agunt non est resistendum.ij. q.3.qui resistit.& hoc maximè adnotādum, ne Confessarij scrupula timoratis ingerant, trepidentq; timore vbi non est timor, Consilium tamē à Domino salutiferum accipere quilibet deberet & seruus, & filius, & subditus, ac vxor, si quis percusserit te in vna maxilla, porrige illi & aliam, ò saluberrimum consilium, si etenim vxor humilis aliam viro percutienti maxillam porrigeret, nunquid, & si ferreum illius emoliret animum? hincq; domus & filiorum salus, vbi diligentius hæc domini verba secundum D. Ambros. attende, D. nanq; Ambros. li. 7. in luc. c. 10. qui te percutit in maxilla prebe illi & alteram, affirmat hoc esse dicere, Si alapam recipis alterum alapam inferas, Cæterum quo pugno alapam dabis in eum qui dedit? respondet Tertul. li. de patientia, Alapam debere nos referre, sustinendo, Hoc enim pugno repercusit Dominus uerberantes Cum in nocte sancta alij palmas in faciem eius dederunt, quo enim pacto repercusit Dominus? certè patientia. Iterum uerò queris quo modo repercutitur inimicus si patienter sustineo? Iniuria ab Inimico illata, est vtique velut securis durissima, si securi lapidem constantem quis percutit, firmissimo manente lapide in percutientem reuertitur securis. Ità prorsus Iniuria, si Iniuria te aliquis afficit, tu ex opposito firmus patienter manes, in impium Iniuria reuertitur, Hinc D. Nilus, In omnibus in quibus iniuria afficeris, ad patientiam confugito, & super iniuriantes nocumentum deuoluitur. Hinc Socrates (vt refert Brusonius li. 5.cap. 1.) affirmat, Peius esse iniuriam facere quàm accipere.

Esto tamen optimum sit Christi Domini seruare prefatum Consilium perfectis dignum, de Iure tamen præmissa deffensio per arma fieri potest, quæ etiam extenditur pro rebus nedum proprijs, sed & depositis, & comodatis, & pro rebus amicorum,& propinquorum, eos scilicet adiuuando. Di.83. qui consentit. eo magis licita est pro filio, pro uxore, pro sponsa, & pro alijs coniunctis, cum homo homini offitium debeat ff. de seru. l. cum seruis. & uassalo pro Domino, imò ad hoc tenetur, alias feudum perdit, Qui:

Quinimò etiam extraneum defensare licet, si potest quis sine sui periculo. 23. q. 3. non inferenda. 83. di. error. Casus est igitur. Peccat ne quis videns Innocentem ad patibulum duci, contra quem Iudex secundum allegata non processit, non Conuictum non confessum, peccat ne scilicet quis, iustitiæ zelo ductus, se armata manu opponens satelitibus ac militibus, atque Innocentem liberans? Reuerà dicendum nullo quidem licere Iustitiam impugnare, Verum cum Iniustitia sit Innocentem damnare, talem non nisi per accidens peccare, hoc est cũ solus seipsum periculo exponens cohortem inuadit,

Casus ad hoc facit quem diuersimodè sacri discutiunt Doctores, De D. inquam Petro, de quo Io. 18. habetur, Simon Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Peccauit ne Petrus in hac percussione? Non nulli quippe recentiores in affirmantem propendunt partem, primò propter D. Augustini dictum, qui contra Faustum ait, Petrum non benè fuisse vsum gladio, cui opinioni consentit Diuus Bonauent. in Luc. 22. Vbi dicitur, Laudatur zelus, sed non laudatur opus. Secundo, quia Christus Dominus Petri percussionem increpauit, dicens. conuerte gladium tuum, omn. n. q. accep. gladium gladio peribunt, quod intelligendum est de iniustè gladio vtentibus. Tertio, quia quasi se opponebat Petrus Diuine ordinationi, quæ erat vtique vt Christus pateretur. Quartò quia temeraria quędam aggressio videtur, qui in tot milites vno irruit mucrone, eo presertim cum facultatem à Domino petierit, dicens, si percutimus in gladio, nec tamen pre impatientia responsum expectauit, ad eum certè modum, ait elegantissimus quidam Doctor, quo Caro impetu quodam in Vitia irruens rationis Iudicium minimè expectat, vnde postea, Vt ait Seneca, velox consilium sequitur pænitentia,

Cæterum in contrarium antiquiores Ecclesiæ patres affirmant Petrum nequaquam peccasse. Quippè licet D. Augustinus vbi supra Petrum peccasse senserit, Nihilominus lib. quæstio. vet. ac noui testam, mixt. quest. 10. ait, Quantum pertinet ad Petrum, Percussit eum quem contra se armatum videbat, Resistere enim debuit ingratis seruis & ad Dominũ

necan-

necandum armatis. hæc ille ibi. & quest. 104. ponderat Christum non dixisse Petro propter factam percussionem, qui acceperit gladium, gladio peribit, sed ne iterum percuteret, Permissum enim ei erat, ait Augustinus, vt dolorem faceret, non ut occideret, & lib. de Agone Christi cap. 17. Petrus, inquit August. non superbia, sed quamuis carnali, tamen amore Domini hoc fecit, hæc illæ.

D. etiam Ambros. in cap. 20. Lucæ. ait, Petrus eruditus in lege, promptus affectu, qui sciret Finee reputatum ad iustitiam, quod sacrilegos peremisset, percussit principis seruum & infra, Tollit ergo Petrus aurem, quare Petrus? Quia ipse est qui accepit Claues regni cælorum, Ille enim condemnat qui absoluit, quoniam idem & ligandi & soluendi accepit potestatem. hæc Ambr. D. etiam Leo Papa in serm. de passione (& refert D. Thom. in Cat. aur.) Dominus, inquit, zelantis apostoli pium motum progredi vltra non patitur, unde sequitur, conuerte gladium tuum in vaginam, non increpauit tanquam malum, sed quia non elegit melius. hæc Leo. Glosa etiam interlin. sup. Luc. 22. sicut fecit D. Ambr. cōparat Petrum Finees qui occidit ex zelo hæbreū, propter quod summum meruit Sacerdotium.

D. Chrisostom. sup. Matt. 27. Quis hic vnus, ait, qui auriculam amputauit? Ioannes ait fuisse Petrum, eius nanque feruore dignum fuit facinus. hæc ille ibi. qui etiam hom. 85. in Matt. Tu, inquit, Discipuli amorem pium, & humilitatem considera. hæc D. Chrisost. humilitatem autem vocat, quod gladium ad Domini iussum reposuit.

D. Cyrillus in Io. lib. 1. cap. 35. Intentio, inquit, Petri qui gladium aduersus hostes accepit, à mandato legali non fuit aliena, Pedem n. pro pede, & manum pro manu, & vulnus pro Vulnere absque culpa referre iubebat, quid autem aliud facere volebant, qui cum armis in Christum irruebant, quam illa ad quæ depellenda, vel vitæ pericula erant subeunda? hæc Cyrillus. Christianus Druthmarus, vt habetur in Bibliotecha SS. Patrum. tom. 2. de passion. Dom. Petrus, ait, hoc fecit eodem ardore fidei quo & cætera, Placuit autem Domino ita fieri, vt omnes cognoscerent quod ipse nollet se defendere. hæc ille.

Inter Modernos verò Cardin. Belarm. hanc affirmat sententiā qui

qui postquam retulit tanquam errorem Magdeburgensium quod dicerent Petrum contra Christi interdictum & Dei consilium gladio vsum, temerarioque & impio conatu ministri Pontificis auriculam amputasse, sic ait, Blasphemum est quod dicunt Magdeburgenses, Petrum impio conatu id fecisse, & violenter impedire voluisse Dei consilium, Non enim ex odio contra consilium Dei, sed ex amore in Magistrum suum defensionem illam parabat. hæc ille.

Addit p̄dictis Doctiss. F. Io. Cartag. de pas. arc. lib. 10. hom. 6. Licita est Innocentis deffensio, vt affirmat sapientiss. Rex Israel Salomon. Prou. 14. Ergo cum Christus Dom Innocentissimus esset, iustè potuit illum defendere Petrus. maximè quod illi satis videbatur vsus gladij esse concessus ex eo quod Christus Apostolis predixerat, qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Luc. 22. & ex eo etiam quod interogantibus illis, si percutimus in gladio? Et Christo tacente, taciturnitatem arripuit pro consensu, vt rectè adnotauit D Augus. q. uet. & nou. test, mix. q. 104. quia, qui tacet consentire uidetur. Videbat ergo, Petrus sacrilegas manus in summum Sacerdotem insanientes, super quem nulla erat humana potestas, ac ideo ut alter Finees zelo sancto iustitiæ ductus irruit gladio.

Scio D. Hieronimum in reg. ad Monac. c 9. dixisse, fuga, non infidelitatis, sed prudentiæ indicium est, ne frustra nos offeramus periculis, sed dicimus ultra prædicta Dominum uoluisse Petrum ita in Cohortem insurgere, ut se ostenderet alterum Samsonem, qui asini Mandibula in hostes irruit quo armorum genere fortitudinem maximam patefecit, ostendit nimirum Dominus posse se paruo senis vibrato mucrone militum & armatorum exercitus maximo incutere timore. Quare Petrus hanc Domini infinitam potestatem manifestans simulq; victor euadens, laudibus, & encomijs pluribus est efferendus, veluti si Hispaniarum Rex, vel Princeps alter strenuum sub sua ditione haberet equitem, qui solus paruo sufficeret Chicitro profligare hostium cuneos, Nunquid non gratissimum talem virum haberet, Ita Domino Petrum gratum dicimus.

Adde casum. Potest ne Sacerdos se defendere, ne funibus cōprehendatur, uel ne ligetur? Scelus est uincire Ciuem Romanum,

manum, ait Cicer o 7. in Verem. si uerò scelus uincire Romanum Ciuem iudicatur, maius profectò peccatum iudicari debet, illos uincire, de quib. ait Dominus, Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis Ciues Sanctorum, & Domestici Dei, Ita domestici ut ad eius mensam ferè singulis diebus epulentur. D. etiam Bern. serm. de passio. cap. 4. suppresso nomine Alexandri magni, refert de illo, quod cum oporteret sagittam illi immissam ab eo extrahere, Medici eum ligare volentes propter motus periculum, Minimè id Alexander permisit, dicens, Non decet vinciri Regem, cum libera sit regis, & semper salua potestas, Regale est Sacerdotium, Reges verò imò plusquam Reges sunt Sacerdotes, vt omnis fidei orthodoxe consentiens sentit, Non igitur debet Sacerdos vt vinculēr permittere, si obediētia prius non adstringatur, vel Charitatis vinculo pertrahatur, vinculum n. perfectionis (vt docet Apostolus) est Charitas. Potest ergò licitè se defendere sacerdos ne ligetur, eò precipuè ob dignitatis Sacerdotalis decus, Cum ligari manibus latronibus conuenientissimum sit supplicium, qui n. ad aliena rapienda manus aperuerunt & extenderunt, iustum est vt eas ligari & constringi patiantur. sic quia Dominus latronem Adamum referebat comprehendi voluit, Cæterum, ego, Domini Sacerdos, vehementi studio curo vt de me cani possit quod olim de Abner (2. reg. 7.) Nequaquam vt mori solent ignaui, Mortuus est, Manus tuę ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati, Aggrediatur etiam Pompeus *M.* Dæmonum actus spiritu, Satellitum turba comitante, Finees accensus Zelo in Sacrilegos insiliam semper, eosq; viriliter propulsabo. vt n. refert Mallonius de Flagel. Christi. c. 5. Sebastianus Lusitanorum Rex vltimus, ab hoste in bello superatus & ab eo captus, cum arma deponere iuberetur, vt animo erat Inuictus, ensem hosti tradere renuit, dicens. Regia libertas non nisi morte ammittitur: dictum verò est reges dignitate Sacerdotes longè excellere. vnde Salomon pragmaticas ceremoniarum cōdens, ait eccl. 4. Præsbitero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. Ac si apertè dicat, cum in via magnatum vides detege caput & illud inclina, cum verò Sacerdotem vides humilia animam, totum corpus scilicet, & te to-

tum corpus scilicet, & te totum illi addictum ostendas.

Potest igitur quis & se & alios modo dicto defendere, sed differentia est inter defendentem se ipsum & defendentem cæteros, Nam occidens, vel mutilans defendendo se ipsum. pænam irregularitatis euitat, Non autem si alterum defendat, etiam patrem vel filium. Vt no. glo. in c. si furiosus, De hom. in cle. Pænam autem excomunicationis percutiendo clericum euitat non solum defendendo se, sed etiam Patrē, matrem, vxorem, filium, vel filiam, secundum Inno. Non autem defendendo extraneum, etiam si miles mandato iniuriati hoc fecisset, videlicet mutilando.

Euitant pænam personalem & peccuniariam qui proximos defendunt; quinimo ait D. Ambros. de offi. qui non repellit à socio si potest iniuriam, tam est in vitio quàm ille qui infert. Sed multi sunt qui se ipsos tueri negligunt aliorum scuto & protectione nimis tuti, Pro quibus misticè illud facit, quod scribit Pet. Blesen. dicens Frontinus refert cum scutum cuiusdam vidisset auro & gemmis multipliciter adornatum, dixit se non mirari si tanta diligentia honorasset in quo plus præsidij quam in ense haberet. Verum quidem est quod apud Athenienses grauior pæna infligebatur ei qui clypeum amitebat, quam ei qui ensem ammittere reperiebatur, sed in hoc innuere voluerunt plus esse insudandum ad sui deffensionem, quam ad aliorum offensionem.

Vos verò milites qui segnes in Dei & principum, ac viduarum obsequium estis, Eia, animaduertite, non picturam, non aurum, & lapides, non plumas, sed scutum diuulsum, fractam galeam, ebetem gladium faciem vulneratam, cedere militibus ad ornatum; Vos ipsos ergo murum pro patriæ deffensione opponite. Agesilaus Rex spart. cum ei suaderent spartæ Ciuitatis mænia ædificare, ad Ciues versus, ait, Hæc sunt Ciuitatis spartæ mænia fortissima. Innuens per hoc Ciuitatum deffensionem, Viros esse patriæ amore incensos, qui nedum pro se, & pro suis vsque ad mortem viriliter dimicabunt, & hoc magis esse Ciuitati præsidio, quam parietes, quam mænia.

Verùm contra prædicta, & quod nos ipsos deffendere minimè liceat probari videtur per illud D. Pau. Rom. 12. dicentis, si

fieri

fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, Non vos metipſos defendentes charifſimi ſed date locum iræ, efficacifſimum profectò hoc apparet argumentum, ſed vt D. Tho. ibi docet, hæc intelligenda ſunt in caſu, in quo facultas non adeſt aliter faciendi ſecundum iuſtitiam, ſed quia, vt dicitur Deut. primo, Domini eſt Iuditium, Cum aliquis authoritate Iudicis, vel uindictam querit ad comprimendam malitiam non propter odium, uel etiam authoritate alicuius ſuperioris ſuam procurat defenſionē, intelligitur locum dare irę, ideſt Diuino iuditio cuius miniſtri ſunt principes. unde etiam Paulus ipſe procurauit ſe per armatos contra Iudeorum inſidias deffendi, ut patet. act. 23. & rectè adnotandum quod D. Apoſtolus ſuppoſuit dicens, ſi fieri poteſt quod ex uobis eſt non uoſmetipſos defendentes, ac ſi dicat ſi ſine læſione ueſtra dimittere deffenſiones ueſtras poteſtis, nolitæ uos deffendere, uerum ſi fieri hoc non poteſt, quod de Iure eſt fiat. Hæc uerò D. Pauli uerba Caſſianus hoc pacto interpretatur. Non uos defendentes Chariſſimi, ſed date locum iræ, ideſt, nequaquam ad vindictam iracundia cogente tendatis ſed date locum ire; Hoc eſt, non ſint corda veſtra ſic impatientiæ ac puſilanimitatis anguſtijs coarctata, vt violentam commotionis procellam cum irruerit ſuſtinere non poſſint, ſed dilatamini in cordibus veſtris, ſuſcipientes aduerſos iracundiæ fluctus in illis extentis finibus charitatis quæ omnia ſuffert, omnia ſuſtinet, & ita mens noſtra amplitudine longanimitatis ac patientiæ dilatata habeant in ſe conſiliorum ſalutares receſſus, in quibus receptus quodammodo atque diffuſus teterrimus iracundiæ fumus protinus euaneſcat. Date locum iræ, ita damus locum iræ, quotiens commotioni alterius, humili atque tranquilla mente ſuccumbimus. Hæc Caſſian. ibi. Vbi declarat, Diuum Paulum predictis verbis nos hortari vt ad vindictam nequaquam iracundia cogente tendamus, & hoc omnibus ſuadendum, licet aliter noſmetipſos defendere ſit licitum.

Sed iterum ait ſi inimicos ita vt ſupra diximus repellere ac nos defenſare poſſumus vbi eſt ergo illud Mat. 5. diligite Inimicos veſt. benef. his q. od. vos, & orate pro eis qui vos perſequuntur? Vbi eſt illud pet. 3. Non reddentes malum pro

malo vel maledictum pro maledicto. & nulli malum pro malo reddentes? Sed & ego respondeo tibi, vbi est illud apoc. 6. sub ara Dei martyres ad Deum clamare ac dicere, quousque Domine non vindicas sanguinem nostrum?. vbi est illud ps. 57. Lætabitur Iustus cum viderit vindictam impiorũ, manus suas lauabit in sanguine peccatoris? Cæterum respondet D. Aug. super prædictum locum D. Pa. Ro. 12. dicens, Cum & homo Iustus & homo malus de inimicis suis velint à Domino vindicari, vnde discernuntur, nisi quia iustus magis cupit inimicum suum corrigi quàm puniri? & cum in eum videt à Domino vindicari, non eius delectatur pœna, quia non eum odit, sed diuina iustitia qua Deum diligit; Deniq; si in hoc sæculo in eum vindicatur, uel etiam lætatur si corrigitur, vel certè pro alijs vt eum timeant imitari, Ipse quoque fit melior non supplicio illius odia sua pascendo, sed errata emendando, Ac per hoc de beneuolentia non de malitia est quod lætatur iustus cum videt vindictam, & manus suas lauat, idest opera mundiora efficit in sanguine, hoc est in exitio peccatoris, sumens inde non mali alieni gaudium, sed diuinæ admonitionis exemplum,; Si autem in futuro sęculo ultimo Dei iuditio vindicatur, hoc ei placet quod Domino, ne benè sit malis, ne piorum pręmijs etiam impij perfruantur, quod vtiq; iniustum est & à regula veritatis quam Iustus diligit alienum: Cum enim nos ad diligendos inimicos Dominus hortaretur, exemplum proposuit patris nostri qui in cęlis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, Nunquid tamen ideo vel temporalib. correctionibus non emendat, vel pertinaciter duros in fine non damnat? (Aug.)

Alterum autẽ à prædicto ẽ defensionis genus, vt prędiximus ꝑ sponsę collũ significatũ, & hoc est, dũ Corã Iudice pars vocatur, & ibi hinc inde ad vtranq; partẽ rationes ꝑducuntur, Porrò vt Aug. docet, nihil per aliquod ingenium ita astruitur, quin ita acre ingenium è contra inueniatur, & qui ex corporalium virium debilitate defendi nequaquam potuit, poterit ex ingenio, quippè, ut ait Seneca epist. 77. potest ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere, potest ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus exire, non enim deformitate corporis fędatur animus sed pulchritudine animi corpus ornatur, quinimò

ut docet Bern.in apologet,semper in robusto & uegeto corpore animus mollior iacet, atque tepidum cor, & rursum in corpore debili & infirmo fortior uiget & promptior Spiritus. Vnde & Glo,Hieron.sup illud Eccli.11.Breuis in uolatilibus apis & initium dulcoris habet fructus eius, ait, Apis acriter pungit & mel conficit, sic in paruo corpore, Anima ingeniosa & acerrima uiget,& doctrinæ suauitatē profert.ex quo etiam.Cur citò statura pusilli irascantur patet, Nullum ingenium potest esse magnū,ait Seneca,(de tranquil. ani.) antequam habeat aliquid admixtum de furia. citò statura parui irascuntur, quia ingeniosi, Et quoniam ingenio pollent tale defensionis genus coram Iudice proprium est illis.

Defensionib.uerò pluribus.uti potest quisq; corā Iudice,Intellige ēt cōtrarijs.23.q.ij. in prin. Vbi d hoc.Nisi fortè specialiter ius īpediat ut d Cōuictod mē dacio,in eo q negat peccuniā numeratā nō potest dicere se soluisse.C. d non num. pe.licet utiq; ꝓponere contraria. Sed nota secundū Archiep. flor.ꝙ aut sunt cōtraria quę ꝓponuntur ex principio, aut ex fine,si ex principio sunt cōtraria sed ad unū tēdunt finē(pone casū d p̄scrip.auditis & c.cū olim) tunc ꝓponi possunt in eadem instantia, & unum non preiudicat alteri, si autem ad finem cōtrarium tendunt (pone casum de appell.sollicitudinem.) tunc simul uel in eadem instātia non proponuntur.

Defendi etiam potest prædictus ex dictis Aduersi Aduocati, Vnde docet D. Antonin ꝙ animaduertas cū iratus est Aduersarius Aduocatus, vt diligenter quæcunq; dixerit notes & retineas,nam si plura effundat, uix erit quin aliqd ꝓferat reprehensibile. unde Seneca.Quotidiana fornax lingua nostra.& sic ex ore suo poteris eū redarguere, cū semel emissum uolet irreuocabile uerbum, & sic adhibetur fides dicto suo contra eum.ex.de prob. c. per tuas. & ita sagitta Ionathæ retrorsum abiens in casu simili repercutit sagitantem.

Tertiū deffensionū genus in Naso q à longè obiectū sētit significatū, est, cū qs dubitat aliquē malū aliq sibi inferre uelle, quare fideiussionē vel cautionē qua se defendat de nō offendēdo fiendā petit,ꝙ sanè facere est cōueniens quotiescunq; pręsumptiones & inditia pręcedunt ēt tantū p uerba,Humanæ nāq; aures talia uerba nostra iudicāt qualia foris sonant.

Videtur tamen quod uiro religioso licitum minimè sit coram Iudice se defendere. Nimirum ut narrat D. Luc. 23. Do-

minus noster cum accusaretur à principibus Sacerdotum nihil respondit. At respondet adhoc D. Ambr. lib. 10. in Luc. 23. Accusatur Dominus & tacet, & benè tacet qui deffensione non indiget. & sequitur. Ambiant defendi, qui timent Vinci; Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. Hæc Ambr. qui ibidem etiam ait, Susana tacuit, & vicit, melior est causa quæ non deffenditur, & probatur, Taceat lingua neccesse est, vbi ipsa æquitas sibi adest. Hæc Ambr.

Tacendum etiam cum Detractor mordet, & per silentium magis tuti sumus & protecti. Formauit sic silentium Apuleus, Hominem pingebat sine facie paruo tectum galero, nudum quidem, sed lupina pelle cinctum, oculis, & auribus per totum corpus præstantem. Hic homo sine facie, ostendit quod facie loquimur, & nedum lingua, sed sermone tacito oculis ac fronte loquimur, at quia omnino silere est pro ficuum ideo sine facie pingitur silentium. Galero tamen contectum constat, vt hominis libertas ad loquendum significetur quidem, sed cum sit Galerus super caput sine lingua & sine oculis, ostenditur melius esse silere quam loqui non neccessaria. Sanè occuli & aures per corpus dispersæ, admonent multa quidem videnda & audienda, sed circa ea nequaquam esse loquendum: Lupina tandem pellis quid ostendit? Lupus apud antiquos silentij simbolum fuit, Ipse etenim tacens cæleri fugiens gressu prædam secum defert, At lupus ipse silens (vt docet D. Ambr. in examer.) si prior hominem viderit vocem eripit, ac despicit eum tanquam victor vocis ablatæ. Qui ergo tacet ut lupus uictor inimici euadit, vnde rectè ut hoc significarent silentium lupina pelle amictum pingebant. Hinc optimè Dauid ps. 38. Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me. super quibus uerbis D. Ambr. ait. Vectem adhibuit foribus oris sui seruat thesaurum cordis sui, argentum eloquij sui. esto enim in foro mundi, silentium signum assensus extimetur, Nihilominus in casu tali in foro Dei silentium quidem pacati animi & Innocentiæ est inditium; unde de uiro sic tacente dici potest illud prou. 5. Labia sapientis alligata sunt intellectu. Ligauit enim iste intellectu labia sua, hoc est prudenter tacet, ne labiorum suorum uinculis alligetur.

Macro-

Macrobij est sententia figuram Angeronæ quæ os opertum & sigilatum habebat, significare eum qui pati, & tacere nouit aduersa dissimulando, ea nanq; sic postremò deuincit atq; fælici uita exultat.

Cupis vero securus viuere frater & à nemine offendi? Sæcuritatis magna portio (ait Seneca) est nihil iniquè facere; Confusam vitam & perturbatam potentes agunt, tantum metuunt quantum nocent. Vis ab omnibus timeri? Diabolus semel B. Brigide dixit. Time Dominum, & timeberis ab omnibus.

Sed nusquam est sæcuritas fratres mei, inquit Bern. Nec in cælo nec in paradiso, multo minus in mundo, In cælo enim cecidit Angelus sub potentia Diuinitatis, In paradiso Adã de loco Voluptat.s; In mundo Iudas de Schola Saluatoris; Nunquam enim (Hieron.) securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec infra vnam Cauernam habitans cum lupo tutus est agnus: ipse voluit penetrari, qui hostem proprium in suas partes induxit, & intestinum sibi gladium ipse supponit, qui locum habitationis suæ aduersarij ingressibus reserauit. ita Hieron. loquens de cohabit. cleric. & mulier. sed væ nobis miseris, ait D.Greg. qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognouimus & iam in ocio, quasi de sæcuritate torpemus; Debet profectò in spe esse sæcuritas, sed etiam timor in conuersatione, vt & illa certantes foueat, hæc torpentes pungat; sepè enim quem tentationis certamen superare non valuit, sua deterius sæcuritas strauit, & in cassum munita sunt cætera cum locus vnus, de quo hosti patet aditus non est munitus.

Ab insolentijs carnis nosmetipsos defendamus quæ nos necare conatur, De Dorotheo monaco narrat Niceph. lib. 11. Eccles. hist. cap. 6. quod interrogatus cur quotidie corpus suum duris asperimisque affligeret pænitentijs, respondit, quia id me necare contendit. ac si diceret, Carnem mortifico quia Caro me mortificare & interficere querit. Semper parati estote fratres etiam si paccata sint omnia, Nam canit pius Poeta

Che spesso in mar placato
Huom che troppo s'affidi, anco è sommerso.

Pet. Lombard. sup. illud Ioellis, Residuum erucæ comedit brucus,

brucus,&c. ita discurit, Quatuor sunt Duces in exercitu diaboli, qui per has pestes quatuor designantur. Luxuria, vanagloria, gastrimargia, Iracundia; multi per hos principes de pusilo grege Dom. preciduntur & alij quidem trahuntur inuiti, alij trahuntur illecti, alij abeunt seducti, alij recedunt spontanei. Habent & duces isti satellites suos, Primus itaq; est Negligentia, Secundus Curiositas, Tertius carnis concupiscentia, Quartus consensus, Quintus Consuetudo, Sextus Contemptus, Septimus Malitia, Cum iam datus in reprobum sensum, non solum iam facit iniquitatem, sed & diligit. Ex primo vitio fit piger ad bonum, & negligens conscientiæ propriæ, Itaque Negligentia tardat, Curiositas impedit, Concupiscentia ligat, Consensus stringit, Consuetudo trahit, Contemptus præcipitat, Malitia incarcerat carcere desperationis. Subinfert verò hic Doctor. Sed habet Rex noster Duces in exercitu suo, habet & milites, quorum arma, Potentia Dei, Contra ergo quatuor illa vitia, virtutes æquè quatuor opponuntur, Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia; Illis qui inuiti trahuntur, neccessaria fortitudo, Illectis Temperantia, seductis Prudentia, Iustitia spontaneis, sequuntur autem duces istos septem Gratiæ Spiritus sanct. quarum virtute & industria aduersæ partis fortitudo conteritur.

Eia fratres bellandum est contra Diabolicam turbam, Non quidem semper bella suscipiuntur proferendi Imperij gratia, sed studio abolendæ infamiæ, quæ causa secundum polit. grauissima vtique est, Infamia autem censenda est, si Cladem accipias ab eo qui nec fama, nec opibus, neque copijs tecum comparari potest. Diabolus Infamis, pauperimus est, & plures nobiscum sunt, quàm cum eo, Infamia est si tu contra eum inuasorem arma non sumis.

Contra diabolicam armemur ferociam, Nullus defensionib. plurium Sanctorum vti prohibetur, Integrum est patrocinium quod plurimorum sensibus approbatur. ex. de off. deleg. c. prudentiam, Quis sanctorum tuitionem negabit? suos seruauit Moyses ab ira Dei, suam bestiam (v. Nabuc.) reuocauit Daniel è deserto ad regnum, Sunamitis mortuum ad vitam reuocauit filium. Sareptana mulier per manum Eliæ: mulier Altera per manum Elisei, fratrem etiam Martha

tha & Magdal. orationib. & lachrimis è sepulchro reuocarunt.

Mortuiq; sancti nos tuentur, Cum n. Deus Salomoni cominaretur, cominuendum eius regnum, dicens, Addidit. Verumtamen in dieb. tuis non faciam propter Dauid patrem tuum (3. reg. 11.) In quem locum D. Chrisost. ait. Defunctus suos tuebatur progenitos, Cum etiam Moyses Deú, ne populum pro vituli adoratione puniret, rogabat (exod. 32.) rogabat, dicens, vt veniam daret Dominus, memor Abraham, Isaac, & Iacob. Ac si diceret, Propter merita Patriarcharum, parce Domine, parce populo tuo.

Ita certè & corpora ipsa sanctorum mortua nobis mirabiliter prosunt, vnde Damascen. lib. 4. de fid. orthod. cap. 16. ait. Fontes nobis salutares Deus præbuit Sanctorum reliquias multis modis benefitijs scaturientes. D. quoque Chrisost. ser. 35. de virt. & vit. ait. Sicut virtus erat in veste Pauli, & vmbra Petri ad sanandum ægrotos, Ita in Sanctorum cineribus ad expellendos Dæmones. Hinc mirum minime est quod Roma vrbium regina magis nunc exultat in Sanctorũ sepulchris quàm alias Antiquitus ipsa victricibus exultaret armis. Ac propterea D. Paulinus in Nat. S. Fælicis sic canit.

Nam prius Imperio tantum, & victricibus armis,
Nunc & Apostolicis terrarum es prima sepulchris.

Et eleganter F. Desider. Scalea S. Th. Magist. D. Paul. dictum affirmans, ait.

Già d' ampio Impero sol, d' arme vittrici,
Hor di tombe sacrate ogn'altra auanzi.


Tuti tandem erimus à malis omnib. si Deo nostra omnia committamus (Cassiodorus) Nihil potest esse securius, quàm illi omnia committere qui nouit suis cultorib. cõgruè profutura præstare. Reg. proph. ps. 56. Clamabo, inquit, ad Deum altissimum Deum qui benefecit mihi, quod autem benefitium Dauidi sit collatum Caldaica docet translatio, dicens, Clamabo ad Deum qui præcepit Araneæ, vt conficeret in ore speluncæ telam ad defensionem meam. Sanè cum in spelunca moraretur Dauid, Saul eum minime vidit, quandoquidem Aranea tela Dauidem tegerat. O' Admiranda Dei protectio. In hoc certè dignè admiratur D. Paulinus, quod qui secum Deum habet, Aranea tela sibi fortis-

simus est murus & ante murale, vbi è contra, illum qui sine Deo est, fortissima mænia, etiam Adamantinus paries, minus quam aranea tela defendit.

Eheu fratres, vndique insidiæ, vndiq, hostes, vndique laquei, vigilemus, peruigilemus, Plures sunt Sanctorum & Sacramentorum defensiones. Nullus prohibetur plurib. vti defensionib. Qui potest se saluum facere, saluum se faciat. Ite in pace. In nom. P, & F, & Sp. S. Amen.

OMELIA XXXV.

Sine culpa, nisi subsit Causa, non est aliquis puniendus.



Cassiodorus sup. illud. *Irritat Aduersarius nomen tuũ* (ps 73.) Id cõtra Aduocatos interpretans, *Ait*. Hi sunt in conuiuijs Scurræ; *In* exactionibus Arpiæ, *In* collocutionib. Bestiæ, In questionib. statuæ; Ad intelligẽdũ saxei. Ad iudicandum lignei, *Ad* ignoscendum ferrei, Ad amicitias Pardi, *Ad* facecias Vrsi, *Ad* fallendum vulpes, *Ad* superbiendum Tauri, & ad consumendum Minotauri. Vah, quænam bestialia animalia sunt isti. Addit verò Cassiodor. Hi sunt, quorum si naues afflauerit cuiusquam rubiginosi aura marsupij, confestim videbis illis oculos Argi, & *manus* Briarei, & Sphinguar. vngues, & periuria Laumedontis, & vlijxes argutias, & Sinonis fallatias, & fidem Polimestoris, & Pietatem Pigrileonis adhiberi. *Addit* insuper Doct. prædict. Hi sunt qui negant Ciuitatib. indutias, Mercatorib. nundinas, Emptorib. mensuras, Reuerentiam Clericis, Ordinem nobilibus, locum priorib. Cunctis iura. Distinctis priuilegia; quib. nullum genus hominum, ordinum, tem-

porum,

porum, cordi est. Hæc Casiodor. Cæterum si tales sunt Aduocati, quid ergo vobis erit Domini Iudices? Sanè, vt August. ep. ad Maced. ait. Iudex non debet vendere iustum Iudicium, aut Testis verum testimonium, quia vendit Aduocatus iustum patrocinium. Igitur si quærit Aduocatus Innocentem damnari, profectò non est audiendus. En Domini, Regula datur (opinor) contra Aduocatos. Sine culpa nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. Proh dolor. Qui tantum potest, Vt Innocentem perdere valeat, hic illi tanquam victima cadere dicitur, vt ait Car. pasc.

Sine culpa. &c. Ratio huius regulæ, Illa vtique est, Quia, Pœna Mensura est culpæ, vbi autem deest mensurandum, mensura locum non habet.

Cum regula verò, simul regulæ ponitur exceptio, dum dicitur. Sine culpa non est aliquis puniendus, Nisi vz. subsit causa. In hac autem exceptione, pone casum in Clerico leproso, qui sine culpa propter scandalum Ecclesia priuatur. De cler. egro. tua. Regulariter tamē nullus sine culpa punitur. 16. q. 7. inuentum.

Ex causa ergo benè punitur quis D. 22. renouantes. Quinq; verò sunt causæ propter quas aliquis punitur in presenti sm̄ Magist. in 4. Prima Causa purgationis peccati, vt languidus ad piscinam Io. 5. De pœn. & rem. cum Infirmitas. Secunda causa inchoanlæ damnationis æternæ, vt in Herode & Antiocho. De pœn. Di. 3. sunt plures. § Ignis. Tertia causa præseruationis á futura culpa, vt Paulus Act. 9. Quarta Causa glorificationis Dei, ex miraculo secuto, vt in cæco á nat. & Lazaro resus. Io. 9. & ij. Quinta ad maius meriti cumulum & præmium & exemplum cæteror. vt Iob, Tob & huiusmodi. De pœn. Di. 1. Si peccatum Dauid. & Di. 3. productior. Cæteræ omnes causæ ob quas quis punitur, ad has reducuntur.

Vnusquisque autem pro se & alijs examinet illud D. Gregor. Constant. Med. Episc. 10. q. 3. In cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt, Sola est, sicut nostis, omnipotentis districtio Dei pensanda, atque ad cor proprium semper recurendum, & nullus ibi lingua implicet, vbi conscientia non accusat, Quem n. conscientia defendit, liber est inter accusationes, & liber sine accusatione esse non potest, si sola quę

intus adijcit conſcientia accuſet. Sacri eloquij teſtimonium habemus, vt mala maiora cum forte dicuntur niſi probata credi non debeant, ſed citius probata vlciſci; Hæc igitur dixi, vt nimiæ leuitatis eſſe Oſtenderem, ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt, Vnde ſanctitas veſtra debet à maledicorũ hominũ rumorib. & obtrectacionib. mentẽ ſuã diſiungere, & ſola quæ internæ vitæ ſunt, atq; ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare. Hæc Greg.

Sine culpa non eſt aliquis puniendus. Dubium videtur illud, quod etiam Dom. illos condemnat qui puniendi minimè ſunt. quippe, ſap. 12. Salomon Dominum alloquens, ait, cum Iuſtus ſis, ipſum quoq; qui non debet puniri condemnas, & exterum facis à tua virtute (Ita sm̃ antiquam editionem) ſed ſoluitur dubium, dicendo quod cum qui sm̃ hominum Iuditium puniri non debet, vel ex fauore, vel alia de cauſa, Deus tamen, cum sm̃ diuinum Iuditium condemnari debet, condemnat. ſecretum forſitan alicuius erat delictum & ad ſuprem. Dei Tribunal ſpectans. vnde &c.

Hic diſcurere poteris, An Deus, Innocentem Cęleſti beatitudine priuare poſsit, cum Saluator dicat, Cum hęc om. feceritis, dicite quia ſerui inutiles &c. licet n. de congruo det Dom. Innocenti Cęlum, non tamen &c.

Sine culpa &c. Caſus. eſt ne reus omnis ille qui alienæ mortis eſt Cauſa? Reſpondet D. Aug. ad Maced. (23.q.5.) dicens, Nec tamen omnis qui cauſa alienæ mortis eſt, reus eſt, uelut ſi filius timens pia uerbera patris, precipitio pereat, & huiuſmodi, Hæc cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, & non propter illa, ne accidant rectè factorum reprimamus voluntatem. Iſdem rurſus Aug. ad Publi. ait, Abſit, ut ea quæ propter bonum ac licitum facimus, & habemus, ſi quid per hoc preter noſtram uoluntatem alicui mali aliquid acciderit, nobis imputetur; Alioquin nec ferramenta domeſtica uel agreſtia ſunt habenda, ne quis ex eis ſe interimat; quid eſt n. in vſu hominum bono aut licito, vnde non poſſit peruicie irrogari? (23.q.5. de occidendis.)

Sine culpa &c. Diſcernere habet princeps vel Iudex, non vt cæcus ſine diſcretione punire. Hoc innuere voluerunt Antiqui qui ſceptrũ oculatũ faciebant, ꝙ & vidit Hieremias, dicens, Virgã Vigilantẽ ego video, Cõgruit verò ſingulari ratione tempore Chriſti. D. & Euang. principes vigilare, quia tẽpus

miserendi est, Porrò Isa. 11. de tempore Saluatoris loquens ait, Egred. Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascender, Vbi Rabbini hæbreorum, ut D. Hieron. refert in hunc locum, per uirgam & per florem, Christum Dom. intelligunt, ita ut uidelicet, in Virga, regnantis potentia, in flore pulchritudo monstretur. Cum autem audis in regno Christi flores esse, intelligas à Iudicibus honestandos esse eos qui de regno sunt Christi, utque bono odore flagrantes existant curandum; & non est sine culpa inglorius faciendus Christi sanguine redemptus. quinimò, si puniendus ex culpa ueniat, Virga puniatur florida, egredietur nanq; Virga de radice Iesse, de Incendio amoris, & flos de radice eius, Virga si florida est, & ea quéquã pcutis, floribus pcussũ cõspergis, floridũ facis, eũq; amanté reddis qui à te flores suscipit. Nos bonus Christi odor sumus. Nõ dehonestentur Christiani. &c.

D. Bern. ser. 23. in cant. edisserens verba ps. 2. erudimini qui iudicatis terram, ait, Audiant hoc prælati, qui sibi commissis semper volunt esse formidini, vtilitati raro, Discite, subditorum vos matres esse debere, non Dominos, studete magis amari quàm metui, & si interdum seruitute opus est, paterna sit non tyrannica, Matres fouendo, Patres, vos, corripiendo exhibeatis, Mansuescite, ponite feritatem, suspendite verbera, producite Vbera, pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. hæc Bern. quæ contra illos qui asserunt principem metuendum se exhibere debere militant, contra quos etiam facit quod ait Cicero lib. 1, offic. vz. Quem metuunt oderunt. Audiant Pollitici Car pasc. in li. 1. Tac. qui ait. Quibus mandata est Respub. se Tutores, non Dominos esse exacto tempore tutelæ. reddenda est ratio suæ administrationis ipsi minori, eccui mirum sit, si princeps is, qui tanquam prędo priuatos euertit fortunis, suoq; arbitratu, vt infensissimus hostis, in Repub. grassatus est, tandem ab eodem populo sua sede deturbatur?

Puniri si qdé criminosus debet, aliter mala oĩa vigent. sanè D. Ber. li. 3. de consid. ad eug. inqt. Impunitas iniuriæ soboles, Insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionũ nutrix. Verum sine culpa nisi subsit causa nõ est aliquis puniendus, Quinimò etiam si subsit culpa, tardus debet esse Iudex ad puniendum. D. Aug. l. b. 2. sup Gen. sup. illud, Audiuit Adam vocem Dom. D. deamb. in Paradiso ad aurã, ait, Illa deambu

latio Paradisi, non puto posse fieri nisi in specie humana, Ita Deus puniturus hominem, induit se homine antequam vetus homo fieret, vt significaret se sicut hominem clementer & benignè de homine supplicium sumere. hæc Aug. Adde verò Dom. docuisse ipsum hominem, si homo sit, P. lento, non concito gradu ad puniendum procedere debere & tunc hominem iure vocari posse, non cum festinè punit, sed tunc dumtaxat cum humaniter & tardè ad pœnas manus apponit.

Nec faciles debent esse Iudices ad persequendum, nec pro minimo prolato verbo process. formare habent, Non enim lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est .ff. ad legem Iuliam Maiestatis .l. famosi, §. sed nec lubricum linguæ. Persecutio autem in maximum discrimen fidei Christianæ candorem ponit, Vnde D. Chrisost. hom. 46. oper. imp. ait, Sicut tempestas suscitat nubila, nubila autem cooperiunt solem, sic impiorum persecutio suscitabit transgressionem, transgressio autem Christianitatis obscurabit Candorem.

In Ecclesia Sancta Dei Instrumenta sunt pietatis, non vasa Crudelitatis, vnde precipuè cauere debent Iudices ne ab ipsis, contumelia religiosis fiat. Isa cap. 7. ait. In illa die radet Dominus in nouacula conducta. quid est hoc? nec ferrum quidem, ad puniendum religiosos super quorum caput nouacula ascendere prohibebatur, in domo Dei repertum est. quod si quandoque radit Dom. eius quidem nouacula conducta sunt, Conducit Instrumenta punitiua Omnip. à peccante religioso, Peccans enim iste Deo contra se ipsum arma præbet, Nollet nanque Dom. punire, sed parcere seruo suo, Verùm cum ipse iniustè contra fratrem agit. Ne relinquat Altissimus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquit. manus suas, Nouacula hæc quæ improbus contra proximum parauit sibimet Vindex Dom. assumit, raditque in hoc peccatorem eundem. clarius, quæ sunt nouacula quæ contra talem Deus conducit? Calumniæ illæ quas in fratrem parauerat, Dolus ille de quo propheta sicut nouacula acuta fecisti dolum. Hæc inquam in dolosum, Iustus Iudex conuertit, & agit vt omnes eum vitiosum infamem appellent. &c.

Cæterum sine culpa, &c, semper cum misericordia iudicat Pijssimus

simus Apoc. 4. affirmat Io. vidisse sedentem in throno Arcu circundatum, dicens, *Iris erat in circu. sedis sim. vis. smaragdinæ*, sed nunquid Deus terminis concluditur? nullis certè Deus terminis contineri potest qui vbique est. Cur ergo Viridi circundatur Arcu, dum dicitur, Iris in circuitu sedis? Quippè describit Io. *Dominum* vt Iudicem, & vt *Iudicem* doceat quod competit ei, ostendit nunquam Dei exerceri *Iustitiam*; quæ vndique misericordia circundata non prodeat, *Per Iridem n. Misericordia designatur In diluuio ostensa*, Docetque singulari quadam ratione, Iudici competere misericordiam quæ suos exire limites minimè permittat, Vnde sedes eius vallata est misericordia, ac propterea, infra terminos misericordiæ contineri debet *Iudex*, quod si *Immitis* existat, *Iam Tyranus* extra terminos collapsus dicetur.

Consideratione etiam maximè dignum est quod ibidem *Iohannes* ait vidisse, vz. Iudicem gladium ore tenentem, quo apertè ostendisse arbitror, si contingat *Iudicem* irasci, nequaquam tamen Iram eius vltra dentes ad interiora precordia progredi debere, contra illos qui odium calumniantis partis concipiunt, Concipiunt dolorem, & parturiunt Iniquitatem, & à persona Iudicis rabidorum calumniantium personam referunt.

Non patitur profectò Dom. aliquem seuerè puniri, Vnde dicitur Tactus dolore cordis intrinsec. delebo hom. à fac. terræ. Accidit quandoque vt pueri cuiusdam stante infirmitate, sanguis ab eo elici à Medico statuatur, Mater ad hoc neccessaria prompta quidem præparat. Attamen Matris cor, sciens quid *Infantulo* sit venturum, tremens palpitat, vnde è cubiculo amarulenta recedit, cum vires maternis visceribus ad ictum in filium, & sanguinem ex infirmo brachio defluentem conspiciendum minimè suppetant; Idem sanè de Dom. dicimus, Cum hominem Dominus puniendum videret, Tactus dolore cordis int. delebo inquit, hominem à fac. t. De S. Iob ad sanguinem eliciendum tradito, Nunquid non legimus Diuinam petitam licentiam, quin & obtentam? *Ita* prorsus, sed legimus etiam, quod egressus est Sathan à facie Domini, Cur egressus iste est à facie Dom. Nunquid non omnia Diuinis presentia sunt oculis? Nec Deû

latet,

latet omnia ipse noscit;sed dicitur,egressus à fac.Dom.Diabolus, vt modo nostro ostendatur Dei teneritudo erga nos cum patimur, Tactus est dolore cordis, Non potest (vt ita dicam) videre super nos mala (Non basta l'Animo à Dio di vederci patire).

Innocentes damnantur plures à Iudicib. multis, quare? quia Iudices cum mali sint ipsi, facilius malum quam bonum credunt. Hinc Dauid cum seruos Saul videret contra ipsum Sauli mala suggerentes, videretque Saulem fidem eis prestãtem, Psalmum composuit vndecimum, vt Genebrard. asserit, & canit Dauid, Saluum me fac Deus quoniam defecit Sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. & inf. Qui dixerunt labia nostra à nobis sunt, Idest apud nos, vel in nobis sunt. Hoc est dicere. Possumus quod nos volumus, Totum n. quod dicimus creditur, Defecit n. Sanctus, Non est Sanctus Iudex, mala omnia credit, Ideò saluum me fac Domine, Auxilium præsta, Perit Iustorum Innocentia, si vniuersa quæ deblaterant peruersi credantur. Nullus dicetur bonus: Respondet verò D. Propter miseriã Inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam. Ac si dicat Misericors, Putabant Impudentes me dormientem iacere, dum ipsi calumniabantur Iusto quia prosperè aliquid euenit? Nunc exurgam. Quid verò faciet Altissimus contra eos? Respondet Dauid in fine eiusdem psalmi. In circuitu Impij ambulant, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hom. Ac si diceret, Calumniatores, ac mali Iudices Inquieti semper erunt, & veluti profugi sup. terram, & veluti, alter Caym semper timebunt, Innocentes verò, secũdum Altitudinem Dei, hoc est non more humano vel mundano, sed Diuino more, qui tunc nos exaltat, cum nos mundus magis ad magis nos humiliat, exaltabuntur, Infima n. mundi eligit, ut fortia queque confundat.

Mirum uerò est, non nullos ex principib. facilius malum quod audiunt quàm bonum quod ipsi met manib. tangunt credere. Sic dolet S. Dauid aduersus Saul, (1. Reg. 24.) dicens, Quare audis uerba hominum loquentium, Dauid querit malum aduersum te? ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Dom. in manu mea in spelunca & cogitaui ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Mundani sunt hi qui

qui potius malum quod audiunt quàm bonum quod proprijs cernunt oculis credunt;vt *I*nglorius & *I*mprobus apud ipsos vir fiat, aliquid mali contra eum sufficit, vt verò Probus habeatur, Probationes, euidentiæ, demonstrationes & miracula sunt neccessaria. Nec sic adhuc *I*mpij credent. Cur hoc? Quia certè instar Saulis sunt tales Superiores. Spiritus nanque Dom. à Saul recesserat, *A*uaritia, & Superbia & *I*nuidia cor Saulis oppresserant, à Diabolo mendacij patre totus opprimebatur. *I*ta *I*sti &c.

Querit *I*udex vel Princeps. Quo pacto veritatem, ac merita Causæ facilè agnoscam? Huic respondet quesito Gilbert. Abbas ser. 18. in Cant. dicens. Nihil in te fœdum, nihil insidele resideat,vt nuda tibi fulgurare possit veritas. Pura ergo sit *A*nima tua, non cæno Auaritiæ, vel superbiæ labefactata, & veritas fulgurabit.

Sanè Auaritia sæpè, sæpè Paupertas, in causa sunt Iniustitiæ. Hinc *A*rist. (3. polit. cap. 6.) Duo hominum genera ad iudicandum reprobat. Pauperes vz. & *A*uaros. Sic etiam Valer. max. lib. 6. cap. 4. Pauperem & Auarum ab offitio iudicandi excludit. dicens. *A*lter nihil habet, *A*lteri nihil sat est.

Porrò Cherubim aureos omninò fecit Moyses, & ad propitiatorium eos posuit, Cherubim quoq; fecit Rex Salomon, non aureos, sed ligneos deaureatos, hosq; ad Sâct. SS. locauit. Diuersimodè verò Antiqui Cherub Moysis à Cherub. *M*odernis Salomonis se habebant. Nimirum Illi omninò Aurei, propitiatorium respiciebant (Exod. 25.) respiciebât se mutuo versis vultibus in propitiatorium, Cherubini verò Salomonis lignei & pauperes tantummodo auro contecti, Non quidem propitiatorium respiciebant, sed ad ingredientes & ad oblationes oculos conuertebant (2. paralip. 3.) Ipsi stabanr erectis pedib. & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. Mysterium est profectò quod pluries Diuites, Iudices & Prælati per aureos Cherub. designati, scientia pleni, Cor & *I*ntuitum ad propitiatorium, ad miserendum, & ad Dei cultum vertunt; Pauperes verò, per ligneos Cherub. ostensi, auro tantum superinduti, licet Cherubini sint perdocti & aliqualiter & apparenter Commodi, oculos ad munera offerentes conuertunt, parum de Deo, & de propitiatione, vel misericordia curantes. Eia PP. non sic Antiqui,

tiqui, Non sic Patres nostri &c.

Crudeles verò istos, suis priuat Consolationib. Omnipotens; vnde semper eos tristes ac toruo vt plurimum aspicientes oculo videmus. Oseæ. 1. Ablactauit eam quæ est absq; misericordia. &c. Vbera habere dicitur Deus, Vñ in Gen. Ego Deus omnipotens, & secundum hæbreos, Ego Deus Saday, Idest, Deus Vberum. Vbera uero Dei, eius sunt fauores ac consolationes quæ magis animam fulciunt, quàm qualescunque huius sæculi uoluptates, Meliora sunt enim ubera tua uino, ait sponsa, Has autem cōsolationes adimit Dom. uiro, misericordia cum proximis non utenti, & hoc maximum quidem supplicium, Infans enim à matre ante tempus ab Vberib. auulsus, & absque protectore relictus, qualis esse diceretur? Talis profectò Iudex Immisericors à Dei prouidentia derelictus ex propria eius crudelitate manet.

Multi antequam altissimum dignitatis gradum obtineant, omnib. uirtutib. præditi uidentur, quos postea quia plane, animo nequaquam inheserunt, sed in speciem quæsite erant, exuunt. Mirabile uerò est ut plurimum immaniores illos esse in regimine, qui ante regimen mitiores esse uidebantur, sed quemadmodum agnoscere non potes sit necne integrum vas, nisi illud liquore impleatur; Ita nec hominem nisi illi gubernandi munus fuerit commendatum, qui enim priuati immanitatem cooperiebant, qua vti non poterant, eam cum ad dominatum ascendunt in medium proferunt; Nam vt carbones candentes sub cinere in fabri ferrarij officina extincti videntur, at flantibus follibus, ignemq; excitantibus exardescunt, micant & Vrunt, sic superbia quæ extincta in vita priuata videbatur, flatu dominij Imperijq; potestate, crudeles emittit flammas. similes sunt isti Corallo de qua dicitur, quod naturam habet viminis scilicet mollis virgæ & virid. sed detracta super aquam statim durescit, & lapidescit & erubescit. sic inquam isti, dum in profundo sunt & viles, molles & tractabiles existunt, sed eleuati ad dignitates, duri & crudeles fiunt. Quidam verò eo sunt ingenio præditi, vt in ijs etiam quæ rite faciunt non modo teneri, sed & acerbi & sint & videri velint. Vt Bucephalus Alexandri Mag. equus cum esset phaleris & ornamentis destitutus, equisonem interdum admittebat, instratus verò regio ornatu, neminem

preter

preter vnum Alexandrum in sedem recipiebat.authore Plinio li. 8. sic multi inopia laborantes, & in abiecto iacentes statu,quamuis obseruantiam, & mansuetudinem in omnes fingant,intus Nerones, foris Catones, multis simulationum inuolucris tegunt odium, malitiam, crudelitatem, At diuites facti,& in mundi honoribus constituti omnes preter vnū cui lege principatus sunt subiecti, despiciunt. Tunc occultam detegunt uoluntatem, & multiplicem naturam,superbiam, ac immanitatem quam specie submissionis prius opperuerant apertissimè demonstrant, Quos tamen Omnip. deicere solet, dicente Proph. ps. 72. Deijecisti eos dum alleuarentur, quomodo facti sunt in dessolationem subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem, uelut somnium surgentium Dom in ciuitate tua, Imaginem ipsorum ad nihilum rediges, ubi de iustis dicitur & pijs, ps. 91. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur.

Sine culpa itaq; & sine causa legittima damnantur plures, sed huius Causam,præter predicta,reddit D. Ambr. Inquiens, Iustè Aduocato dicitur, Redde quod accepisti, quoniam contra ueritatem fecisti,Iniquitati assuisti,Iudicem fefellisti, Iustam causam oppressisti, de falsitate uicisti. Hinc & Bern. de Consid. ait, Verbulosum Aduocatum, & studentem eloquentiæ,cum sapientiæ sit inanis, non aliud quam iustitiæ hostem repures, Hi nempè sunt in causa quod Innocentes damnentur. Quod si in causidicos hanc velis retorquere culpam,de Causidicis, ait Cassiodor. Apud Causidicos etiam ipsum silentium venale est, ac lingua eorum damnifica, nisi funibus argenteis ligetur. sed cum hæc regula potius contra Aduocatos militare videatur qui vt puniatur persepè Innocens operantur, Aduerte quid de ipsis Aduocatis afferat Doctiss. Origen,sup. illud exod. 8. Percutiam omnes terminos tuos ranis, Ranæ, inquit, significant clamosas Aduocatorum allegationes, qui inani, & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantib.mundo deceptionis fabulas intulerunt, Ad nihil n. aliud vtiles nisi quod sonū, vocis improbis & importuuis clamorib reddunt. Simile affirmat D. August. dicens, Nihil impudentius Arrogantia Aduocatorum, qui garrulitatem auctoritatem putant,& parati ad lites,in subiectos tumidè insonant.

D. iterum Bern.de confider.ait de Aduocatis, Hi ſunt qui docuerunt linguas loqui grandia cum operantur exigua, largiſſimi promiſſores, paucillimi exhibitores, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt vt faciant malum, benè autem facere neſciunt: & addit Doct.S. Verboſus Aduocatus aut rumpetur, aut loquetur, plenus eſt ſermonibus, coarctatus eſt ſpiritus vteri ſui, eſurit & ſitit auditores, quibus iactitet vanitates, & habita opportunitate loquendi, ſi de litteris agitur, noua profert & vetera, volant ſententiæ, reſonant verba ampuloſa, Interrogantem præuenit, & querenti non reſpondet.

Caſſiodorus etiam addit vbi ſup. Quomodo inter armatos, argutos, tumultuoſos virtute numero contubernio poterit ex equo & bono ſolui inermis, abiectus, peregrinus pauper audiri, Vbi eſt gurges de ſutoribus fabularum, de Concinatoribus carminum, de publicatoribus ſiniſtrarum opinionum, qui cum non habeant opera pro pomis, ſpargunt verba pro folijs, & cũ nõ adſit medulla ſenſuũ, abũdat ſpuma verborũ.

Hinc rurſum Bern.ad Eug.lib.1.c.9. Miror, ait, quomodo religioſæ aures tuæ audire ſuſtinẽt huiuſmodi diſputationes Aduocatorum, & pugnas verborum, que magis ad ſubuerſionem, quàm ad Inuentionem proficiunt veritatis, Nihil n. ita abſq; labore manifeſtam facit veritatem, ſicut breuis & pura narratio, Preſcinde ergo linguas vaniloquas, & labia doloſa claude: Hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas loqui mendatium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum.

Alanus etiam de conqueſt.nat.conqueritur dicens. Si in aurem Iudicis, vel Aduocati ſuſurret peccunia, Orphei lira, Carmen Amphionis, Muſa Virgilij, voce peccuniæ ſuffocantur, quid plura? Vbi nummus loquitur, Tulliani eloquij tuba raucescit, vbi nummus militat Hectoreę militiæ fulgura cõpeſcuntur, vbi pugnat peccunia virtus expugnatur Herculea, Nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat uniuerſis.

Sine culpa non eſt aliq. pun. Cautè verſentur parentes in emendatione filiorum, Qui, vt plurimùm ſine culpa errant, Quod n. prouectis eſt culpa, in pueris ſæpè eſt tantum error. Denique ſeruis verbera, non liberis conueniunt: ſanè filij qui minaciter obiurgationib. afficiuntur, cæduntur que, ſeruilem

quendam

quendam animum induunt, deijciuntur, refringuntur, desperant, dolore cruciantur, & quæ illis generosa fortè mens inerat, prosternitur; formidantesque omnia, nihil tentant egregium, atque libero homine dignum, quæ cum animis, tum etiam corporib. plurimum obsunt; nam & pessimi inde humores generantur, & desidia exiccantur membra; atque contabescunt; neque secus ac Arbusculis nimiam ariditatē, putamus, & pueris austeriorem seueritatem nocere. Canum nobiliorem esse indolem videmus eorum, quos blanditijs magis, & excursandi licentia, quàm minis & verberib. venator enutriuit. Asinis contrà, quòd Animal sit torpens seruilisque naturæ, non palpationes, sed fustes & verbera si vtile nobis eorum seruitium parare volumus, adhibere neccesse est: hæc n. ipsorum magis propria, quemadmodum & seruorum supra esse diximus: eadem quoque ratione videmus teneras frondes ferrum refugere, sentes contrà ac rubos, falcib. runconibusque succidi oportere: Sic & igne rigida saxa decoqui, Molles contra ceras liquefieri. Neque hoc dicimus, quo laxandas filijs habenas ad cuncta ipsorum vota existimemus, sed quod moderatior mitiorque disciplina, melius ac facilius eos à vitijs retrahat, ad virtutisque amorem inuitet.

Sine culpa non est aliq. pun. Itaq, taliter de correctione sentiendum, atque ita vtendum vt natura insit ellebori, quod si imminente exitiali morbo sumptum fuerit, sit salubre, cæterum si absque summi discriminis neccessitate perceptum, presentis exitij est.

Si verò sine culpa quis punitur, patienter sustineat, dicti Tertuliani memor, Multi iniustè agunt, Nemo iniustè patitur. Habemus etiam Paulum dicentem. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Iob quoque dicit. Ecce in cælo testis mens. Si ergo nobis testis est in cælo, & testis in corde, dimittamus malos agere foris quicquid velint.

Queris verò, Quomodo patientia & mentis tranquilitas in tot aduersis acquiri potest? Respondet autem Abb. Piamon. collat. 18. Io. Cass. Patientia, & mentis tranquilitas absque profunda cordis humilitate non acquiritur nec tenetur, Quę si de hoc fonte descendit, nec de benefitio cellæ, nec perfugio solitudinis indigebit. Cæterum si mouemur in aliquo


lacessiti,

laceffiti, certum eſt non eſſe in nobis humilitatem. porrò patiens pronunciari ille poteſt, qui vniuerſa quę ſibi fuerint irrogata abſque indignatione irrationabili tolerauerit. Huius perfectæ patientiæ exemplum ponitur vbi ſup. de Pannutio, qui cum in ſua adoleſcentia propter virtutes ſuas cælebri apud ſenes clareret opinione, quidam Inuidiæ ſtimulis ductus, Vt eius denigraret famam, eo ad Eccleſiam profecto, clam cellam eius intrauit, & inter palmas, è quib. plectas faciebat, codicem poſuit ſuum, quaſi eum furatus eſſet: exinde Inuidus hic Maledictus ad Eccleſiam accedit vbi ad Diuina congregati offic. omnes reperiebantur PP. Offitijs expletis, coram Patrib. de libro ſibi ablato querelam exponit. Cum omnes facinus horrori haberent, Inſtigat malignus aliquos probos mitti ad perquirendum in ſingulor. cellis. Hoc facto, liber Inuentus eſt ibi vbi poſitus fuerat, & adductus coram omnib. fuit. Videns autem Pannutius ſuæ Innocentiæ excuſationem non admittendam cum in cella ſua liber repertus eſſet, veniam petijt, & ab Abbate poſt duram increpationem pænitentia iniungitur, quā ille humiliter ſuſcepit. Rogans tamen Dom. ob ſcandalum à mentibus aliorum remouendum, de tanto ſibi adſcripto crimine, vt ſuam oſtenderet Innocentiam. quod & factum eſt, Nam Ille malignus, infra quindenam à Diabolo arreptus, ſe illud malitioſè feciſſe, clamabat, Nec à Dæmone liberari potuit per B. Iſidor. qui gratia Dæmones fugandi pollebat, nec per alium Sanctum liber euaſit, ſed Pannutius ipſe læſus deuotè pro Inimico Calumniatore orans, ipſum liberum fecit. Vnde & famam dupliciter per patientiam recuperauit.

OME.

OMELIA XXXVI.

Mora sua cuilibet est nociua.



Ominem figuris delineantes Egiptij, Virginem geminis alis in capite prestantem, dextero pede semper sursum erecto, pingebant; qua nempè figura id significarent, Hominem illum dumtaxat dignè appellari, qui Virgo, solutus vz. & qui semper paratus, imò qui Alis præstat, nec in opere morosus existit, non tardus, non piger, non otio deditus: Hinc S. Iob, Homo, inquit, natus, ad laborem, & Auis ad volandum, natus est scilicet homo ad laborem & vt sit Auis ad volandum: Porrò manus hominis, homini quasi alæ inseruiunt, . Vnde Ezec. 10. de Cherub dicitur. Quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum, profectò sub alis cherub, manus hominis similitudo est, Ac si in eo qui cherub plenus nempè scientia extitit manus pro ala existat, quod utique & declaratum venit in ea quæ ab alijs fiebat figura, Cum puer pingebatur, quo hominis ingenium figuraretur, Puer nanque licet dextera lapide deorsum mergebatur, in sinistra tamen alas habebat, vnde canit Poeta, Dextera tenet lapidem manus altera sustinet alas, & si carnis onus quandoque grauat, pluma tamen ac naturæ propensio sursum leuat. Velox itaque natura est homo, Quò profectò fit vt Mora sua cuilibet sit nociua. Hic Sacri Canones in morosos animaduertunt, Iniusti enim existunt morosi, cum de Iustis dicat Esaias velocissimos eos esse. Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas; & hoc est mysterium quod Dominus in templo perostendit Exod. 26. cum in eius templi ornatu vult quidem fieri omnia opere plumario, Nimirum vt doceret nullum, templum cęlorum ingressurum, nisi plumarius, hoc est velox, appareat, nec Deum attingendum sine plumis, quandoquidē Ascendit ille super Cherubim & volauit, volauit super pennas

nas ventorum. Mora itaq; sua cuilibet est nocina. certè quam grande momentum sit in occasionib. scienter & cito captandis, vel hinc intelligere licet, quod sepè ad maxima imperia, arte magis quam vi sepè peruenitur, ait Pasc. in lib. 1. an. Tac. Vbi ualet Catonis illa sententia, sat Citò si sat benè.

Queritur vero quis in mora sit, & respondetur, quod obligatus ex delicto semper est in mora ff. de condi. fur. l. in re furtiua. Obligatus verò ex contractu, si est ad certum tempus, statim post illud est in mora, etiam si non fuerit admonitus, nec monitio est neceessaria, quia dies interpellat pro homine. C. de contrah. & con. stipu. l. magnam. & in peccuniarijs quidem admonitio est de honestate non de necessitate.

Limitat tamen prædicta Panorm. Si actor & reus sint eiusdem fori, alias non. limitat etiam Siluest. sum. V. Mora. §. 1. nisi iusta causa excuset. l. celsus §. primo ff. de arbi. Vbi iussus ab arbitro dare certa die excusatur, si die illa iustè impeditus fuit, modo tamen det quam citius potest impedimento cessante, quam citius quidem potest, commodè & honestè, quia hoc posse est iuridicum.

Si verò dies non est apposita obligationi, nec alia conditio, sic requiritur monitio, secundum Bald. in l, non ignorat C. de fructi. & lib. expen. quæ monitio vel interpellatio, seu debiti petitio fieri debet loco & tempore congruo ff. de verb. oblig. l. continuus §. cum ita. Vbi à promittente dare ephesi, peti non potest antequam illuc accedere potuerit, quando promissor est Romæ; Ideò non est in mora qui potest exceptione legittima se tueri.

Si quis in mora est soluendi decimas, Illa mora nociua est illi, quia suo periculo Decimæ illæ pereunt etiam fortuito casu. 16. q. 1. Decimæ. & si debitor primo fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiendi, vel è contra, vltima mora nocet. ff de Vsur. l. debitor.

Decimæ citò soluendæ. Querit Philo. de Sacr. Abel & Caim. an circa oblationes Deo factas Caim peccaret, & ait. Duplex se ipsum amantis crimen, Vnum quod post aliquos dies, non continuò gratias egit, alterum quod de fructu obtulit, non de primo fructu, quas vocamus primitias, sic enim ait sacer textus, factum est autem post multos dies vt offer-

ret

ret Caim de fructibus terræ munera Domino, prestolandum ergo ne cum Caim peccemus in exhibitione decimarum.

Prestolationem in decimis soluendis obseruat Bruno in Genes. sup. verba Iacob. Cunctorum que ded. m. Decimas offerā tibi, & ait, Nondum de decimis lex scripta erat & iam se Iacob decimas Daturum esse promittit. Hoc autem Abraham fecisse legitur, & rationem decimarum reddens sequitur Bruno. Mirum nisi per hoc significare volebant, vt quia decimus est homo, Nouem enim sunt ordines Angelorum, illuc quasi pro pignore sui decimas mitterent, vbi se quasi decimas venturos esse sperabant.

Cæterum, Ad quid tenetur morosus debitor vel emptor? Tenetur quidem ad Interesse damni habiti & lucri cessantis, dummodo persona talis sit, quę verisimiliter iustè fuisset lucrata, q Iudex habebit extimare. Siluest. su. ver. Mora. § 4.

Purgari autem potest mora si in eadem lege vel canone caueatur quod eodem casu purgari possit mora, & pæna euitari. 18. dist. c. primo. & de supplen. neglig. prælat. litteras. secus autem si non cauetur in eadem lege, Pæna enim semel commissa non purgatur comuniter. & hoc est quod Io. And. dicit. Moram semel commissam purgari non posse vbi dies persigitur à lege vel Canone pænam imponente, quia pæna semel commissa non purgatur.

Modus verò purgandi moram, est, ex cæleri solutione ante requisitionem factam, & similiter si obtulit post moram tempore debito rem integram qualitate non vitiatam. Siluest. sum. V. restitutio. 7 § 3.

Mora Iudicum illi nocina est, Iudex enim propter cuius negligentiam perijt instantia, tenetur parti lesę. C. de Iudic. l. Sancimus.

In exhibitione etiam misericordiæ & iustificatione Innocentum, voluit Dominus exemplo sui ostendere Iudices & principes veloces esse debere ad absoluendum & parcendum. Nimirum, exod. 25. legitur quod propitiatorio quod fieri est iussum voluit Deus super imponi cherubinos volatrices alas expandentes, Cherub vnus, (ait text.) sit in latere vno, & alter in altero, vtrunque latus propitiatorij tegant expandentes alæ. Admirabile vtique hoc Diuinæ misericordiæ extat indicium, In hoc enim ostendit Deus se velocissimis

Cheru-

Cherubinis ad misericordiam præstandam velociorem, cui metaphore consonat alia Malach 5, qui vt hanc exprimeret celeritatem, de Deo loquens. cap. 4. ait, & sanitas in pennis eius, quam profectò cæleritatem expertus est Dauid, Nā cum vix ore protulisset, Peccaui, protinus audiuit, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. 2. reg. 12.

Alia etiam quadam dicendi ratione diuinæ misericordiæ cæleritatem demō innuit Ezech cap. 1. Is enim quatuor depinxit animalia alis plena currum trahentia, rotis adeò inusitatis & inauditis, vt in cuiusque rotæ medio, rota alia contineretur, porrò quælibet rotarum animata erat, dicente propheta, & spiritus vitæ erat in rotis; Admirabilis profectò hæc est diuinæ velocitatis in miserendo periphrasis, Curru enim vehitur, ab alatis animalib. ducto. In China sunt currus, (vt legitur) rotis & velis apti, tanto cum artificio, ut per planitiem campi nullo impellente agantur uentis mediocriter spirantibus, quod sanè spectaculum, & amenissimum & comodissimum est, sed quomodocunque sint currus illi, admirabilior est currus ab Ezechiele uisus, eo precipuè cum rotæ eius non insensibiles erant, sed uitalis potius eis inerat spiritus. & rota erat in medio rotæ, Vnde fiebat, quod si fortè aliqua rotarum in itinere confringi contigisset, nequaquam currus uelocitas retardata esset, quandoquidem alia interior, defectum confestim supleßet. Hæc nanque Diuinę misericordiæ erga penitentem designant. &c. facilis applicatio.

Mora sua cuilibet est nociua. utiliter extendi potest hæc regula secundum D. Anton. est enim nociua mora in suscipiendis Sacramentis, propter uaria pericula quæ cōtingere possunt, præcipuè in baptismo maximè neccessario. Dist. 5. Baptizari. Similiter in administrandis quoad dantes, ne interueniente modica mora inuenire non possint, qui redimantur. Di. 5. Baptizari. Similiter in contritione habenda de mortalibus, Non tardes conuerti ad Dominum. Eccl. 5. Coruus enim habens uocem procrastinationis non redijt ad archam. Gen. 8. & leuitę qui morosus fuit in recedendo à socero, maximnm superuenit scandalum in uxore constuprata. Iudic. 15.

Ita neccessaria est pro salute cæleritas, ut Theologorum sententia

uentia sit hominem cum primum ad vsum rationis peruenerit, in primo actu ipsius teneri ad Dominum se conuertere. Itaq; primus actus vsus rationis, conuersio ad suum finem esse debet. Addit D. Thom. p. p. q. 89. ar. 6. quod talis tenetur se conuertere ad Deum sub pœna peccati mortalis, quæ sententia quidem multis dura videtur, tamen sic est intelligenda, quod homo perueniens ad vsum rationis tenetur se conuertere in Deum eo modo quo potest, secundum scilicet cognitionem quam habet; si enim cognoscit Deum, tenetur habere hunc actum, volo colere Deum, vel, propono seruare legem Dei, si autem Deum non cognoscit, satis est vt proponat bene viuere conformiter ad dictamen rectè rationis, vt. Volo honestè viuere, nolo malè agere. Hoc expresse docet Sanct. Doct. quest. de ver. q. 14. ar. 11. primum & loco citato.

Ideoque quamuis Arnobius verba illa psalm. Præueni in maturitate & clamaui, quia in verba tua supersperaui, sic exponat, fui puer, postea adolescens, itemque Iuuenis, nunc ecce iam senui, & vitæ meæ finem attendens in hac maturitate clamo, & preueniunt oculi mei. Sanior tamen interpres sic hunc interpretatur versiculum, statim vt ad maturitatem præueni, & primum illuxit mihi rationis vsus, ante omnia alia preueni vt ad te Domine clamarem. Itaque cum primus actus vsus rationis debeat esse ad Deum conuersio, protinus cum ad illam maturitatem quis peruenerit, hoc prestare debet. Hinc est quod alias idem propheta cum de pēnis quibus ad Deum volare cupiebat loquebatur, pennas illas secundum aliquos Interpretes pennas, auroræ appellabat. Et In hac quidem acceleratione singularis extitit D. Nicolaus Episcopus, de quo D. Bern. ait, Nicolaus electus ab vtero, Sanctus à puero, Iuuenum gloria, senum reuerentia, Sacerdotum honor, Pontificum splendor, glorificatur in mari, laudatur in terra, in omnibus periculis inuocatur. & de eiusdem solemnitate, Isdem ait D. Bern. lætantur pueri, Iuuenes congratulantur, ornantur Virgines, senes exhilarantur, & omnis ætas personaliter alludit, vnusquisque autem habet materiam gaudiorum, vt laudent pueri puerum innantem. Iuuenes iuuenem liberantem. Virgines virginum infamiam propulsantem, senes senis inopiam redimentem.

Sanè optimi sunt ad institutionem morum primi quinque anni, habent n. in se lentum quiddam & molle quod facilè formari queat, atque ad arbitrium volentis trahi, & in cunctis ferè rebus citius assuescitur omne quod tenerum est, ipsa quoque litterarum studia teneris melius inserũtur ingenijs, idq; penitus inherere sensibus solet quod prius sederit in mente.

Mora sua cuilibet est nociua. Veloces expostulat Dominus. Prodigij instar est quod per Proph. Abac. 3. memoratur, cum scilicet Deum alloquens, inquit. Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio, viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Fatetur enim se vidisse propheta Deum ipsum equos ascendentem, & Aurigæ instar, currum & quadrigam ducentem, & hoc non in planicie alia, quàm in immenso mari, Prodigiosa sanè visio, cernere currum ac si nauis in medio maris esset, trahi nec submergi. Quadrigam finxerunt Poetæ, in qua Apollo nouem comitatus musis vehebatur, quia vz. Deus sciẽtiarum in tali quadriga specialiter moratur, vbi à musis, hoc est ab Angelis, Sanctus iugiter decantantibus comitatur, Finxerunt etiam quod Currus solus traheretur, & à Febo gubernaretur quod Deo quidem competit qui cuncta quæ supra, & infra solem sunt gubernat. sed melius dicamus, equi supra quos Deus ascendit reuerà predestinati sunt, qui equorum more ad voluntatem sui rectoris Dei per promptam ducuntur obedientiam, Agiles quippè & prompti, forsan signati per fictitium equum qui Pegasus dicebatur, qui iuxta fabulas alas in pedibus habebat, & per aera uolando magistrum suum Perseum una die ab oriente in occidentem usque portabat; Sic Iusti, equi iure dici possunt, quinimo Hierem. 4. uelociores aquilis equi eius, In fræno dociles per obedientiam, erectæ ceruicis per spem, aspectu terribiles per ferocem contra malos indignationem, soliæ stabilis per perseuerantiam, uocis inhibilis per laudem, & gratiarum actionem, & malorum redargutionem. Nau. 3. uox flagelli, & uox impetus rotæ & equi frementis, & quadigæ feruentis. Super istos ascendit Dominus, hos querit inquam ueloces scilicet in operibus suis, uelociores aquilis equi eius, Non pigros uel lentos expostulat, quare in lege offerri renuebat

bat primogenitum asini, qui tardus & morosus ac negligens est, Hi huius mundi mare percurrunt, Dominumque semper secum deferunt & saluantur, & quadrigæ tuæ saluatio. Sanè prædestinati subitò ac peccauerint de remedio ac medicina cogitant. Ad hunc enim sensum explicat D. Theodoretus illud cant. 4. Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de Galaad. Mons Galaad medicinis abundat, iuxta illud Hierem. 8. Nunquid resina non est in Galaad? cur capilli sponsæ, quib. cogitationes intelliguntur, capris in monte illo depascentibus comparantur? Nimirum quia Animæ Sanctæ cogitationes, semper peccatorum medicinæ intentæ esse debent. Paraphrasis Caldaica. sic legit. Filij congregationis tuæ iusti, sicut filij Iacob qui collegerunt lapides & fecerunt aceruum in monte Galaad. videturq; in hoc tangere historiam, Gen. 31. vbi dicitur, Cum Iacob cum vxoribus & filijs in domum patris, regrederetur, Laban persecutus est eum vsq; ad montem Galaad, sed cum Dominus nocte illi apparens iussisset eidem, ne quicquam illi malefaceret, cum eo in eo monte amicitias inijt, & in signum fœderis aceruũ lapidum congregauerunt, quem aceruum testimonij appellauerunt: Innuit Spiritus Sanctus his verbis quod Iusti qui filij Iacob per imitationem nuncupantur, si aliquando illis contingat à Deo per culpam recedere, statim tamen cum eo amicitiam & pactum faciunt, sicut Iacob cum Laban fecit, & hoc quidem in principio itineris non in fine, quia iam vitę itinere completo nullus resarciendæ amicitiæ locus erit.

Profectò qui amore ducitur minimè est morosus, sed actiuus & velox, Plato enim in Phædro docet, hoc nomen, Amor, Græcum esse nomen, & quidem à vehementia, & fortitudine desumptum, vnde Amantes, vehementes sunt, actiui, & fortes circa ea quæ amant. Idem verò Plato in Simpos. ait, Nec quisquam adeò ignauus est quem amor non inflammet, & ad virtutem diuinum reddat, vt viro fortissimo par euadat. Ratio verò huius ea esse potest quam D. August. in manua. affert, dicens, Amor vbi venerit, cæteros in se omnes traducit & captiuat affectus. Nec retardatur amans ex rei difficultate erga amatum, quoniam Vt ait Cicero, Nihil difficile amanti. Hinc Prædestinati citò ad Deum conuertuntur.

Dicunt

Dicunt nonnulli lento pede procedendum, & hoc virtuosum fore, Quippè Ignauia simulachrum est, vel potius simia patientiæ. Cæterum nos miseri feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cælestibus sumus, & summam in rebus paruis exhibentes alacritatem, ad maiora torpescimus, Considerare pudet quantus sit feruor in sæculo, qua cura singula quæque studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur, litterarū ardor nulla prorsus ætate extinguitur, imò, vt sæculari vtar sententia, ipsa magis ætate inflammatur, Delitiarum ardor insatiabilis est, & expleri nescit honorum cupido. eia nostrū est voluptatis ardorem maiori Christi amore restringere, & lasciuiæ iumentum frænis inediæ subiugare, vt sessorem Spiritum sanctum moderato atque composito portet incessu.

Sic ne fratres ardentes in terrenis sumus in cælestibus tepidi? De Angelo qui ad sepulchrum Domini residebat, ait Mattheus. Erat aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix, quid est hoc? Descendunt vtraque de cælo Fulgur & nix, sed in niue multa frigiditas, in fulgure ardor immensus, quomodo ergo sibi facies ignea & niuea sociatur? quomodo enim niuem illam fulgur non liquefacit, aut ipsa fulgur si preualuit non extinguit? imò verò si ab initio Deus hominem vestis indignum non creauit sed indigentiā hanc reatus preuaricationis inuexit, ad quid etiam Angelo vestis fuit? Sed Angelus ille talis apparuit qualem hominibus expedire nouerat ille qui misit, siquidem & aspectus ille fulgureus, feruorem sacrę intentionis, & niuea Vestis frigiditatem pariter & nitorem comendat corporeæ castitatis: Nā & Dominus calidos nos inuenire optat, & frigidos, calidos velut in intuitu cordis nostri, frigidos foris in habitu corporis incorrupti, Cæterum ex ingenti aliqua formidine interdum nascitur audacia eius rei perpetrandæ quam nemo aggredi antea ausus esset, nempe è summa desperatione queritur spes,

Feruidi esse debemus in his quæ ad salutem spectant, & citò conuerti debemus ad Deum, Conuersio nanque dilata est difficilior, quandoquidem qui diu distulit conuerti, dissipauit in se bona naturæ, Virtutes enim naturales quas in pueritia habebat amisit, scilicet Virginitatem, Innocentiam, humilitatem; Facilius est aliquem ditari quantum ad diuitias

huius

huius sæculi, qui habet multa bona sibi à parentibus dimissa, quam qui bona paterna iam consumpsit, sic paruulus qui bona naturæ habet facilius ditari potest diuitijs spiritualibus. quam ille qui peccando naturæ bona consumpsit. Properate fratres, Per torporem (inquit Isidor. soliloq. lib. 2.) Vires & ingenium defluunt, Qui sectatur otium (Salomon, pro. 28.) repl. bitur egestate, Pigritia (inquit Seneca lib. de benef.) est nutrix egestatis.

Mora sua cuilibet est nociua, præstolandum est in pænitentia post peccatum perpetratum. sed super nos miseros dolet Dauid Proph. dicens. In imaginem pertransit homo, sed & frustra conturbatur. vidistis pictum Herculem serpentis caput amputantem, Hodieque hoc facientem vidistis, sed cras idem videbitis, & semper; Ita infælix quis, hodie affirmat vitiorum capita veneno plena tollere velle, sed ehus, vnquam ad hoc venit, In Imaginem pertransit, Nauem pictam videtis, in portum iam iam ingredi dicitis, sed non mouetur, moratur, In Imaginem pertransit homo, sed & frustra conturbatur, sed animaduertite. Mora sua cuilibet est nociua. Verum quidem est quod velox consilium (Seneca) sequitur pænitentia, Cæterum spectat ad prudentiæ perfectionem, secundum philosophum in ethicis, post maturata consilia velocius exequi consiliata, Nam mora sua cuilibet est nociua, precipuè vbi ingens imminet periculum, cum mala per longas conualuere moras.

Vis verò videre malum cui singulariter subiaces dum tardas ad Dominum conuerti? Ecce, sententiæ diuinæ subiaces in infernum damnatus, de simili enim affirmat Dominus. Io. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Sed dicis quo pacto iam iste peccator iudicatus est, si nundum Iudicij adest tempus? Respondet D. Chrisost. hom. 27. in cap. 3. Io. Quemadmodum homicida & si Iudicis sententia sit indemnatus, damnatur tamen ipsius rei natura, Ita & incredulus, siquidem, & Adam qua die comedit de ligno mortuus est, ea enim lata est sententia, In quacunque die comederitis de ligno morte moriemini, At, qui viuebat quomodo mortuus est? Diuina sententia, & rei natura quippè qui seipsum supplicio facit obnoxium sub supplicio est si non re, tamen sententia. Tu ergo in porta es inferni, & ibi permanes, Reuertere, reuertere

tere miser, Mora sua cuilibet est nociua.

Festina frater ad ea quæ salutis sunt. *Iosuæ* 2. legitur de muliere illa Raab quæ exploratores *Iosue* liberauit, quod ipsa petijt, vt cum ipsi reuerterentur cum exercitu ad prædam Hierico, misererentur Domui sue & suis, Ipsi vero promiserunt, si tamen ipsa signum in fenestra funiculum poneret, ad hoc vt eam domum suam fore agnoscerent, & illa respondit, sicut locuti estis ita fiat, dimittensque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra; confestim absq; dilatione funiculum ad fenestram posuit, nulla interposita mora: sed Cur Raab tam cito hoc agis? non veniet modo exercitus, expecta paululum, prius mænia Ciuitatis circundari videbis, & tunc pones funiculum. Nequaquam, illicò signum ponam, in eo enim tota mei & domus meæ salus, salus mea ab hoc signo pendet, cur expectabo, forsitan tunc non sufficiet tempus, dum adest tempus appendo funiculum, si expectabo morosa, forsitan vel aliquod superueniet impedimentum, vel tale opus negligam. Si verò pro temporali salute tanta adhibetur diligentia, cur pro spirituali minores sumus & morosi? certò fatemur neccessariam pænitentiam, cur ergo de die in diem pænitere tardamus?

Nimis tardè adhibetur sal vel myrrha penitentiæ hominibus peccatis assuetis, sicut carnes tarde sale condiuntur quæ iam scaturiunt vermibus; De his ait Dauid, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Vitia adolescentię si homo in his perseueret, similia sunt guttæ quæ ossa subintrat, quæ vix curatur, vnde Iob 20. ait. ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius & cum eo in puluere dormient. Hinc Salomon prou. 22. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Sanctissimè admonebat adolescentes Bias Pireneus, vt viaticum sibi ad senectutem sapientiam compararent, quod sola ea esset vera, certaque possessio. Nam sicuti per serenum æstatis tempus ea parantur quæ sub pluuiosa duraq; hyeme neccessaria videntur, Ita & ab adolescentia, boni mores bonæque disciplinæ quæ senectutem postea consolentur parari debent.

Casus. Potest ne quis in fine vitæ suæ moram purgare, & ad Dominum conuerti? Respondeo, quoad Deum vsque ad extremum animæ exitum semper locus est penitentiæ, & venia,

niæ, Dominus enim vineæ est Deus, qui etiam illis qui vltima hora veniunt mercedem tribuit, Propterea ante oculos agonizantis Crucifixus Dominus præponitur, vt quippè sciat agonizans, quod & si ad extremum cum latrone dumtaxat veniam & paradisum petat, cum latrone audiet, Mecum eris in paradiso, Diues n. est in misericordia Dominus, qui & Pater misericordiarum iure nuncupatur, quia sicut Eternus Pater semper Filium generat; Ita semper misericordiã producit. Verùm difficultas maxima ex parte nostri est, Perditio tua ex te. quia malo assuetus, Dominum nesciens, Dominum non amàs tunc, esto ipsum timeas, Hoc fassus est Dauid dicens erga Omnipotentem, Non est in morte qui memor sit tui. Intellige per amorem.

Hinc procrastinantibus in peccato cõuenire mihi videtur quod de babylone cecinit Sophon. 2. dicens, Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. erunt, inquit, Aues nocturnæ in fenestris garrientes, & cantantes, & coruus in superliminari; quod licet de babylone sit dictum, de nostra Ecclesia intelligi posse affirmat D. Hieronim. vbi non deficiunt nocturnæ aues in tenebris vitiorum vitam transigentes, Corui etiam in superliminaribus, Corui cantus est, Cras, Cras, sic Infiniti sunt Peccatores, de quorum ore cantus hic semper egreditur, Cras pænitentiam agam, Cras concubinam dimittam, cras confitebor, Cras satisfaciam, Cras honorem, & diuitias male partas restituam. Et nunquã ad finem huius Cras deueniunt. Sed aduertit ipse Hieronim. quod loco illius dictionis, Coruus, Aquila vertit, Gladium, Alij, siccitatem. Quare sensus erit quod illi qui tanquam feræ Siluestres ad ostium Speluncæ & foueæ peccati in quo existunt voces inutiles emittunt, & foras per veram confessionem egredi nolunt, in superliminari huius vitæ, scilicet in morte nil aliud quàm Gladium diuinæ Iustitiæ ad scelera sua vindicanda inuenient, reperientque siccitatem animabus suis valdè nociuam, quia rore cælestis gratiæ minimè perfundentur. O quàm nociua mora.

Legitur 2. reg. 2. quod cum in quodam bello quod cum Ioab habuit Abner, Aduerteret Abner populi cladem, dixit ad Ioab, nunquid vsque ad interitionem deseuiet tuus mucro?

petebat enim his verbis inducias; Cui Ioab respondit, viuit Dominus, si locutus fuisses mane recessisset populus persequens fratrem suum, Ac si diceret, serò sapuisti, Iam enim damna reparari non possunt, sic profectò mihi viden tur facere permulti peccantes, qui toto vitæ suæ tempore cum Deo omnipotenti arma gerunt, & cum nox mortis imminet tunc inducias postulant, & pacem cum illo inire contendunt, quod quidem non ex vera cordis contritione ortum habet neque ex amore procedit, sed ex seruili timore, Gladium enim Dei pauidi super se irruentem prospiciunt, Mortem ex aduerso expectantem, Quare Deus respondet, Viuo ego, si mane loquuti fuissetis, & c. pepercissem, sed quia tardi & morosi, & ex timore modo veniam petitis, ideo Ite in ignem æternum.

Adde quod tu inexpertus es ad pugnam cum diabolo, cũ enim sanus es diabolum vincere non queris, multo minus ergo Vinces cum infirmaberis, tunc verò maxima pugna Demonum contra te erit, ergo ex infirmitate & inexperientia succumbes. scribit Cyrillus ad August. de transitu eusebij quod die qua moriturus erat ante Beatæ animæ exitum per duas horas, coopertus sacco quo operiebatur Diu. Hieronimus venerabilis eusebius, cepit ita terribiles actus peragere quod circumstantes monach. pauore perterriti timentes in terra iacebant, Nam quandoque transuersis oculis, manibus simul iunctis, voce dura, facieque terribili clamabat, Non faciam, Non faciam, Mentiris, Mentiris; Post hoc ad terram inclinans faciem in terra eam firmabat, quantum poterat clamans, Adiuuate me fratres, ne peream, quod monachi videntes, oculis lachrimantibus, pauidi eum interogauerunt, quid hoc esset? Ad quos ille, Non ne vidistis demonum agmina, qui me debellare cupiebant? Et illi quid tibi facere volebant, cum dicebas, Non faciam, Mentiris? Ait, conabantur, Vt Dei nomen blasphemarem, tunc enim hoc facere negabam, & clamabam; At illi, quare pater abscondebas faciem tuam in terram? Respondit, Ne eorum conspectum viderem, qui tam turpis & terribilis est, quod omnes terrores qui sunt in mundo respectu eius nihil sunt. Tandem apparente glorioso Hieronimo fæliciter expirauit. Si ergo amicus Dei tam durum prælium cum Diabolis

bolis congressus est,& timebat, quid de Inimicis Dei contra diabolum bellare nescientes? Ne tardes ergo frater conuerti ad Deum (Eccles. 5.) Mora sua crid. est nociua. Intempestiuè aliquem iuuare est ei impedimento esse, si hoc circa alios euenit, idem circa nos ipsos.

Properate fratres, vt enim docet Boetius, de Discipl. Schol. sicut in vnoquoque mater est diligentia, Ita Vniuersæ doctrinæ, & disciplinæ nouerca est negligentia. Properate in patriam ingredi cælestem. Cyprian. li. de mort. ser. 4. Quis, inquit, non peregrè constitutus properaret in patriam regredi, Quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidus optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus, Parentes, Patriarchas habere iam cepimus quid non properamus,& cur rimus vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus? Magnus illis Carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos,& copiosa turba desiderat.

Morosa in cogitatione Delectatio, Peccatum ne est mortale? Dicimus quod Interior peccati cogitatio sine operis cōsensu, non vtique gratiam tollit, nec merita euacuat præcedentia, Verùm si talis cogitatio cum delectatione est morosa, tunc mortalis est culpa. Exemplum huius est, Quia voluntas Testatoris imperfecta, solemne non tollit precedens testamentum, sed cum decennio tollit C. de testamentis l. scimus, Sicut ergo temporis morositas imperfectam testatoris autenticat voluntatem. Sic etiam peccatoris morositas interioris cogitationis augmentat culpam. Vnde peruersæ cogitationes, sicut dicitur. Sap. 1. Separant à Deo quando vz. sunt morosæ. & Ideo sicut dicit Isidor. Cum te titillat cogitatio, cum tibi aliquid suggerit illicitum, non ibi teneas animum, calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initium, est n. periculum in mora. Mora sua cuilib. e. n.

Mora sua cuilibet est nociua. Sistere non debemus sed progredi. Quæritur in sexta collat. Io. Cass. Si potest mens nostra vnum iugiter retinere statum, & in eadem semper persistere qualitate, Respondet verò Theodorus, necesse est secundum Apostolum, vt aut renouatus quis Spiritu mentis suæ per singulos dies proficiat, seque ad ea quæ antea sunt

Sanè optimi sunt ad institutionem morum primi quinque anni, habent n. in se lentum quiddam & molle quod facilè formari queat, atque ad arbitrium volentis trahi, & in cunctis ferè rebus citius assuescitur omne quod tenerum est, ipsa quoque litterarum studia teneris melius inserũtur ingenijs, idq; penitus inherere sensibus solet quod prius sederit in mente.

Mora sua cuilibet est nociua. Veloces expostulat Dominus. Prodigij instar est quod per Proph. Abac. 3. memoratur, cum scilicet Deum alloquens, inquit. Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio, viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Fatetur enim se vidisse propheta Deum ipsum equos ascendentem, & Aurigæ instar, currum & quadrigam ducentem, & hoc non in planicie alia, quàm in immenso mari, Prodigiosa sanè visio, cernere currum ac si nauis in medio maris esset, trahi nec submergi, Quadrigam finxerunt Poetæ, in qua Apollo nouem comitatus musis vehebatur, quia vz. Deus sciẽtiarum in tali quadriga specialiter moratur, vbi à musis, hoc est ab Angelis, Sanctus iugiter decantantibus comitatur, Finxerunt etiam quod Currus solus traheretur, & à Febo gubernaretur quod Deo quidem competit qui cuncta quæ supra, & infra solem sunt gubernat. sed melius dicamus, equi supra quos Deus ascendit reuerà predestinati sunt, qui equorum more ad voluntatem sui rectoris Dei per promptam ducuntur obedientiam, Agiles quippè & prompti, forsan signati per fictitium equum qui Pegasus dicebatur, qui iuxta fabulas alas in pedibus habebat, & per aera uolando magistrum suum Perseum una die ab oriente in occidentem usque portabat; Sic Iusti, equi iure dici possunt, quinimo Hierem. 4. uelociores aquilis equi eius, In fræno dociles per obedientiam, erectæ ceruicis per spem, aspectu terribiles per ferocem contra malos indignationem, soliæ stabilis per perseuerantiam, uocis inhibilis per laudem, & gratiarum actionem, & malorum redargutionem, Nau. 3. uox flagelli, & uox impetus rotæ & equi frementis, & quadigæ feruentis. Super istos ascendit Dominus, hos querit inquam ueloces scilicet in operibus suis, uelociores aquilis equi eius, Non pigros uel lentos expostulat, quare in lege offerri tenuebat

bat primogenitum asini, qui tardus & morosus ac negligens est, Hi huius mundi mare percurrunt, Dominumque semper secum deferunt & saluantur, & quadrigæ tuæ saluatio.

Sanè prædestinati subitò ac peccauerint de remedio ac medicina cogitant. Ad hunc enim sensum explicat D. Theodoretus illud cant. 4. Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de Galaad. Mons Galaad medicinis abundat, iuxta illud Hierem. 8. Nunquid resina non est in Galaad? cur capilli sponsæ quib. cogitationes intelliguntur, capris in monte illo depascentibus comparantur? Nimirum quia Animæ Sanctæ cogitationes, semper peccatorum medicinæ intentæ esse debent. Paraphrasis Caldaica, sic legit. Filij congregationis tuæ iusti, sicut filij Iacob qui collegerunt lapides & fecerunt aceruum in monte Galaad. videturq; in hoc tangere historiam, Gen. 31. vbi dicitur, Cum Iacob cum vxoribus & filijs in domum patris, regrederetur, Laban persecutus est eum vsq; ad montem Galaad, sed cum Dominus nocte illi apparens iussisset eidem, ne quicquam illi malefaceret, cum eo in eo monte amicitias inijt, & in signum fœderis aceruũ lapidum congregauerunt, quem aceruum testimonij appellauerunt: Innuit Spiritus Sanctus his verbis quod Iusti qui filij Iacob per imitationem nuncupantur, si aliquando illis contingat à Deo per culpam recedere, statim tamen cum eo amicitiam & pactum faciunt, sicut Iacob cum Laban fecit, & hoc quidem in principio itineris non in fine, quia iam vitę itinere completo nullus resarciendæ amicitiæ locus erit.

Profectò qui amore ducitur minimè est morosus, sed actiuus & velox, Plato enim in Phædro docet, hoc nomen, Amor, Græcum esse nomen, & quidem à vehementia, & fortitudine desumptum, vnde Amantes, vehementes sunt, actiui, & fortes circa ea quæ amant. Idem verò Plato in Simpos. ait, Nec quisquam adeò ignauus est quem amor non inflammet & ad virtutem diuinum reddat, vt viro fortissimo par euadat. Ratio verò huius ea esse potest quam D. August. in manua. affert, dicens, Amor vbi venerit, cæteros in se omnes traducit & captiuat affectus. Nec retardatur amans ex rei difficultate erga amatum, quoniam Vt ait Cicero, Nihil difficile amanti. Hinc Prædestinati citò ad Deum conuertuntur.

Dicunt

Dicunt nonnulli lento pede procedendum, & hoc virtuosum fore, Quippe Ignauia simulachrum est, vel potius simia patientiæ. Cæterum nos miseri feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cælestibus sumus, & summam in rebus paruis exhibentes alacritatem, ad maiora torpescimus, Considerare pudet quantus sit feruor in sæculo, qua cura singula queque studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur, litterarũ ardor nulla prorsus ætate extinguitur, imò, vt sæculari vtar sententia, ipsa magis ætate inflammatur, Deliciarum ardor insatiabilis est, & expleri nescit honorum cupido. eia nostrũ est voluptatis ardorem maiori Christi amore restringere, & lasciuiæ iumentum frænis inediæ subiugare, vt sessorem Spiritum sanctum moderato atque composito portet incessu.

Sic ne fratres ardentes in terrenis sumus in cælestibus tepidi? De Angelo qui ad sepulchrum Domini residebat, ait Mattheus. Erat aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix, quid est hoc? Descendunt vtraque de cælo Fulgur & nix, sed in niue multa frigiditas, in fulgure ardor immensus, quomodo ergo sibi facies ignea & niuea sociatur? quomodo enim niuem illam fulgur non liquefacit, aut ipsa fulgur si preualuit non extinguit? imò verò si ab initio Deus hominem vestis indignum non creauit sed indigentiã hanc reatus preuaricationis inuexit, ad quid etiam Angelo vestis fuit? Sed Angelus ille talis apparuit qualem hominibus expedire nouerat ille qui misit, siquidem & aspectus ille fulgureus, feruorem sacrę intentionis, & niuea Vestis frigiditatem pariter & nitorem comendat corporeæ castitatis; Nã & Dominus calidos nos inuenire optat, & frigidos, calidos velut in intuitu cordis nostri, frigidos foris in habitu corporis incorrupti, Cæterum ex ingenti aliqua formidine interdum nascitur audacia eius rei perpetrandæ quam nemo aggredi antea ausus esset, nempe è summa desperatione queritur spes.

Feruidi esse debemus in his quæ ad salutem spectant, & citò conuerti debemus ad Deum, Conuersio nanque dilata est difficilior, quandoquidem qui diu distulit conuerti, dissipauit in se bona naturæ, Virtutes enim naturales quas in pueritia habebat amisit, scilicet Virginitatem, Innocentiam, humilitatem; Facilius est aliquem ditari quantum ad diuitias

huius

huius sæculi, qui habet multa bona sibi à parentibus dimissa, quam qui bona paterna iam consumpsit, sic paruulus qui bona naturæ habet facilius ditari potest diuitijs spiritualibus, quam ille qui peccando naturæ bona consumpsit. Properate fratres, *Per torporem* (inquit Isidor. soliloq. lib. 2.) *Vires & ingenium defluunt*, *Qui sectatur otium* (Salomon, pro. 28.) *replebitur egestate*, *Pigritia* (inquit Seneca lib. de benef.) *est nutrix egestatis*.

Mora sua cuilibet est nociua, præstolandum est in pœnitentia post peccatum perpetratum. sed super nos miseros dolet Dauid Proph. dicens. *In imaginem pertransit homo, sed & frustra conturbatur*. vidistis pictum Herculem serpentis caput amputantem, Hodieque hoc facientem vidistis, sed cras idem videbitis, & semper; Ita infælix quis, hodie affirmat vitiorum capita veneno plena tollere velle, sed eheu, vnquam ad hoc venit, *In Imaginem pertransit*, Nauem pictam videtis, in portum iam iam ingredi dicitis, sed non mouetur, moratur, *In Imaginem pertransit homo, sed & frustra conturbatur*, sed animaduertite. Mora sua cuilibet est nociua. Verum quidem est quod velox consilium (Seneca) sequitur pænitentia, Cæterum spectat ad prudentiæ perfectionem, secundum philosophum in ethicis, post maturata consilia velocius exequi consiliata, Nam mora sua cuilibet est nociua, precipuè vbi ingens imminet periculum, cum mala per longas conualuere moras.

Vis verò videre malum cui singulariter subiaces dum tardas ad Dominum conuerti? Ecce, sententiæ diuinæ subiaces in infernum damnatus, de simili enim affirmat Dominus. Io. 3. *Qui non credit iam iudicatus est*. Sed dicis quo pacto iam iste peccator iudicatus est, si nundum Iudicij adest tempus? Respondet D. Chrisost. hom. 27. in cap. 3. Io. *Quemadmodum homicida & si Iudicis sententia sit indemnatus, damnatur tamen ipsius rei natura, Ita & incredulus, siquidem, & Adam qua die comedit de ligno mortuus est, ea enim lata est sententia, In quacunque die comederitis de ligno morte moriemini, At, qui viuebat quomodo mortuus est? Diuina sententia, & rei natura quippè qui seipsum supplicio facit obnoxium sub supplicio est si non re, tamen sententia*. Tu ergo in porta es inferni, & ibi permanes, Reuertere, reuer-

tere

tere miser, Mora sua cuilibet est nociua.

Festina frater ad ea quæ salutis sunt. *Iosuæ* 2. legitur de muliere illa Raab quæ exploratores *Iosue* liberauit, quod ipsa petijt, vt cum ipsi reuerterentur cum exercitu ad prædam Hierico, misererentur Domui sue & suis, ipsi vero promiserunt, si tamen ipsa signum in fenestra funiculum poneret, ad hoc vt eam domum suam fore agnoscerent, & illa respondit, sicut locuti estis ita fiat, dimittensque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra; confestim absq; dilatione funiculum ad fenestram posuit, nulla interposita mora: sed Cur Raab tam cito hoc agis? non veniet modo exercitus, expecta paululum, prius mænia Ciuitatis circundari videbis, & tunc pones funiculum. Nequaquam, illicò signum ponam, in eo enim tota mei & domus meæ salus, salus mea ab hoc signo pendet, cur expectabo, forsitan tunc non sufficiet tempus, dum adest tempus appendo funiculum, si expectabo morosa, forsitan vel aliquod superueniet impedimentum, vel tale opus negligam. Si verò pro temporali salute tanta adhibetur diligentia, cur pro spirituali minores sumus & morosi? certò fatemur neccessariam pænitentiam, cur ergo de die in diem pænitere tardamus?

Nimis tardè adhibetur sal vel myrrha penitentiæ hominibus peccatis assuetis, sicut carnes tarde sale condiuntur quæ iam scaturiunt vermibus; De his ait Dauid, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Vitia adolescentię si homo in his perseueret, similia sunt guttæ quæ ossa subintrat, quæ vix curatur, vnde Iob 20. ait. ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius & cum eo in puluere dormient. Hinc Salomon prou. 22. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Sanctissimè admonebat adolescentes Bias Pireneus, vt viaticum sibi ad senectutem sapientiam compararent, quod sola ea esset vera, certaque possessio. Nam sicuti per serenum æstatis tempus ea parantur quæ sub pluuiosa duraq; hyeme neccessaria videntur, Ita & ab adolescentia, boni mores bonæque disciplinæ quæ senectutem postea consolentur parari debent.

Casus. Potest ne quis in fine vitæ suæ moram purgare, & ad Dominum conuerti? Respondeo, quoad Deum vsque ad extremum animæ exitum semper locus est penitentiæ, & ve-

niæ,

niæ, Dominus enim vineæ est Deus, qui etiam illis qui vltima hora veniunt mercedem tribuit, Propterea ante oculos agonizantis Crucifixus Dominus præponitur, vt quippè sciat agonizans, quod & si ad extremum cum latrone dumtaxat veniam & paradisum petat, cum latrone audiet, Mecum eris in paradiso, Diues n. est in misericordia Dominus, qui & Pater misericordiarum iure nuncupatur, quia sicut Eternus Pater semper Filium generat; Ita semper misericordiā producit. Verùm difficultas maxima ex parte nostri est, Perditio tua ex te, quia malo assuetus, Dominum nesciens, Dominum non amas tunc, esto ipsum timeas, Hoc fassus est Dauid dicens erga Omnipotentem, Non est in morte qui memor sit tui. Intellige per amorem.

Hinc procrastinantibus in peccato cōuenire mihi videtur quod de babylone cecinit Sophon. 2. dicens, Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. erunt, inquit, Aues nocturnæ in fenestris garrientes, & cantantes, & coruus in superliminari; quod licet de babylone sit dictum, de nostra Ecclesia intelligi posse affirmat D. Hieronim. vbi non deficiunt nocturnæ aues in tenebris vitiorum vitam transigentes, Corui etiam in superliminaribus, Corui cantus est, Cras, Cras, sic Infiniti sunt Peccatores, de quorum ore cantus hic semper egreditur, Cras pænitentiam agam, Cras concubinam dimittam, cras confitebor, Cras satisfaciam, Cras honorem, & diuitias male partas restituam. Et nunquā ad finem huius Cras deueniunt. Sed aduertit ipse Hieronim. quod loco illius dictionis, Coruus, Aquila vertit, Gladium, Alij, siccitatem. Quare sensus erit quod illi qui tanquam feræ Siluestres ad ostium Speluncæ & foueæ peccati in quo existunt voces inutiles emittunt, & foras per veram confessionem egredi nolunt, in superliminari huius vitæ, scilicet in morte nil aliud quàm Gladium diuinæ Iustitiæ ad scelera sua vindicanda inuenient, reperientque siccitatem animabus suis valdè nociuam, quia rore cælestis gratiæ minimè perfunden tur. O quàm nociua mora.

Legitur 2. reg. 2. quod cum in quodam bello quod cum Ioab habuit Abner, Aduerteret Abner populi cladem, dixit ad Ioab, nunquid vsque ad interitionem deseuiet tuus mucro?

petebat enim his verbis inducias; Cui Ioab respondit, viuit Dominus, si locutus fuisses mane recessisset populus persequens fratrem suum, Ac si diceret, serò sapuisti, Iam enim damna reparari non possunt. sic profectò mihi videntur facere permulti peccantes, qui toto vitæ suæ tempore cum Deo omnipotenti arma gerunt, & cum nox mortis imminet tunc inducias postulant, & pacem cum illo inire contendunt, quod quidem non ex vera cordis contritione ortum habet neque ex amore procedit, sed ex seruili timore, Gladium enim Dei pauidi super se irruentem prospiciunt, Mortem ex aduerso expectantem, Quare Deus respondet, Viuo ego, si mane loquuti fuissetis,& c.pepercissem, sed quia tardi & morosi, & ex timore modo veniam petitis, ideo Ite in ignem æternum.

Adde quod tu inespertus es ad pugnam cum diabolo, cũ enim sanus es diabolum vincere non queris, multo minus ergo Vinces cum infirmaberis, tunc verò maxima pugna Demonum contra te erit, ergo ex infirmitate & in experientia succumbes. scribit Cyrillus ad August. de transitu eusebij quod die qua moriturus erat ante Beatæ animæ exitum per duas horas. coopertus sacco quo operiebatur Diu. Hieronimus venerabilis eusebius, cepit ita terribiles actus peragere quod circumstantes monach. pauore perterriti timentes in terra iacebant, Nam quandoque transuersis oculis, manibus simul iunctis, voce dura, facieque terribili clamabat, Non faciam, Non faciam, Mentiris, Mentiris; Post hoc ad terram inclinans faciem in terra eam firmabat, quantum poterat clamans, Adiuuate me fratres, ne peream, quod monachi videntes, oculis lachrimantibus, pauidi eum interogauerunt, quid hoc esset? Ad quos ille, Non ne vidistis demonum agmina, qui me debellare cupiebant? Et illi quid tibi facere volebant, cum dicebas, Non faciam, Mentiris? Ait, conabantur, Vt Dei nomen blasphemarem, tunc enim hoc facere negabam, & clamabam; At illi, quare pater abscondebas faciem tuam in terram? Respondit, Ne eorum conspectum viderem, qui tam turpis & terribilis est, quod omnes terrores qui sunt in mundo respectu eius nihil sunt. Tandem apparente glorioso Hieronimo fæliciter expirauit. Si ergo amicus Dei tam durum prælium cum Diabolis

bolis congressus est,& timebat, quid de Inimicis Dei contra diabolum bellare nescientes? Ne tardes ergo frater conuerti ad Deum (Eccles. 5.) Mora sua crid. est nociua, Intempestiuè aliquem iuuare est ei impedimento esse, si hoc circa alios euenit, idem circa nos ipsos.

Properate fratres, vt enim docet Boetius, de Discipl. Schol. sicut in vnoquoque mater est diligentia, Ita Vniuersæ doctrinæ, & disciplinæ nouerca est negligentia. Properate in patriam ingredi cælestem. Cyprian.li.de mort.ser.4. Quis, inquit, non peregrè constitutus properaret in patriam regredi, Quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidus optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus, Parentes, Patriarchas habere iam cepimus quid non properamus, & currimus vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus? Magnus illis Carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos, & copiosa turba desiderat.

Morosa in cogitatione Delectatio, Peccatum ne est mortale? Dicimus quod Interior peccati cogitatio sine operis cōsensu, non vtique gratiam tollit, nec merita euacuat præcedentia, Verò si talis cogitatio cum delectatione est morosa, tunc mortalis est culpa. Exemplum huius est, Quia voluntas Testatoris imperfecta, solemne non tollit precedens testamentum, sed cum decennio tollit C.de testamentis l.scimus, Sicut ergo temporis morositas imperfectam testatoris autenticat voluntatem. Sic etiam peccatoris morositas interioris cogitationis augmentat culpam. Vnde peruersæ cogitationes, sicut dicitur. Sap.1. Separant à Deo quando vz. sunt morosæ. & Ideo sicut dicit Isidor. Cum te titillat cogitatio, cum tibi aliquid suggerit illicitum, non ibi teneas animum calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initium, est n. periculum in mora. Mora sua cuilib. e. n.

Mora sua cuilibet est nociua. Sistere non debemus sed progredi. Queritur in sexta collat. Io. Cass. Si potest mens nostra vnum iugiter retinere statum, & in eadem semper persistere qualitate, Respondet verò Theodorus, necesse est secundum Apostolum, vt aut renouatus quis Spiritu mentis suæ per singulos dies proficiat, seque ad ea quæ antea sunt

perebat enim his verbis inducias; Cui Ioab respondit, viuit Dominus, si locutus fuisses mane recessisset populus persequens fratrem suum, Ac si diceret, sero sapuisti, Iam enim damna reparari non possunt, sic profectò mihi videntur facere permulti peccantes, qui toto vitæ suæ tempore cum Deo omnipotenti arma gerunt, & cum nox mortis imminet tunc inducias postulant, & pacem cum illo inire contendunt, quod quidem non ex vera cordis contritione ortum habet neque ex amore procedit, sed ex seruili timore, Gladium enim Dei pauidi super se irruentem prospiciunt, Mortem ex aduerso expectantem, Quare Deus respondet, Viuo ego, si mane loquuti fuissetis, & c. pepercissem, sed quia tardi & morosi, & ex timore modo veniam petitis, ideo Ite in ignem æternum.

Adde quod tu inexpertus es ad pugnam cum diabolo, cū enim sanus es diabolum vincere non queris, multo minus ergo Vinces cum infirmaberis, tunc verò maxima pugna Demonum contra te erit, ergo ex infirmitate & inexperientia succumbes. scribit Cyrillus ad August. de transitu eusebij quod die qua moriturus erat ante Beatæ animæ exitum per duas horas. coopertus sacco quo operiebatur Diu. Hieronimus venerabilis eusebius, cepit ita terribiles actus peragere quod circumstantes monach. pauore perterriti timentes in terra iacebant, Nam quandoque transuersis oculis, manibus simul iunctis, voce dura, facieque terribili clamabat, Non faciam, Non faciam, Mentiris, Mentiris; Post hoc ad terram inclinans faciem in terra eam firmabat, quantum poterat clamans, Adiuuate me fratres, ne peream, quod monachi videntes, oculis lachrimantibus, pauidi eum interogauerunt, quid hoc esset? Ad quos ille, Non ne vidistis demonum agmina, qui me debellare cupiebant? Et illi quid tibi facere volebant, cum dicebas, Non faciam, Mentiris? Ait, conabantur, Vt Dei nomen blasphemarem, tunc enim hoc facere negabam, & clamabam; At illi, quare pater abscondebas faciem tuam in terram? Respondit, Ne eorum conspectum viderem, qui tam turpis & terribilis est, quod omnes terrores qui sunt in mundo respectu eius nihil sunt. Tandem apparente glorioso Hieronimo fæliciter expirauit. Si ergo amicus Dei tam durum prælium cum Diabolis

bolis

bolis congressus est,& timebat, quid de Inimicis Dei contra diabolum bellare nescientes? Ne tardes ergo frater conuerti ad Deum (Eccles. 5.) Mora sua crid. est nociua. Intempestiuè aliquem iuuare est ei impedimento esse, si hoc circa alios euenit, idem circa nos ipsos.

Properate fratres, vt enim docet Boetius, de Discipl. Schol, sicut in vnoquoque mater est diligentia, Ita Vniuersæ doctrinæ, & disciplinæ nouerca est negligentia. Properate in patriam ingredi cælestem. Cyprian.li.de mort.ser.4 Quis, inquit, non peregrè constitutus properaret in patriam regredi, Quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidus optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus, Parentes, Patriarchas habere iam cepimus quid non properamus,& currimus vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus? Magnus illis Carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos,& copiosa turba desiderat.

Morosa in cogitatione Delectatio, Peccatum ne est mortale? Dicimus quod Interior peccati cogitatio sine operis cōsensu, non vtiquè gratiam tollit, nec merita euacuat præcedentia, Verùm si talis cogitatio cum delectatione est morosa, tunc mortalis est culpa. Exemplum huius est, Quia voluntas Testatoris imperfecta, solemne non tollit precedens testamentum, sed cum decennio tollit C.de testamentis l.scimus, Sicut ergo temporis morositas imperfectam testatoris autenticat voluntatem. Sic etiam peccatoris morositas interioris cogitationis augmentat culpam. Vnde peruersæ cogitationes, sicut dicitur. Sap.1. Separant à Deo quando vz sunt morosæ. & Ideo sicut dicit Isidor. Cum te titillar cogitatio, cum tibi aliquid suggerit illicitum, non ibi teneas animum, calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initium, est n. periculum in mora. Mora sua cuilib. e. n.

Mora sua cuilibet est nociua. Sistere non debemus sed progredi. Queritur in sexta collat. Io. Cass. Si potest mens nostra vnum iugiter retinere statum,& in eadem semper persistere qualitate, Respondet verò Theodorus, necesse est secundum Apostolum, vt aut renouatus quis Spiritu mentis suæ per singulos dies proficiat, seque ad ea quæ antea sunt

semper extendens, aut si neglexerit consequens est, vt retro redeat atque in deterius relabatur, quapropter istud erit eui dens nostri indicium Detrimenti, si intellexerimus nos nihil amplius acquisiuisse. nec dubitemus nos retrorsum omnimodis reuocatos qua die non senserimus ad superiora progressos, quia nec in eodem statu potest mens hominis iugiter permanere, Necceſſe est enim aut aliquid adijci virtutibus, aut aliquid minui, Nullaq; in omni creatura talis poterit esse perfectio quę mutabilitati non subiaceat vel passioni, solum namque Deum immutabilem confitemur.

Cur progredimur? Nemo certè in illo quo profecerit gradu potest esse contentus, & quanto quis fuerit mente purgatus, tanto se sordidiorem videns, magis humilitatis quam elationis inueniet causas, quantoq, pertinacius ad sublimiora conscenderit tanto amplius sibi superesse. quo tendat.

Tardis verò, & pigris naturaliter vinum maximè est proficuũ, Difilus enim Comicus in Atheneum li. 2. Baccum (qui liquore suo cor lætificare dicitur) sapientissimum, suauem, appellat, & ait. Prudentibus ac cordatis omnibus amicissime Bacche atq; sapientissime quàm suauis es, Abiecti magnificè vt sentiant de se tu solus efficis, superciliosis, & tetricis persuades vt rideant, Ignauis vt audeant, vt fortes sint timidi. Sic Demetrius Alicarnaſſens sub titulo Niceratis, vinum equum poetarum vocat sine quo in parnassum progredi nequeunt, & ait. Vinum equus est lepido promptus veloxq; poetæ, si potantur aquæ nil paris egregium. In nuptijs verò Galileæ, Dominus aquam in vinum vertit, vt instar poetarũ nos semper Deo laudes decantemus. Cæterum tunc nos optimum degustamus. vinum cum vinum Sacratissimæ Eucharistiæ sumimus, vinum n. illud est, de quo dicitur, vinum germinans Virgines, Virgines, scilicet, agiles liberos, atq; ad benè operandum paratos, Nimirum si hoc frequenter sumamus Sacramentum, non morosi, non tardi in operibus nostris inueniemur.

Quod si veloces adhuc esse contendimus, Audiamus. De misticis Animalibus quæ Ezechiel tam velociter ad cælum volare vidit, queri posset, Cur cum tam grauia Animalia essent, precipuè, bos, & homo, & leo, graue onus currũ vz. & rotas trahentia, tam velocia nihilominus essent? sed respondet Propheta,

pheta, velocitas hæc in eis fuit, quia Spiritus vitæ erat in rotis; Pagninus vertit, voluntas Animalis erat in rotis. Hoc est, voluntas Aurigæ præsidentis, in rotis erat impressa, vnde vlla uoluebantur resistentia. Hector Lusitan. p Aurigã currus huiusmodi Christũ Dom. intelligit, *Ipse* n. fuit qui quadrigæ suscepit regimen, *Ipse* fuit qui cælorũ nos viã docuit. Vis igitur Christianæ uelox iter hoc conficere? Cupis ne tribulationũ pondus nihil facere? Amas ne Carnis illecebras cõtemnere? Eia Voluntatẽ Domini, in tuis reponas uisceribus, fac ut Dei uoluntas cordi impressa sit tuo. Pone me, ait Dom. super cor tuum. Per hoc nimirum uoluitur homo. Propriam abijcias uoluntatem, & uolabis & presto eris.


Boué audisti ex Ezechiele currũ trahentẽ uelocẽ; Per Bouẽ, ut Hesichius Hierosol. docet, in sac. litteris *Ille* significatur qui super se Diuinæ fert iugũ legis, Hic uerò uelox in operib. est suis. Perpulchrè quidẽ huius rei Hyeroglphicũ in stẽmatib. apparet Illustr. Card. Doctrina & exẽplis ẽt apud exteras nationes ubique Clarissimi F. Augustini Galaminij, quibus in stemmatib. Boues uolucrũ instar, cęli, Arborem cõscendunt, sanè Nunquid Boues Arborũ fructuũ Cupidi & Anxij? Narrat Dio Cassius (in Vita Adriani) Romæ in Castro S. Ang. mirabili ornamento visum Bouis caput orarijs frugum terræ plenis onustũ, Altissima quidẽ petunt, etiam pingues terræ, qui Arborem vitæ Egregij Doctoris exemplo, terrena despiciunt, Hi fruges perennis vitæ Arboris perfectè colligunt, perpetuoque colligent, Nil eis humilius subiugatur, Nil vtilius operatur. Nil sedulius occupatur.

Deniq; Spiritus Sanc. in ignis forma venit, vt quidẽ Ignei nos, nõ frigidi, nõ negligẽtes simus. Elementũ maximẹ est actiui tatis ignis, sursumq; semper ascendit. Si velox non operaris profectò à te Spiritus Sanc. Ignis recessit. Spiritus Dom. repleuit orbẽ terrarũ, Hominẽ nempè qui paruus est mundus. Festina, ppera Ne tardes, mora sua cuilibet ẽ nociua, Corona verò haud dubiũ uigilantibus datur. Atqui uigilando (ut Hieron. docet) omnis timor excluditur, fiducia nascitur, Caro maceratur, uitia tabescunt, Charitas roboratur; recedit stultitia, accedit prudentia, Mens acuitur, error obtunditur, criminũ caput Diabolus gladio spiritus uulneratur. Vigilate, Abite citò, Ite In pace, Mora sua cuilibet est nociua. &c.

O M E-

OMELIA XXXVII.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, & è contra.



FFRENATA cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia generat, vt nisi *Iustitia* conatus eius sua virtute reprimeret, & questiones ipsius implicitas explicaret, *Ius* humani fœderis litigatorum abusus extingueret, & dato libello repudij, concordia extra mundi terminos exularet; ideoq; lex proditur vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, vt honeste viuat, alterum non lædat, ius suum vnicuiq; tribuat, informatur. Gregor. 9. pref. Decr. en verò vt prædicta seruentur precipuè amplissima affertur regula, Qui sentit onus, sentire debet commodum & è contra, erat enim qui commodo sibi retento alteri onus à se excussum dimittebat, & alij etiam qui sine commodo onera iniustè imponebant reperiebantur, sed bifrontem conspice hominem. *Is* si onere præmitur, honore subleuatur, si pondere grauatur, commodo recreatur, si labore tristatur quiete lætatur. Quid videtis in sunamitide nisi Choros Castrorum. Gaudia ac timores in Castrorum Choreis, *Ita* in hominum quolibet, si commodi lætitia exhilarat, oneris pæna perturbat, Inclinauit homo ex hoc in hoc, & fex eius non est exinanita.

Et quidem proportionalis retributio ex debito legali si est ex pacto ad iustitiam pertinet commutatiuam, & si ex honestatis debito, ad gratiæ virtutem vel ad gratitudinem spectat. D. Th. 1. 2. q. 106. 1. secundum, *Ita* verò iure consequitur onus commodum vt si hominis malitia in hoc sæculo diuisum hoc maneat, omnipotens reparet vel saltim altero

tero

tero sæculo reddat, quare à reparatore dicitur, Beati qui lugent quoniam ipsi cousolabuntur. Quinimò & in hac vita amaro dulce commiscet, & si tenebrarum Spiritus importabili miserabilem deprimit onere, lucis, eundem subleuat Angelus. Sic vniuersa suo apposita contrario consistunt, Vnde Poeta. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. En quomodo à natura inditum est onus & commodum, & è contra, In homine etenim, si humores tumidant, dolores extenuant, si ardores exiccant aera morbidant; Si esca inflant, ieiunia macerant; si Ioci dissoluunt, tristitiæ consumunt; si sollicitudo coarctat, securitas hebetat; si diuitiæ iactant, paupertas deijcit; Si Iuuentus extollit, senectus incuruat. en onus & commodum & è contra, Non enim venalis est, vt aiunt, sine ossibus caro, Non sunt diuidenda hæc onus & commodum, qui dulce sentit, amarum etiamde glutiat. Pingebant quidam mulierem per quam Amaritudinem significarent, Hæc autem mulier vtraque manu tenebat fauum mellis ex quo Absinthij planta nascebatur. per id vero simul significare voluerunt adnasci dulce, & amarum. Acrius verò afficimur dolore quam lætitia, aut voluptate, Hinc multa prospera minimè delent dolorem haustum ex vna aliqua re in qua grauiter offendimur.

Semperque Dominum commiscere oneri commodum ostendit D. Chrisost. de pueris in fornace babilon. loquens, illud obseruans quod Angelus Deum referens fecit mediam fornacem quasi uentum roris flantem, ubi ait Doctor Sanctus, Annon uidisti fornacem ardentem, & rorem sibilantem? & grandinem simul, & flammam? Mirabile non solum quod munit & protegit, sed etiam quod supra rerum naturam, malis manentibus, magnam senti bonitatem. Hæc Chrisost. Dicamus nos, Dominum habemus qui ita malis nostris bona sua comiscet & oneribus commoda copulat quod nos nedum per proportionata media tuetur, sed etiam per improportionata & contraria & per còtraria, contraria potenter efficit. Nec enim nos tantum lætitia lætificat, sed etiã exultare facit in tristitia ita ad manus paratum habet commodum ad onus, sic fatetur Dauid, psal. 4. *In tribulatione dilatasti mihi*, uel, ut alij legunt, *In tribulatione relaxasti* mihi

mihi angustias cordis mei. Vbi adnotat Chrisost. (to. 1. in psal. 4) quod non asserit Dauid post tribulationem, &c. sed in tribulatione, At quomodo in tribulatione lætificat Dominus? In tribulatione profectò lætificatur Dauid, sciens propter Deum pati. potest igitur Dominus, nedum consolationibus, lætos nos facere, sed etiam lachrimis, Vnde simul cum tristitia & onere commodum tribuit, ditat paupertate exaltat humilitate, Deus enim est, potens hæc facere, Qui luto oculos sanauit & aperuit, & morte sua mortem extinxit, & vitam reparauit. Horror certè & calumnia ornamentum est honoris, Hinc Claudianus, Vilis honor, quem non exornat præuius horror.

Quis verò onus & commodum, gaudium, & lætitiam in Saluatore nostro dum in terris gerebat, non vidit, præcipuè in illius admirabili & sacro transfigurationis mysterio? legitur in Indiæ orientalis historia, quod si pedestri interdum itinere à Cochino ad Sanctum Thomam, ad littus Choromar del vz. vsque suscepto, ad montes Ballagatæ deueniatur, ab vna montis parte ab imo ad summum vsque, cælum sudum, & sol firmissimus splendebit, ab altera verò à montis vertice ad radices vsque, erunt merę tempestates, pluuiæ, venti, tonitrua, fulgura, tanto cum fragore, vt mundum ruiturum credas; Atque hæc cæli mutatio, dependet ab anni partibus, Vnde perpetuò & æstas, & hiems, eodem anni tempore eodemque in monte, sed in diuersis eius partibus per vices comparebit. Mons Christus Dominus, Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. In ipso ex vna parte, superiori scilicet, æstas est, cælum placidum, fruitio, ex alia verò, portione nãq; inferiori, hiems, tempestas, passio, mors, hinc loquebantur in illa gloria de excessu & morte ipsius. en onus & commodum.

Quilibet autem agere dicitur & oneri alicui succumbit, vt commodum tandem aliquod sentiat, quod vulgò est dicere, *Ciascuno sopporta per qualche Interesse*. Verum fuit etiam hoc quodam dicendi modo in ipsomet Domino Saluatore nostro Sanctorum Sancto, qui tot sustinuit labores, vt sibi postremò maximus Redemptoris daretur titulus. De quo D. Ambros. ps. 118. serm. 20. ait, Itaque nos redemit sed sibi etiam acquisiuit, habuit quod ad cultum suæ maiestatis adiungeret,

ungeret, ecce commodum & interesse. voluit enim dicere D. Ambros. Si Dominus passus est, titulum sibi acquisiuit, Redemptoris potentissimi, benignissimi Saluatoris, ac misericordiosissimi Principis, omnipotentis regis, ac boni pastoris, qui animam posuit suam pro ouibus suis. ecce onus Domini & commodum. dum patitur, honor ei datur in sæcula. Certè qui sentit onus sentire debet & comodum, Virtutum enim studia, ut D. Ambros. (li.5. Luc. c.6.) sine remuneratione torpescunt. si cæcus in dorso claudum ferrat, cum onere commodum vtique sentit, cum via per claudum ipsi paretur, Vnde canit Poeta.

Così l'intiero di due pezzi fassi
L'vn' prestando la vista, e l'altro i' passi.

Iam verò circa regulam Casus videamus. Principes onerosas subditis imponentes leges quamplurimas, commodis uerò propter transgressorum in pænam confiscata lasciuientes innumeris, tenentur ne legibus ipsis succumbere? certè, Quemadmodum Princeps omnium obsequio fruitur, ita omnium offensionib. petitur. Quesiti uerò affirmatiue obstare uidetur, quod Rex maximus Dauid Dominum alloquens, ait, Tibi soli peccaui, sed quomodo ò Rex sancte soli Deo te peccasse affirmas, Annon in Bersabee deliquisti, cuius Thorum uiolasti? cuius pudicitiam prostituisti? Annon in Vriam, cuius ouiculam rapuisti? cuius fudisti sanguinem? cuius vitam gladio de medio abstulisti? cur ergo soli Deo te peccasse profiteris? Non me preterit quamplures huius loci interpretationes esse, verum D. Hieronim. August. Ambros. Chrisost. & Cassiodor. inquiunt, ideo Dauidem hæc dixisse verba, quia cum supremus Rex esset, nemini nisi Deo subdebatur, nullius legibus adstrictus tenebatur, nullus à Deo de illius peccato sumere vindictam poterat; Dicendum tamen, quod quamquam Rex legi non subdatur humane quantum scilicet ad vim coactiuam, subditur nihilominus ipsimet legi quantum ad vim directiuam; Sicut enim dicitur de *Iusto*, quod illi lex non est posita. (1. Timot. 1.) quod quantum ad vim coactiuam intelligi habet, quia cum virtute ducatur non violenter, omnia quæ rationi sunt consona exequitur. Quod & Vr-

ban. confirmat, 19. q. 2. cap. Duæ sunt, vbi inquit; Qui à lege priuata ducitur scilicet Spiritus Sancti, nulla ratio exigit vt lege publica, puta humana, quæ vniuersis posita est, constringatur; Sic etiam pari modo, Rex legi non subditur humanæ quantum ad vim coactiuam, quoniam superiorem à quo puniri possit non habet, Quod non reticuit Aristot. politic. cap. 19. Vbi de Iustis & potentibus simul loquens ait, excelentes virtute & potentia non sunt legibus adstringendi. Huc etiam spectare videtur illud prou. 21. Vbi Salomon ait. sicut diuisiones aquarum sic Cor regis in manu Domini, quocunque voluerit vertet. Priuatorum enim Corda & actiones sic in manu Domini constituta sunt, vt etiam in manu Iudicis à quo etiam coercentur existant, Cor Regis qui in terra superiorem minime habet, in solius Dei à quo solùm ordinari valet manibus positum est, sicut enim aquas diuidere quæ sub cælo sunt ab his quæ supra existunt, solius Dei fuit, sicut quoque vnumquodque fluminum in destinatum dirigere locum ad solum Deum spectat, sic etiam regis cor dirigere & gubernare, quod ea præstat facilitate qua vel aqua ipsa diuiditur, in qua resistentia vlla opponitur. Veruntamen esto Princeps quoad coerciuam vim, legibus nequaquàm astrictus existat, Nihilominus quantum ad vim quæ directiua dicitur, earundem directione certè tenetur, ne ex illis inueniatur, de quibus Matt. 23. Dicunt & non faciunt, qui alijs onera grauia imponunt, ipsi verò digito nolunt ea mouere. Quare C. de legi. & constit. leg. 4. Imperatores ipsi aiunt, Digna vox est maiestatis regnantis legibus alligatum se principem profiteri. quod rectè animaduertit Imper. Theodosius, ut ibi habetur; Iure verò Princeps viua lex ipse appellatur, nedum quoniam ipse facultatem leges condendi, interpretandi, & in eis dispensandi habet, sed lex viua ipse princeps est, quoniam lex ex se mortua est si princeps vt anima legis, exemplo suo ei vitam non tribuit. Quemadmodum igitur qui Theriacam vendunt, eam prius in se experiuntur, alioquin nemo vult emere; Sic qui virtutem & bonum opus mandant, id in se experiri debent; vna lucerna alteram incendere nequaquam potest si ipsa

fuerit

fuerit extincta; sic Princeps alios minimè inflammabit si lumine ipse destitutus fuerit; Qui verò alios à se ad virtutem hortantur, & ipsi Vitiosi manent, persimiles illis sunt qui lucernam præmungunt, oleum verò nequaquam infundunt, pabulum est luminis principis exemplum.

Alius est casus in regula, Qui sentit onus sentire debet & commodum &c. Monachus qui vale diuitijs fecit, sæculique opes, Deo sacratus resignauit, ad Episcopatus Thiaram assumptus, valet ne tutò diuitias & Ecclesiæ redditus possidere? Episcopale quidem onus Altissimus grauissimum ostendit, cum Exodi 28. In Summi Sacerdotis super humerali & pectore filiorum Israel nomina scribi iussit, Calcant igitur super humeros, nec non & super pectus subditi Pontificem, qui & Pastor in humeris gregem pro ipso rationem redditurus sic portat vt animam pro ipso nihilo facit, quare D. Prosper Episcopus, ait, Ingemui, & volui Episcopatus sarcina deposita elongari fugiens, & manere in solitudine, & ibi expectare Dominum qui me saluum faceret à pusilanimitate spiritus & tempestate. ecce onus. percipiet ne itaque Monachus Episcopus Episcopatus diuitias sibi? Huic respondet quesito idem D. Prosper, lib. de Vita contemplat. & habetur. 12. q. 1. expedit facultates Ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni, huius verò subinfert rationem, dicens, Non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ facultates, & Ideo quisquis omnibus quæ habuerit dimissis, aut venditis, fit rei suæ contemptor, cum præpositus factus fuerit Ecclesiæ, omnium quæ habet Ecclesia dispensator efficitur, Denique Sanctus Paulinus ingentia prædia quæ fuerunt sua, vendita, pauperibus errogauit, sed cum factus esset Episcopus, Ecclesiæ facultates non contempsit, sed fidelissimè dispensauit, quo facto ostenditur satis, & propria debere propter perfectionem contemni, & sine perfectionis impedimento, posse Ecclesiæ facultates, quæ sunt profectò communes, possideri. Quid Sanctus Hilarius fecit, Non ne ipse omnia sua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus errogauit? Is tamen cum meritò suæ perfectionis Arelatensis Episcopus fieret quę

illa tunc habebat Ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliauit; Commodum ergo reddituum Monachus Episcopus cum onere sentire Iure poterit, quare Innoc. 3. extra de preben. cap. cum secundum, Dignum est, inquit, vt maiobus Ecclesiæ stipendijs sustententur, qui in diuinis obsequijs fidelius scribuntur, Propterea non est mirum si Diuus Thomas, docet, quod scribentibus sacram Doctrinam, Doctorum Aureola debetur. D. Tho. 4. dist. 19. q. 45. ar. 5. q. 1. quintum.

Qui verò alijs præesse contendunt vt commodis gaudeant presidentium, oneribus quampluribus succumbunt, & Ideo Seuer. Boet. ait, Dignitatibus fulgere vis? danti supplicabis, & qui præire cæteros honore cupis, poscendi humilitate uilescas. & sequitur. Potentiam ne desideres, subiectorum insidijs, obnoxius periculis patebis, gloriam petes, sed per aspera queque distractus securus esse desistes, ò præclara opum mortalium beatitudo, Quam qui adeptus fuerit, securus esse desistet, quammultis amaritudinibus humanæ felicitatis respersa est dulcedo; quæ & si fruenti iucunda videtur, tamen quo minus habeat cum velit retineri non potest, en onus & comodum.

Casum alium discutiamus. Ecclesiasticus benefitiatus, persepè commodum benefitij expostulat, sed onus abhorret, De quo B. Eusebius Cremonensis D. Hieronimi discipulus ad B. Damasum Episcopum. dicit, Nulla certè in mundo tam crudelis bestia quàm malus Sacerdos vel Monachus, vbi Sacerdos vel Monachus cupidus est, ab eo plusquam à serpente fuge. Casus verò est. Tenentur ne Canonici in Choro cum alijs psallere sub restitutionis onere, nedum quoad distributiones, sed quoad Corpus benefitij, vel potius sufficit, ut horas priuatim recitando, eis in Choro proinde intersint, argenteis similes effecti simulachris de quib. propheta, Os habent & non loquentur? Sotus cæleberimus Doctor, lib. 10. de Iust. q. 5. ar. 4. Stipendium inquit dari

Cano-

Canonicis non vt numerus fiat, nec vt assistant tantum, sed reuerà vt psallant, quibus verbis, illa subiecta est sententia, quod nisi cecinerint, ad fructuum restitutionem obligandi erunt, probari verò sententia hæc potest, ex eo precipuè, quia propter offitium sicut ob principalem causam benefitium conf rtur, Canonicorum autem offitium illud certò est, in Choro diuina facere, non tanquàm Maiestatis Dominum parui facientes aliò cogitationibus diuertentibus mutos sedere; Ni igitur psallerint ad restitutionem profectò Obligantur, Consequentia patet, quod enim ob causam datur, iure retineri minimè potest, causa non subsecuta, vt ex toto titulo constat .ff. de condi.ob turpem causam. Rursum idem comprobatur ex institutionis canonicorum natura q̃ quidem illa est, Non vt adsint tantum, sed planè vt psallendo assistant. Ita Conc. Trid. sess. 24 cap. 12. Vbi sic statuitur, omnes Canonici per se, & non per substitutos diuina compellantur obire offitia, atque in Choro ad psallendum instituto, Hymnis, & canticis nomen Domini reuerenter, ac distinctè laudare; Si igitur ratio hæc est Canonicorum instituti, fit ideo vt sui offitij debito haud satisfacere dicēdi sint qui solam corpulentam exhibent presentiam, que d etiam ex Conc. Basileensi, sess. 21. confirmatur, Vbi habetur, Canonici cum psallendi gratia conuenerint, iuncta, aut clausa labia tenere non debent, sed omnes, prefertim qui maiori funguntur honore, in Psalmis, Himnis, & Canticis, Deo alacriter modulentur.

Corradus uerò Responf. caf q. 261. putat Canonicos non psallentes in Choro nequaquam ad fructuum restitutionem teneri, ea ductus ratione, quoniam Consuetudo recepta uidetur non canendi. Vidente enim Papa Canonici non canunt, sed respondendum hoc non obstare quominus teneantur, primò quia licet Canonici non teneantur cum in Cantu figurato offitium dicitur, canere, sed satis est Capellanos qui id muneris exequantur habere, non n. eorum grauitatem decet illo cantus genere uti, Quare esto tunc taceant nec peccant nec ad restitutionem obligantur, vt affirmare videtur Siluest. ver. Benefit. quest. 3. & habetur in cap. unico, De Cler. non residen. lib. 6. cum ibi cauetur quod si adest aliqua iusta causa uera non ficta non cantandi in Choro cum

presens est canonicus, nec amittet fructus nec distributiones, licet inquam eo casu excusētur Canonici à restitutione, non tamen vniuersaliter & semper excusantur: Canonici verò quos Pontifex quandoque non canentes videt, Romani sunt Canonici qui tunc a Papa videntur, cum figurato cantu resonant vniuersa & illi D. Petri Canonici grauissimi viri, successores Episcoporum, Comites Cardinalium, Aulici Pontificum, ab ipso summo Antistite forsitan maioribus Dei obsequijs detenti, esto eximantur, non vniuersis communicant aliarum Ecclesiarum quibuslibet Canonicis priuilegia, Secundò dicimus quod quamuis Consuetudo non psallendi à peccato & à restitutionis onere ante Trid. Concilium excusaret, talis tamen consuetudo ab ipso improbata concilio & sublata conspicitur, cum in ipso dicitur Compellantur Canonici per se Diuina obire officia & non per substitutos, atque in Choro ad psallendum instituto, himnis & canticis, Dei nomen reuerenter dignè & distinctè laudare.

Non autem compellendi nisi ad debitum eorum offitium Canonici, quare nec placet Corradi dictum, asserentis concilij preceptum ad Prælatos dumtaxat, non ad Canonicos dirigi, & cum dicitur, Compellantur, tantùm Episcopi grauari conscientia qui compellere habet. Etenim actiua potentia, passiuam respicit. Nec precipere tenetur Prælatus quæ non tenetur subditus operari, nec compellere ipse habet ad ea quæ supra vel preter iura sunt, sed secundum rectè falsim virtualiter sancita. Et quidem Ipse Doctissimus Conradus prius assentit Canonicos ad corpulentam teneri assistentiam, quinimò & ad attentè psallendum, Ad lucrandum enim fructus atque distributiones, vt Canonici Ecclesiæ preceptum adimpleant, opus est, quomodo ergo si ea ad quæ tenentur non obseruant, redditus, obseruantibus dumtaxat reddendos, retinebunt?

Accedit, quod si Concilij præceptum ad Prælatos tantum dirigi videtur, non ad Canonicos, Adest tamen extrauag. Pij V, ab ipso allata Corrado, in qua dicitur, non recitantes non facere fructus suos nec distributiones & ibi aperte fit sermo de assistentibus Choro & psalentibus, Cum dicitur, Tametsi aliquis Choro addictus non recitans, &c. Addit etiam

etiam Couar. var. resol. c. 13. num. 2. Contraria consuetudine aliud introduci non posse.

Compellat igitur Episcopus ad offitium in choro psallendum Canonicos; Quamquam enim ipse diuinum expleat offitium, nihilominus si ipsum ab alijs non absolui permittat proculdubio mortaliter peccat. D. Prosper, Ille, inquit, cui verbi dispensatio commissa est, si sanctè viuit, & tamen perditè viuentes arguere aut erubescit, aut metuit, cum omnib. qui eo tacente perierint, perit, & quid ei proderit non puniri suo qui puniendus est alieno? Pastores dici volumus, non tamen esse contendimus, offitij nostri vitamus laborē, appetimus dignitatem, qui peccantes diuites vel potentes conspicimus, nec solum non arguimus, sed etiam veneramur, ne nobis aut munera solita offensi non dirigant, aut obsequia desiderata subtrahant. Audite Hieronimum Domini, Non est dignum vt inde exigas honorem vnde refugis laborem.

Qui sentit on. sentiat & commod. Onera plura sunt Regularibus Viris Religiosis imposita quæ longum foret recensere, Nunquid ergo & Priuilegiorum Commoda sentire non debent Religiosi? Gratiæ singulari sint ratione Clariss. Viro P. F. Lucæ Castellino Generali Prædicat. Ord. Procuratori, Hic n. qui à tot annis in Vniuersitate Sapientiæ Romam cælestes docuit Artes Erudit. Magister, qui & super de elec. & el. p. perutile edidit Volumen, fælici arte, medio præpotenti effecit, vt Regularium priuilegia, & Commoda sint restituta (meritò per hoc Vniuersorum Ecclesi. s. Claustralium Procurator Generalis nuncupandus)

Qui sentit onus, &c. Filij quot à Parentibus obtinuere commoda, Cum enim ipsi non essent, per ipsos ad esse perducti fuere, ab ipsis in tali seruantur esse, & ipsorum ope ad magis bonum esse trahuntur; Quare D. Plato affirmare est ausus, Parentes è cælo tanquàm Diuina simulachra Deum representantia in terra constitutos, ac si quidam Dij, à quibus omne Commodum & bonum venit parentes forent, quapropter Ang. Doctor, equiualens nequaquam reddi posse Deo nec Parentibus manifestissimè docet. Cæterum si commoda à parentibus filij obtinent, onera non effugiant, Cum enim senuerint graues quidem sunt, sed ni excordes sumus

libenti

libenti eos sustineamus animo. Sed Casus interea queritur. Teneturne Filius magis Parentibus subuenire quàm filijs? D. Tho. 2. 2. q. 32. B. 4. In subuentione, ait, neccessariorum plus tenetur homo filio quàm parenti, In honore verò, reuerentia, obedientia, & voluntate, est è conuerso, quoniam honor filij, magis ex honore patris quàm è conuerso dependet, Nihilominus in extrema neccessitate, magis licet filios deserere quam parentes, quos nullo modo deserere est licitum.

Q. sent. &c. Matrimoniũ maxima secũ trahit onera, Hinc Plut. Vis semper vexari? eme nauẽ, aut duc Vxorem, Hæc n. duæ res nunq̃; satis ornantur. & Greg. Naz. ep. ad Nicob. Vxorẽ, honoratum Onus appellat. Hinc Philosophus quidam, Cum in naui secum Vxorem ducens tempestas suborriretur, vt cũ reliquis in mare magis onerosa sibi proijceret suaderetur, Coniugem amplexatus suam, eam in mare deijecit, Dolentib. autẽ Nautis q̃ tale perpetrasset phũs, delictum, Ipse ait, Vos dixistis vt quæ onerosiora mihi erant mari traderem, Ego nil onerosius vxore agnoscens, iure eam sic demersi. Iugales etiam appellantur & coniugati matrimonio iuncti, quia super se onus & iugum ambo ferre habent. Ita n. aliq; erant nationes quæ sponso & sponsæ Iugum imponebant vnum, vt vnà Vir & Vxor matrimonij onus portandum sciẽt; Rursumq; Consortes nuncupantur, Vnde simul onera & cõmoda sentire habent; Nec Viro molestum esse debet mulieris Charis. onus, cum tot ex ea contingunt cõmoda.

Sileat Cato Vtic. qui dicere est ausus, si absq. femina posset esse mundus, Conuersatio nostra, non esset absq; Dijs. Credamus Apostolo S.S. pleno, qui Deum asserit nobiscum per mulier. fidelẽ. p eam n. saluatur Vir infidelis. Cicero tamen post repudium Therentiæ vxorari noluit, dicens se pariter Vxori & philosophiæ operam dare non posse, vices n. noctiũ dies reddunt leuiores, sed tenebrarum perpetuitas instar inferni est. Sanè si mulier sit rabida, Inimica, luciferi pænam Viro cõmunicat. quęnam lucifero pæna inter cęteras fuit inflicta? Inimicitias (ait D.) ponã inter te & mul. gen. 3. Inuehitur Do. contra lucif. & pænas ei infligit, & primùm ait, Maledictus es &c. & nedum hoc, sed super pec. t. gradieris. nec hoc solùm, sed. Terram comedes &c. Postremò verò, Inimicitias,

micitias, ait Do. ponam inter te & mulierem. Vltimò loco hanc seruauit pœnam de mulieris inimicitia, vt sciatur, opinor, cum irata & inimica muliere agere pœnam inter diabolicas pœnas maximam quodāmodo esse. Quid igitur, melius ne est nubere, vel non nubere? Maph. Veg. l. 3. de Ed. Affirmat ꝙ Vxor, Virū sapientē ad stultitiam redigit, stultum verò semper sapientem efficit. *Se la Donna hà marito pazzo lo fà diuentar sauio. Se hà marito Sauio lo fà diuentar pazzo.* D. Amb. Virginitas, inquit, conditionem humanæ naturæ supergreditur per quam homines Angelis sociantur, maior tamen est victoria virginum quàm Angelorum, Angeli enim sine carne viuunt, Virgines verò in carne triumphant. D. August. de Virgine loquens, ait. Generosius elegit in carne vitam iam imitari Angelorum, quàm ex carne numerum augere mortalium, est enim vberior, fœliciorque fœcunditas non Ventre grauescere, sed mente grandescere, Illa parturit filios doloris, ista filios gaudij & exultationis. sed D. Hieronimū audias vt matrimonij onus leue fiat, Ipse n. ad Rufin. ait, Amice si vxorari oportet, non expedit quidem, verumtamen sit amor in causa non census, & faciē vxoris eligas non vestem, & animum non aurum, & tibi nubat vxor non dos. Scias tamen quod flos veneris Rosa est, quia sub eius purpura multi latent aculei, omne quoq; rosarium aliquo turbine sua purpura spoliatur. Illud verò satis animaduertas ꝙ Socrates pro recto suæ Reipublicæ regimine (referente Xenophonte) ita docet, viros oportet ciuitatis parere legibus, vxores verò maritorum, quibus cum viuunt moribus. Ac si diceret Socrates Animaduertite mulieres, Id quod leges habent in viros, idem prorsus habent virorum in vos mores. Pro viuendi regula leges habent viri, vos coniugate mulieres pro norma viuendi, virorum mores habetis. Hoc onus mulierum, virorum sustinere mores, ait enim Socrates, Norma omnis coniugis est Vir: Videte Viri si mores vestri peruersi, peruersas expectare coniunges, quas, Dos tumidas, genus Insolentes, forma suspectas, deformitas reddit inuisas, quarum lingua nihil perniciosius, quarum audacia nihil prodigiosius, quarum improbitate nihil execrabilius.

Postremo loco pro ampliori regulæ ratione, Qui sentit &c. dicamus hinc laboriosa requiri opera ad salutem, Qui sentire

tire querit commodum sentiat onus. Hinc D. Ber. in can. ser. 47. obseruat ꝙ Sponsa ad lectulum sponsum vocat, dicens. Lectulus nost. floridus. cui sponsus respondet. Ego flos campi. Quare ait Bern. Illa monstrante lectulum, ille vocat ad campū, & sequit. Ad exercitium prouocat. Ac si dicat Ber. Quies & commodū lectuli non acquiritur quidē nisi per laboriosæ incōmodū vitæ, Rigor campi, lectuli cōmodū preueniat. Sic profectò egypto non imperasset Ioseph si fratrū Inuidia eū non vendidisset; Scriptum quippè est, Abel esse non potest, quē Caim malitia non exercet. Ita etiam iustum est vt qui cōmodū sentit simul quoq; onus sentiat, ꝙ si in uita hac minimè hoc contingat, in altera proculdubio continget. Vnde D. Hier. ad Iul. in ep. cons. incip. filius m. frater t. asserit. Difficile, imò impossibile est, ut & presentibus quis, & futuris fruuatur bonis, & ut hic Vētrē ibi mētem impleat, ut de delicijs transeat ad delitias, ut in utroq; seculo primus sit, ut in cælo & in terra appareat gloriosus. Casū hinc soluis an diues saluari possit. Porrò D. Hier. ubi sup. ait. Hælias ad regna cælorum festinans non potest ire cum pallio, sed mundo immundo uestimenta dimittit Diuitē purpuratū gehenæ flamma suscepit, Lazarus pauper & plenus ulcerib. cuius carnes putridas lambebant Canes, & uix de micis mensæ locupletis miserā sustentabat animā, in sinu Abrahæ recipitur, & tanto Patriarcha parente lætatur. Qui sent. onus sentiat commodum, & è contra &c. Ite in pace qui diu laborē sustinuistis, Pacem concedat Dom, & reqē. Amen

FINIS.

Laus DEO ac D. IOSEPH David filio, clara stirpe nato, Ecclesiæ S. Aeconomo, Patriarcharum max. Familiæ Dei Principi Amoliß. Reginæ Cælorum Consolatori amabiliß. Angelorum Imperatrici dilecto Socio, Virginis Deiparæ MARIAE Laborantium Spei inter vniuersos Heroes & Iustos ac semper Virgines delecto Viro, mente copulato. IESV Christi Dom. eternæ Sapientiæ, Preceptori, Custodi, Tutori, Curatori, Saluatoris Seruatori, Patri Omnipotentis nuncupato. Amen.

INDEX
NOTABILIVM ALIQVORVM.

A.

Adulterium.

Aduocatus.

Affabilitas.

Agricolæ.

Aliena.

Ambitio.

Amicitia. Amor.

Anima.

Casti-

C.

Decime

D.

Decimę.

Dedicatio.

Deffensiones.

Diligentia.

Discretio.

Dispensatio:

Diues. Diuitiæ.

Dolor.

Dolus.

E.

Ecclesia.

Electio.

Fides

Fides.

Filij.

Fortitudo.

Fortuna.

G.

Genium.

Gratia.

causæ

fortes

Fides.

Filij.

Fortitudo.

Fortuna.

G.

Genium.

Gratia.

causa

fortes

Ingra-

Ingratitudo.

Inimicus.

Iniuria.

Institutio Canonica.

Intellectus.

Intercessio.

Inuidia.

Ioseph.

Ira.

Irregularitas.

Iudæi.

Iudex.

Iuditium.

Iura.

L.

sint

Malo-

Si

N.

Obedien-

O.

Obedientia.

Peccat

lato

Præ-

Præscriptio.

Princeps.

Debilium

Prophetia.

Punitio.

R.

Rati habitio.

Regna.

Religio.

Religiosus.

e rati

exem-

T.

Tempus.

Testamentum.

Testis.

Timor.

Titulus.

Transfiguratio.

Tribulatio.

Tristitia.

Tutores.

V.

Vana gloria.

Veritas.

fit

Volup-

Z.



FINIS.

